DE REGIMINE REIPVBLICAE.

Tractatus Fertilis,

Quo omnia ferè, quæ Politicam Nobilitatis, Immunitatis, Statutorum, Gabellarum, Collectarum, Annonç, aliarumuè rerum ad Vniuersitatum Gubernium materiam congerunt, continentur.


Opus apprimè necessarium, ac sanè vtile omnibus tàm Iuris Professoribus, quàm cuilibet Reipublicæ huius Regni Neapolis conciui.

AVTHORE

AVGVSTINO CAPVTO VIRO PATRITIO, ET I. C. CONSENTINO.

Nunc primum in lucem prodit.

CVM PRIVILEGIO.



NEAPOLI, Apud Lazarum Scoriggium, M. DC. XXII.

Sumptibus Io. Dominici Bone excussus.

Vidit Alexander Ruffus Canonicus Deputatus, Sacræ Theologiæ, & V. I. D.

Vidit Fr. Dominicus Grauina Ordinis Prædic. Magister, & Curiæ Archiepiscopalis Theologus.

Imprimatur

Alexander Boschius Episcopus Carinulę, & Vicar. Gener. Neap.

ILLVSTRISSIME, ET REVERENDISSIME DOMINE.

VIdi, & perlegi opus eruditissimi viri Augustini Caputi Consentini Patritij de Regimine Reipublicæ, illudq; nedum impressione dignum, sed literariæ Reipublicæ non parùm incrementi, & vtilitatis allaturum fore censeo, & ita omni qua teneor reuerentia, vt Illustrissimæ Dominationis tuę mandatis obediam refero. Neapoli Kalendis Decemb. 1620.

Vestræ Illustrissimæ, & Reuerendissimæ Dominationis

Humillimus seruus

Philippus Pascalis.

Imprimatur

Constantius Reg. Valenzuela Reg. Vrsinus Reg.

Prouisum per Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum Locumtenentem Generalem. Neapoli die 10. Decembris 1620.

Vitalianus.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO

D. ANTONIO S. R. E.

Tituli Sanctæ Balbinæ Præsbytero

CARDINALI ZAPATAE,

Protectori Hispaniarum, Supremi Consilij Status Catholicæ Maiestatis Consiliario, eiusque in Regno Neapolitano Locumtenenti, & Capitaneo Generali meritissimo.

TIBI, Cardinalis amplissime, omni iure, meritoq; debebantur hæ, quàmuis exiles lucubrationes, utpotè in quibus de Republica regenda dissèratur.. Quì enim rectè communes res præsertim inclinatæ, & pęnè labentes dirigantur, ac reparentur, nisi optimum nanciscantur moderatorem, ac ducem. Tu ipse ille es, quem Plato sapientem rectorem agnoscens, omne in doctrina studium collocantem, beatas simùl putabat fore, sùb eius ditione Respublicas. Etenim consilio, ac prudentia tua singulari, & admirabili subiectis imperandi, quam apprimè polles, tuo aduentu ægrota omnia florentissima reddidisti, tua etiam prouidentia frumenti, rerumq; omnium copia huic nostræ Prouinciæ suppeditatur, frugum abundantia, & agrorum ubertas, ità ut meritò dici possit hanc Ciuitatem tanquàm horreum, ac cellam penariam te auctore factam essè. Terra ipsa uberiùs alimenta iàm præbet, ac gignit. Ferunt ueteres Saturni ætatem, qua ille in Italia regnauit, auream rerum omnium copia appellatam fuisse,

cum tamen homines glande, uulgari animantium esca uescerentur: quantò huius temporis fœlicior conditio, cum te gubernatore non glandium, sed rei frumentariæ uis plurima ciues alat; an non aureum sęculum, & si quid est auro nobiliùs appellabitur? tu certè illius tibi ætatis gloriam tua sapientia, & prudentia uendicasti; tuam hanc singularem prouidentiam in animo fixam tenebit futura posteritas, tuæ uirtutis nomen, neq; uetustas obruet, neq; ulla delebit obliuio. Quarè admirari non est, qui desinat Inuictissimi Regis Hispaniarum, moderationem, ac prudentiam, quod in hoc Regno te rectorem destinarit. Eo nimirùm usus consilio, quod Carolo Quinto, cum Neapolim uenisset, à sapiente uiro datum referunt, Motus namq; fama Augustini Niphi Suessani, summi ea ætate Phylosophi, eum ad se uenire iussit, & inter alia, cum qua ratione Princeps optime Regnum administraturus sit, interrogasset, respondit Niphus: Si tales, qualem tu me esse putas Imperator, Consiliarios, & Administros habuerit. Responsi acumen admiratus Carolus, encomijs ornatum à se dimisit. Te accersiuit è supremo ordine, quem adhibet sibi in consilium, Potentissimus ille Rex, præstantissimum, & optimum omni integritate, ac sapientia conspicuum, istoque in Christiana Republica, qui est summo proximus gradu dignissimum, ut eius uices gereres in hoc Regno; Iure quidèm dum Illustrissime Princeps ea iustitia hanc Prouinciam moderaris, ut à Deo imago, perfectiq; regiminis simulacrum Principibus uiris constitutus esse uideare. Ate igitur, ut reliqua prætermittam, Cardinalis Illustrissime, Principum decus etiam atq; etiam peto, ut ea humanitate eximia, qua singulariter enites hos meos labores, qui nulla re magis, quàm tui nominis auctoritate nixi in publicum prodeunt, tibi accipiendos putes, nam ab umbra ipsa Patrocinij tui tutò ueniet, ut quod à te uno probatur, probetur ab uniuersis. Vale Neapoli Kalendis Ianuarij 1621.

Cœli secundi Curionis, Ancro ams.

Vestræ Dominationis Illustris. & Reuerendiss.

Humillimus seruus

Augustinus Caputus.

AVGVSTINO CAPVTO
Viro Patritio Consentino, & I. C. Clarissimo.

IO. BAPTISTAE DE THORO I.C. NEAPOLITANI.

Epigramma.

QVAS mihi Calliope vires, quæ robora Clio
Soluere quæ linguæ vincula musa potest,
Vt tibi pro tantis grates Auguste rependam
Muneribus iuris gloria, saxquè virum,
Nam mea tu iactas excelsa volumina ad astra
Nec sunt ingenijs anteferenda tuis,
Si lux splendescit, mage pulcher lucet Apollo
Sic mea si fulgent, plus tua gesta micant.

ALIVD EIDEM AVCTORI EIVSDEM IO. BAPTISTAE.

DVM sacra, quæ mores, patriusquè induxerit vsus,
Non scripta ex scriptis iura CAPVTE doces,
Insigni Augustum doctrina, & nomine dignum,
Tequè suum agnoscit Patria dulce caput
Sic in te æternum viuit, sic viuis in illa,
In genito genitrix, in genitrice genus.

AVGV-

AVGVSTINO CAPVTO
Patritio Consentino I. C. & insignis Operis Auctori.

ANGELVS DE MATERA
Eiusdem Consentinę Ciuitatis Patritius.

Epigramma.

QVi cupit Imperij Populis dare iura regendis
Codice ab hoc animi fræna, modumque trahat
Nam summos Regnorum apices, capita alta CAPVTVS
Edocet; & recti ductile sternit iter,
Scilicet, vt rectum Augusto dominante reuixit;
Sic iterum Augusto hoc auspice viuit opus.

AVGVSTINO CAPVTO
Viro Patritio Consentino, & I. C. eruditissimo.

LAVRENTIVS SCAGLIONVS
eiusdem Consentinę Ciuitatis Patritius.

Epigramma.

GRaiugeni Diuis ob condita iura Lycurgum,
Romulidesque pium si retulere Numam;
Quin tibi decernat laudes Consentia, quando
Patria iura tuis Ciuibus aucta refers?
Consulit Ægeriam hic, pro legibus ille rogandis
Delphon; at ipse tuum Consulis ingenium.

BENE-

BENEVOLO LECTORI,

Augustinus Caputus.

S. P. D.

QVò magis interpretatiuncula nostra, Candide Lector, ex bono, & æquo tibi deseruiat, ideò ad vsum Vniuersitatum (quo ad fieri potuit) accommodauimus, hoc est in tractatu de Regimine Reipublicæ totam huius operis materiam complexi sumus, exemplo Xenophontis, qui in Cyri vita absolutissimum boni Principis simulacrum expressit, sic in Consentini descriptione Regiminis, cuiuslibet Regimen Ciuitatis adumbrauimus. Hinc iure optimo DE REGIMINE REIPVBLICAE Liber inscribitur, cũ vna Reipublicę administratio iustitiam omnẽ, ęquitatemq; contineat, quamobrem Diuus Augustinus de fide ad Petrum, Ecclesiam quandam formam Iustitiæ esse dixit, & alibi contra Faustum, eiusdem Ecclesiæ fabricationem figuraram fuisse dicit in vnius mundi sensibilis fabricatione, vnde etiam Arca Noè Tabernaculum, Arca fœderis, Templum Salomonis, Ciuitas Hyerusalẽ, & corpus humanum, & Diuus Paulus vocitat in suis Epistolis, & præcipuè ad Corint. in Epist. 1. cap. 12. Ecclesiam corpus esse vnum dixit cum multis membris, in quo corpore videmus multitudinem, & vnitatem, & omnis illa multitudo est reducta ad vnum, & hæc reductio fit per iustitiam, & eius terminum adæquatum, quod est ius, sic itaque qui Vniuersitatem rectè constitutam nouerit omnem iustitiam, & ius nouerit, Idcircò dum rectam fidelissimæ Ciuitatis Consentinæ administrationẽ inuestigamus, magnam iustitiæ, ac iuris cognitionem afferrimus in medium Vniuersis, sicut dicitur de diuino illo Platone, qui in vnius constitutione Reipublicæ totius iustitiæ formam profert in lucem, & omnes subiectas iustitiæ partes prudens, volensq; nullo pacto descendit; Indicamus enim quid sit Ius naturale, Gentium, Ciuile, & Municipale, & quomodo talia se habent ad inuicem diuersimodè circa interpretationem, & maximo cum sudore applicationem vnius iuris ad alterum, indicamus distinctiones Vniuersitatum, & quomodo se habeat vna Vniuersitas ad aliam, & de diuersis finibus ad quos tendunt, indicamus Ciuium distinctiones, & officia, & quomodo se habeant capita, & membra in Vniuersitate, indicamus partes nobiliores Vniuersitatis, & ignobiliores, & quid sit ipsa nobilitas, & eius oppositum secundum hodiernum dicm, munera

munera diuersorum Ciuium in Vniuersitate quomodo se habent, tàm respectu personarum, quàm respectu bonorum, & tàm de his, quæ sunt membra Vniuersitatis, quàm de his, quæ non sunt membra, & quomodo se habent ad inuicem in muneribus, honoribus, & oneribus, deniq; in toto hoc tractatu indicamus iuris ipsos fontes, etenim iura personarũ, quæ consistunt in habilitate, vel inhabilitate personarum, & ipsarum personarum qualitate, ac virtute diligenter tractata sunt, sic etiam iura rerum, quæ personis subditæ sunt, iura superioritatis, & inferioritatis dilucidè digesta sunt. Vnde rectè dici potest in hoc copioso tractatu, dùm de Regimine Reipublicæ tractatur, supponi vnam multitudinem perfectam reductam ad vnitatem æqualem; cui nihil addi, vel detrahi possit (vt credimus) in quo consistit ius Vniuersitatis rectè institutæ, & si quis obijciat prima fronte multa desiderari in hoc opere, tamen si diligentiùs. Doctissime Lector perpenderis, alia, quæ desiderantur, ex tractatis elucescere possunt, nàm & Aristoteles ipse dixit in 7. Metaph. quod cum multa dicuntur per attributionem ad aliquod vnum, sufficit scire de illo vno, & illud vnum est metrum, & mensura omnium, quæ dicuntur per attributionem ad illud vnum, & sic dùm tractatum fuit de Vniuersitate, sufficit tractasse partes, in quibus integritas Vniuersitatis consistit, non autem est necessarium tractare alias partes, nam illæ possunt cognosci per ipsas partes principales, dùm attribuuntur ad ipsas partes principales, tanquam accidentia ad substantiam. Ex quibus habemus tractatum perfectum, in quo describitur perfecta Vniuersitas in formam Reipublicæ redacta. Quarè si, Lector optime, ex animo cupias de Regimine spectante ad Vniuersitatem (id quod est omnibus expetendum) ab huiusmodi libri lectione, ac studio ne discedas, est enim ille fluminis cuiusdam vberrimi instar, vnde varia, & diuersa genera Administratorum, & præcipuè Annonæ ab illo deriuantur, est enim necessarius non solùm ad vtilitatem priuatam, sed publicam, qui collustrauit vniuersa. Ex ipsis tamen rerum Capitibus si forsan cætera ad ius pertinentia consequantur, Lectori colligenda relinquimus, Vnum tantùm te rogo, vt veritatẽ innumeris inscitiæ integumentis, erroribusq; circumseptam, huius libri comparato præsidio planissimè intuearis. Interim conamur aliquid plusculum in apertum proferre, accipe nunc hanc qualemcumq; operam nostram, & boni Consule, vt & Reipublicæ, & tibi rectè consulas. Vale.

DE

TRACTATVS DE REGIMINE REIPVBLICAE, &c.

RVBR.

AVCTORE

AVGVSTINO CAPVTO V. I. D.

PATRITIO CONSENTINO.

Præfatio ad Materiam.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX

Castellæ, Aragonum, vtriusq; Siciliæ, Hyerusalem, &c.

ILLVSTRI, ET MAGNIFICIS REGIIS CONSILIARIIS Fidelibus Dilectissimis.

Hau emo riceuuto vna lettera vostra con alcuni Capitoli dati per questa Città di COSENZA, & reformati per questa Regia Audienza sopra il modo di creare gli Officiali per il gouerno, & regimento di detta Città, del tenor seguente, videlicèt.

Summarium Prohęmij, in quo probatur vniuersitatem quamlibet sine recto ordine constare non posse, & propterea fuisse ordinata quædam Capitula in Ciuitate Cosentiæ, quibus Capitulis ordinan tur officia ipsius Ciuitatis, & tolluntur confusiones, quæ capitula Author exponere intendit, vt afferat vtilitatem suæ patriæ, & omnibus vniuersitatibus.

SVMMARIVM.

Sapientis est ordinare, num. 1.
Vniuersitas constat ex ordine, ibid.
Naturaliter vnumquodq; appetit propriam perfectionem, ibidem.
Propria perfectio est integritas eorum omnium, quæ requiruntur adesse, ibidem.
Multa in laudem ordinis exponuntur, num. 2.
Respublica, vt rectè gubernet ur, Dei ordinem imitari debet, nu. 3.
Affectus dantis in animo considerandus, num. 4.

In omni opere Deus, & Sancti inuocandi, à quo omne bonum, nu.5.
Ioan. Mariæ Bernaudæ Poetæ duo carmina recitantur, num.6.
Author describendo regimen Consentinum, cuiuslibet Vniuersitatis regimen descripsisse apparet, num.7.

1 QVONIAM sapientis est ordinare, [Arist. in 1.Metaph. & Aret. in cōs.67. incipi. diligenter, & maturè,] perspiciens propterea nostra Ciuitas multa inordinata in regimine, & eius administratione curauit ad rectum ordinem reducere, & hoc rectissima ratione factum esse animaduerto, cum enim Vniuersitas quęlibet ex ordine constet, propterea bonum ordinem in eius gubernio desideramus, cum naturaliter vnumquodque appetat propriam perfectionem, quę nihil est aliud, nisi integritas eorum omnium, quæ requiruntur ad proprium esse, & non ineleganter dicitur [in cap.
2 ad hoc 89. dist.] nullius Vniuersitatis administrationē rectè geri, neq; subsistere posse, nisi eam magnus ordo differentiæ seruaret, & ideò quanto aliquid ordinatius est, tanto melius, & perfectius erit [l.2.§.1.ff.ad Velleia.] & talem ordinem esse ait Iurisconsultus [in l.quæcunque gerimus, ff.de actio.& oblig.] quod sine eo inanem nostrum actum efficimus, [& Bald.in l.2.§.prius, ff. de vulg. & pupill.] dicit ordinem esse finem rerū, Deus enim omnia ordine facienda pręcepit, vnde dicitur [in extrauag.vnam sanctam de maiorit.& obedien.] omnia, quæ ordinata sunt à Deo esse, [& Diuus Paulus in Epist.ad Roman.] dicit, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & quæ ordinata sunt, à Deo sunt, & sic quando proceditur recto
3 ordine, imitamur gubernationē, & ordinem Dei, & Respublica, vt rectè gubernetur, Dei ordinē, & vniuersi imitari debet, vt dicit [Dominus Regens Valenz. consil.69.nu.235.] igitur pro Regi-
4 mine nostræ Ciuitatis rectè ordinari fecit pręsentes ordinationes, & capitula, [Ægidius Columna in c.2.par.2.lib.3. de regim. Princip.] & licet non posit tenuitas ingenij mei ex debito patriæ satisfacere, tentandum tamen fuit aliquid afferre in patriæ vtilitatem, imitando illam vetulam in Euangelio, quæ obtulit tēplo duos obolos, & propter affectum ipsius, fuit donum Deo acceptum, sic cara mea patria licet hi mei labores non tales sint, qui possunt peruenire ad meritum ipsius patriæ, tamen spero, & benignitate meorum Ciuium, & patrię acceptos ijs fore, ac ne diutius morer, inuocato prius diuino auxilio, ac Virginis

Mariæ,

5 Mariæ, Diuorũ Augustini, Thomæ Aquinatis, Francisci de Paula, ac Beati Ignatij genibus flexis, vt ceptis meis aspirent, & ad optatam metam fœliciter me ducant orando, [vt legitur,] Da mihi sapientiam, & intelligentiam, vt ingrediar coram populo tuo, vnde si quid boni sit gratias Deo persoluendas vnanimiter rogo, sin autem aliquid superuacaneum mentibus fortè legentium obstet, fragilitati humanę imputent; & subuenit mihi dictum illud [Poetæ Ioannis Mariæ Bernaudæ compatritij mei,] licèt iocosum, tamen vtile, atque veridicum in libro inscripto [la Zotica] fol. 51.

6 *Huomo non è, nè sarà mai nel mondo,*
Ch'intiero possa sodisfar tututti.

Delectabiliter opus aggredior, & ad doctrinam de Regimine Reipublicæ deuenio, non subtili, sed morali modo, & licèt de-
7 scripserim Consentinum Regimen, tamen regimen cuiuslibet Vniuersitatis descripsisse apparet, quilibet enim summoperè studere debet, vt sciantur, quæ in hoc opere accuratè, ac diligenter tractata sunt pro tuitione Regiminis.

SVMMARIVM.

Rubrica, in qua generalia Statutorum tractantur.

Statutum quid sit, & in quo differat à consuetudine, & vnde nomen habeat, & cui comparetur, & vnde statuendi initium fiat, & quod initium faciendi statuta est pax, num. 1.

Vbi non est pax, ibi non est Trinitas, num. 2.

In statutis Ciuitatis nostræ sunt distributiones plurium, & diuersorum officiorum, num. 2.

Statuta sunt duplicis generis, realia, & personalia, item stricti iuris, & quæ non recipiunt interpretationem extensiuam, & quæ talia sint, vel contra, & quæ iura debeant imitari, seu quibus iuribus concordare, nu. 2. 3. & 4.

In statutis non excluditur sensus iuris, & propriè dicitur statutum, quod secundum modum significandi dicitur, num. 5.

Omne statutum præsupponit rationē, quæ colligitur ex probœmio, & ratio siuè mens est anima statuti, verba autem corpus, & ratio naturalis praualet in statutis num. 5. & 6.

Dolus, & non dolus non est æquè puniendus, & semper in pœnis corporalibus intelligitur dolus puniri, num. 6. & 7.

Ratio statuti quantam vim habeat, & quomodo in dubio statuta in-

1 CVm ergo tractaturus sim de regimine Reipublicæ, statutis, & consuetudinibus Ciuitatis Consentiæ, subnecto, quod statutum est ius proprium cuiusque Ciuitatis, inscriptis redactum, & per hoc differt à consuetudine, quæ est ius non scriptum, [l. semper §. legem, & ibi glo. ff. de iure immunit. l. omnes populi, ff. de iust. & iure, & c. consuetudo 1. dist.] dicitur autem statutum, quasi stabiliter, & firmiter ordinatum, vel quasi statum publicum, vel Ciuitatem tuens, ac defendens, nam communiter fit ad tuitionem, & defensionem Reipublicę, [Alberic. in tract. de statut. q. 2.] vel secundum meam opinionem statutum dicitur, quasi testamentum Reipublicæ, [Raudensis in decis. Pisan. 40. nu. 391.] Et quia caput, & principium cuiuslibet testamenti est institutio hæredis, sic principium faciendi omnia statuta, est conseruatio tranquillitatis, status, & pacis Reipubli-
2 cæ, [Alphons. de Castro lib. 11. aduersus hæreses in verbo occidens hæresi 1. Sotus de iustit. & iur. lib. 8. quæst. 6. art. 2. pag. 90.] nam vbi non est pax ibi non est Trinitas [Pręsid. de Franchis decis. 335. num. 2.] Et sicut in omnibus testamentis solent fieri legata, per quæ distribuuntur bona hæreditatis, sic in his nostris statutis sunt legata concernentia distributionem plurium, & diuersorum officiorum, sunt autem statuta duplicis generis, alia sunt realia, alia personalia, [Bart. & DD. in l. cunctos populos, C. de Summ. Trinit. alia item statuta sunt stricti iuris, idest quę non recipiunt interpretationem extensiuam, alia vero quæ reci-
3 piunt interpretationē extensiuā, ea dicuntur stricti iuris, quæ non recipiunt interpretationē extēsiuam, quæ sunt correctoria iuris communis, secus, & quæ imitantur ius commune, quia ea debēt regulari secundum ius commune, [Alberic. de statut. quæst. 3] Et omne statutum, quod est stricti iuris non debet egredi suos terminos, sed ad ipsos restringi, [Reg. Valenz. cons. 8. num. 25.] debent porrò statuta vti pendentia ex iure communi concordare cum legibus communibus, item municipalia statuta debent concordare cum eiusdem municipij
4 alijs statutis, & sic consequenter dicendum erit in Regno nostro municipalia statuta concordare debere cum constitutionibus, capitulis, ritibus, & Pragmaticis Regni; facit dictum [Bald. in l. 1. C. qui bonis cede. poss.] vbi dicit statuta mentionem facientia de patria locum habere in illis, quæ dicuntur de tali patria, [argum. cap cum in partibus ibi nomine terræ nō solum regimen de verb signif.] & [in auth. si verò dominus, C. de hæred. Inst.],

ibi

ibi terram ſuam, & licet regula
5 Diui Franciſci de Aſſiſia mei Patroni gloſari non poſſit, neque ſtatuta Dominorum Venetorum non per hoc excluditur ſenſus datus à iure, etiamſi ſtatutum dicat, quod verba intelligenda ſunt verè, propriè, & non recipiunt extraneum ſenſum, nam propriè dicitur, qui ſecundum modum ſignificandi dicitur, [l liberorum ff.de verb.ſignif. & Bald. in l.fin. C.de hæred.Inſt.] Et quia omnè ſtatutum præſupponit rationem ad colligendum ſtatuti rationē, habemus propoſitum prohęmiū ſtatuti, ex quo prohœmio colligitur ratio finalis, [Bal.in l.1.§.
6 quibus, C. de conſtitut.] in verbo nullum ſuffragium, & idē [in l.1.in 2.nota.C. de Iuſtin. C. componen.l. fi.ff. de hæred.Inſt.] Et licet à verbis ſtatuti non ſit recedendum, tamen hoc nō procedit, quando habemus rationē, ſiuè mentē, nam ratio, ſiuè mens eſt anima ſtatuti, verbum autem eſt corpus, & anima vti nobilior debet magis attendi quam corpus, ideoq; magis debet attendi intellectus, quam vocabulum, [add.ad conſ.1. doctiſſimi Bern. Bombin. Patritij Coſentini, num. 20. & Caualc. in tract. de tutor. & curat.num.84. in fine,] vnde ratio naturalis multum præualet ſtatutis, & per hoc non punitur quis ad mortem qui noluit delinquere, & dolus, & non dolus non eſt æquè puniendus, [l. 1.§. ſed ſi claua, ff.de Sicar.] & ſemper intelligitur dolus quando loquitur de pœna capitali,
7 vel corporali, [l. in actionibus ff.de in litem iurand.] ſecus in pœnis pecuniarijs [l.ſi ſerui veſtri C.de noxal.] & ratio ſtatutorum habet tātam vim, licet non ſit expreſſa, vt magis attendatur ratio, quam verba [l.milites agrum, ff. de re milita. & Bal. in l.gallus §.ſi eius in 2.notab.ff.de liber. & poſthum.] & ſolet aliquando per ſtatutum dari intellectus ſignificandi vocabulis, ſicut & per legem [Bal.in l.fi .C.de Sacroſanct. Eccl. in dubio vero intelligenda ſunt ſtatuta ſecundum propriam ſignificationem [l.cum aliter, ff.de leg.3] aut recurritur ad conditorem eadem poteſtate durante non finito officio, [Bald.in l.leges in 3.notab. C.de legib.] & ſemper referuntur ad præſumptionem intellectus ſtatuentium, [arg. l. de eo quod ff.de donat.inter vi.& vxor. & Bald. in l.nulli C. de ſentent.] quibus ſic determinatis pro generali cognitione ſtatutorum.

Primo quæro vtrū poſſit ſtatui aliquid contra ius naturale, gentium, vel Ciuile, & dicendum,
8 quod vnuſquiſque ſtatuit de his, quæ ſunt ſibi ſubdita, & cum nos non ſimus ſupra ius naturale, ſed ſubdamur iuri naturali, non poſſumus contra ius naturale ſtatuere, nec obſtat, quod capti ſiunt ſerui capientium [l. li-

bertatem,ff.de ſtatu hominum] nam dicendum eſt, quemadmodum natura facit de poſſibilibus id,quod melius eſt,ita facere debet ſtatuens, & ſic tunc non fit contra ius naturale,ſed ſecundũ ius naturale, quia ſequimur id, quod melius eſt, & impugnantibus rationibus ſemper eligen-
9 dum eſt melius, & propterea propter neceſſitatem, vt ſubueniatur neceſſitatibus hominum, introductum eſt ius gentium, quod videtur contrariari iuri naturali, ſed tamen eſt ſecundum ius naturale,nam vim vi repellere ſecundum ius naturale eſt, & per hoc cum hoſtes hoſtili animo nos deſtruere conantur, nos defendendo ab ipſis perſonas, & res noſtras ipſos hoſtes poſſumus occidere, & conſequenter etiam,ſi poſſumus eis vitam adimere, tanto magis libertatem, ſed cum melius ſit eos ſeruare, quam occidere, propterea eos ſeruos facimus, quod redundat in vtilitatem noſtram,& ipſorũ, nam nos eos ſeruamus in noſtrã vtilitatem,& ſic nobis acquirũt, & ſibi ipſis vitam conſeruant, quod non eſt contra ius naturale,
10 ſed ſecundum ius naturale, nam ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit, docuit autem natura omnia animalia, quod vnumquodque animal ſe conſeruet,& deſtruat contrariũ, & nociuum ſibi, & quod facit animal irrationale ſine ratione, animal rationale quod eſt homo debet facere cum ratione, & ſic debemus deſtruere hoſtes noſtros,vt nos conſeruemur, & tamen debet fieri cum ratione, ita tamen, vt ſi poſſimus hoſtes ſeruare, ſeruemus, & ſi poſſimus ex hoſtibus vtilitatem capere, capiamus,& hoc eſt eligere id quod melius eſt,quod competit homini, in quantum animal rationale eſt,[Ægidius Columna Roman. in cap. 14. par. 3. lib. 2. de Regimine Principum], & propterea diffinitur ius gẽtium, quod humanis neceſsitatibus exigen-
11 tibus gentes ſibi conſtituerunt, [Inſt.de iure nat.gent. & Ciu.]& ſic abſq; diſtinctione [DD.] ſaluamus omnia iura, in quibus dicitur ius naturale eſſe immutabile [§.fin .Inſt. de iure nat.gent. & Ciu.] vbi dicitur, ſed naturalia quidem iura diuina prouidentia conſtituta ſemper firma,atq; immutabilia permanent, & ſic ius naturale dicitur eſſe deductũ à diuina prouidentia, & conſequenter eſſe immutabile, nam diuina prouidentia eſt immutabilis,nec poſſunt dici,quod dixerunt [Doctores] quod ius naturale eſt immutabile in genere, ſed mutatur in ſpecie in aliquo caſu particulari reſtringendo, vel diſtinguendo, nam hæc doctrina non eſt artificialis,ſed deſtruitur ex ſe,nam ſi ius naturale eſſet mutabile,ſequeretur, quod
12 eſſet aliquando iniuſtum, quod

repu-

repugnat, cum semper sit æquū, & bonum [l.ius pluribus, ff. de Iust. & iure,] vbi dicitur ius naturale esse, quod semper æquum, & bonum est, sed quod dicunt DD. posse hoc modo intelligi, videlicèt, quod non restringatur ius naturale, sed restringantur aliquæ regulæ traditæ per DD. deductæ, ex iure naturali veluti dicimus secundum ius naturale esse, vt nemo locupletetur cum aliena iactura, tamen ius ciuile introduxit vsucapiones, & præscriptiones, & licet vsucapio videatur contradicere illi regulæ,
13 non tamen contradicit iuri naturali, sed potius est secundum ius naturale, ne rerum dominia sint incerta, cum possit vnusquisque experiri de iuribus suis intra tempus à lege præstitutum, & quod diximus, Principem non posse ius naturale immutare, vt potè procedens à diuina prouidentia, cum Princeps subsit diuinæ prouidentiæ, & non sit exemptus à legibus diuinæ prouidentiæ, cum vnusquisque subsit suo superiori, ita etiam eadem ratione dicimus, Principem non posse disponere contra ius gentium, nam ius gentium est id, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, & sic Princeps sub est rationi, & consequēter tenetur obedire rationi, nec potest
14 disponere aliquid contra rationem, quia si hoc faceret, diceretur tyrannus, & consequenter debet subesse iuri gentium, neq; poterit per suas leges derogare iuri gentium, poterit tamen aliquid disponere contra regulas deductas ex iure gentium, nā tunc non dicitur disponere contra ius gentium, sed potius secūdum ius gentium declarando id, quod inest iuri gentium, circa verò ius ciuile dicendum, Principem posse disponere contra ius Ciuile, cum sit supra ius Ciuile, ex quibus deducitur vna conclusio generalis, quod vnusquisque iurisdictionem habēs potest statuere super his, quæ sint sibi su-
15 biecta, secus super his, quæ sibi non sunt subiecta, & sic Duces, Marchiones, & cęteri Magistratus pro tempore suæ iurisdictionis, & secundum suā iurisdictionem possunt statuere, dummodò nihil statuant contra iura superiorum, ita dicunt DD. omnes [in l.1. ff. quod quisque Iuris,] & sic sumus expediti de quæstionibus generalibus statutorum, vnde infertur, Ciuitatem posse statuere super materia taxę victualium, vel super conseruatione rerum Ciuitatis, & illa statuta valere, absq; confirmatione Regia, maximè si illa sint temporalia [Auendan. in 1. par. cap. 19. num. 3. vers. & respectu rationa-
16 bilium statutorum, & nu. 4. loc. cit. de exequendis mandatis Regijs,] & multò fortius sunt seruanda, si esset periculum in mora petēdæ confirmationis, [l. tu-

tor

tor qui repertorium,ff.de admi-
niſtr.tutor.]& ſi ſequeretur gra-
uis expenſa [l. pro locis,&l.Me-
diterraneæ,C.de ann.trib.lib.x.]
aliàs ſi conderet ſtatuta abſque
voluntate Domini, & eius con-
firmatione poſſe à Domino pu-
niri tanquam occupans iuriſdi-
ctionem Dominorum[Auendan.
in d.1.par.cap.8. num.2.]Vnde
patet quamlibet Vniuerſitatem,
& Collegia approbata poſſe ſta-
tuta condere, dummodo confir-
mentur à Rege, quia Regis eſt
facere leges,quibus tenentur re-
liqui [l.fin.C.de legibus,& Garſ.
17 in tract.de nobil.notab. in in-
ſcript. num.13.l. omnes populi,
& l.per iniquum, ff. de iuriſdict.
omn. Iudic.] ideoq; vbi non ex-
tenditur Iuriſdictio, ibi non ex-
tenditur ſtatutum [Bald.in l. ne-
ceſſarium, ff. de orig. Iuris.] &
quodlibet ſedile poteſt ſtatuere
circa ea,quæ incumbunt ipſi ſe-
dili,& quæ pertinent ad admini-
ſtrationem rerum ſuarum, [Bar.
& DD. in l.omnes populi,ff. de
iuſtit. & iure,& Fab. de Anna in
conſ.92. num.7. in 2.volum.]ex
eadem regula dicimus non vale-
re ſtatutum factum ab excom-
municatis[Bar.in d.l.omnes po-
18 puli 7. quæſt. in princip.] Et ra
tio eſt,quia excommunicatus di-
citur membrum abſciſſum,& ſi-
cuti in corpore naturali mem-
brum abſciſſum non poteſt rege-
re corpus, ſic debet eſſe in cor-
pore miſtico, & ſtatuta dicentur
ſufficienter publicata ſtatim, ac
ſunt poſita in loco publico, ita
quod poſſunt ab omnibus inſpi-
ci,licet non ſint præconizata per
os præconum,[d.l.neceſſarium
& ibi Bald.] & in publicationi-
bus fiendis ſtatuta locorum ſunt
multum attendenda, ſicuti in
breuiatura Notarij, quæ in iure
appellatur Sceda, non probat,
vbi non eſt ſubſcriptio tabellio-
nis cũ ſigno, niſi publicetur au-
ctoritate Iudicis [c.cum p.tabel
lio de fide inſtrum. & Bald. in l.
contractus, C. de fide inſtrum.]
immo promulgatio vnius ſtatu-
ti probatur per publicationem
19 ſtatuti, & ideo ſi eſſet neceſſe
probare ſtatutum editũ per te-
ſtes, quia fortè libri ſtatutorum
ſunt combuſti,& teſtes dicerent,
quod audiuerunt ſtatutum pro-
mulgari, talis atteſtatio ſuffice-
ret,quia iſta publicatio eſt quod
dam notorium,quo probato pro
batur factum præſumptiuè, [l.à
quidem C.de accuſat.]quia pu-
blicatio eſt de natura legis, & in
his, quæ ordinantur ſecundum
naturam ex altero præſumitur
in alterum, [Bald.in l.vnica, in
fin.C.de caduc.toll.] onus pro-
bandi incumbit alleganti, [l.1.
C. quæ ſit longa conſuet.] alias
lex non indiget probatione, &
cum ſtatutũ habeat plures par-
tes,quorum vnum capitulum re-
fertur ad aliud, oporter produci
20 totum ſtatutum,& non vnum
capitulum, ad hoc vt poſſet dici
eſſe

esse integrum statutum, [Bal.in l.in Ciuile ff.de leg.]

Secundò quæro consequenter cum subiectum nostri tractatus sit Vniuersitas quomodo sit regenda, quærendum propterea quomodo differunt ad inuicem Ciuitas, Prouincia, & quot sunt species Ciuitatum, quid item sit Castrum, Villa, vicus, Castellū, & quot sint nomina personarum constituentium Ciuitatem, villam, vicum, Castellum, &c. Vnde primo dico, quod nomen Ciuitatis, sūpsit originē à verbo Ceo, quia coeant, vt simul viuant, vel à verbo Cio, quod significat Cōgregationem, vel adunationem. [Neapodan. in prohœmio Caroli incip. Audiuimus num. 171. & seq. super Consuet. Neap.] & est magis dignum, quam nomen Prouincię, nam Ecclesia vocatur Ciuitas, & non Prouincia, & Regnum cœleste vocatur etiam Ciuitas Hierusalem, vnde [Diuus Ioannes Euangelista] dixit [in Apocalypsi,] vidi Ciuitatē sanctam Hierusalem descendentem
21 de Cœlo; [& tandem de Ciuitate Hierusalem dicitur quomodo sedet sola Ciuitas plena populo Domina gentium, Princeps Prouinciarum facta est sub tributo,] ex quibus verbis arguimus nomen Ciuitatis esse nomen perfectionis, cum Ecclesia sancta Dei, quæ dicitur perfecta vnio pluriū sub vno inuisibili capite Christo, & Romano Pontifice visibili in terris vocetur nomine Ciuitatis, & sic Spiritus sanctus non significauit Ecclesiam suam sanctam sub aliquo imperfecto, ex quibus colligitur Ciuitatē nihil aliud esse, nisi multitudinem hominum liberorū, quæ habet omne necessarium ad vitam rectè regendam, & dicit [Arist. lib. 1. & 3. Politic. & Ægidius Columna in cap. 32. par. 2. lib. 3. de regimine Principum,] & propterea statim, atque in aliqua Ciui-
22 tate deficit aliquod necessarium ad vitam rectè regendam non rectè ei tribuitur nomen Ciuitatis, hinc est, quod [Diuus Augustinus libro de Ciuitate Dei.] Ciuitatem esse propriè multitudinem hominum dixit, quæ habet Episcopum, & ratio est, quia si esset aliqua Ciuitas sine Episcopo nō esset perfecta societas, in qua nihil adesset de necessarijs ad vitam rectè regendam, ex quo deficeret Episcopus, qui est Princeps sacrorum, & in Sacramentorum ministratione, & sic deesset in Ciuitate vna pars principalis, & licet in multis Ciuitatibus, quæ nunc reperiuntur, deficiant multa necessaria ad vitam, tamen præsumendum est antiquitus talia ibi fuisse, quemadmodum etiam hodie multæ Ciuitates sunt priuatæ Episcopo propter delictum, & tamen non
23 desinunt esse Ciuitates [Innoc. in c.cum ad Ecclesiarum de offic. ordin.] & sciendum est olim aliquas

aliquas fuiſſe Ciuitates maximas, alias magnas, alias paruas, maximæ dicebantur illæ, in quibus erat forū cauſarum, cui ſub erāt multæ aliæ Ciuitates, etiam habentes merum Imperium, vt fuit, & eſt Coſentia, & Ciuitas maxima vocatur Ciuitas metropolitana, in qua reſidet metropolitanus, ſeù Archiepiſcopus, qui dicitur Princeps Epiſcoporum, vnde Ciuitas noſtra tanquam metropolis habet ſuum metropolitanum, ſeù Archiepiſcopum, & dignitas Archiepiſcopatus Conſentini ſolet eſſe Seminariū ad conſequendam dignitatem Cardinalatus, prout fuit Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Car-
24 dinalis Conſentinus nomine Euangeliſta Pallotta, & antiquitus Dux Calabrię reſidebat Coſentiæ, vti metropoli, & ſæpius in capitulis noſtris ipſe Dux magnis laudibus ipſam extollit, vocat enim ipſam Calabrorum inſignem Ciuitatem, quæ meritò Prouinciæ caput nuncupari poteſt, [vt in priuil. conceſs. anno 1472. fol.24. à ter. & iterum anno 1475. fol.42.] Et multis alijs capitulis, & Sanctiſſimus Pontifex Paulus Quintus in promotione ad Archiepiſcopatum noſtrum facta in perſonam Illuſtriſſimi Pauli Æmilij Sanctorij dixit inſignem Eccleſiam, & vt vtar ijſdem verbis, quibus vſus eſt idem Summus Pontifex in dicta promotione viri inquā inſignis; Eccleſiæ inſigni noti non ſolum Vrbi, verum etiam Orbi, ob pręclaram ſcientiam, & ſanctitatē, & Nepotis Illuſtriſsimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Sanctæ Seuerinæ, fœlicis memoriæ, vt iterum dixi in quadam mea allegatione, [quam poſuit Thorus in Compend. deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neap. in verbo iuſpatronatus col.1. fol.26.] iure equidem propter ſuas virtutes, & actiones incredibiles ad apicem Cardinalatus aſpirare ſperatur, & quidē conſtat Conſentiam ampliſſimā,
25 nobiliſſimam, ac antiquiſſimam ſemper fuiſſe metropolim, cuius multi meminerūt, [Liuius lib.3. Plinius lib.3. & 14. cap.5. Pompon. Mela, & Ptolomæus in ſua tabula de Europa, Gabriel Franciſcanus de antiqu. & ſitu Calabriæ,] & hac de cauſa medietas cadaueris Alexandri Regis Epirotarum fuit Coſentiam tanquā metropolim tranſlata, qui in flumine Acheraſij propè Pandoſiam Vrbem à Lucano exule trucidatus fuit. [Liui. decad. 1. lib. 8.] Eſt tandem mater octuaginta Caſalium, quæ ſunt ingentes populo, & focis, vt dicit [digniſſimus, & doctiſſimus Regius Conſiliarius Ioannes Andræas de Georgio Magnus Feud. ſta, ac noſter Calaber in alleg.21.] magnæ autem Ciuitates dicebantur illæ, quæ habebāt merum imperiū
26 tantum, & carebant Archiepiſcopo, ſed habebant ſolum Epiſcopum,

ſcopum, paruæ dicebantur illæ, quæ habebant ſolam iuriſdictionem, quę datur defenſoribus Ciuitatum [l.ſi duos §.decet, ff. de excuſat. tutor.] Prouinciæ verò nomen antiquiſſimum fuit [teſte Moyſe in Deuteron.cap.19.] vbi dicitur, cum diſperdiderit Dominus Deus tuus gentes, quarū tibi traditurus eſt terram, & poſſideris eam, &c. in tres æqualiter partes totam terræ tuæ Prouinciam diuides,) vnde Regio illa trans Iordanē terra ſcilicet pro-
27 miſſionis victis, ac expulſis Regibus capta fuit dici Prouincia quaſi procul annis victa, & ſic Prouincia dicitur illa Regio, quę fuit victa, & ſubditur Regibus alterius nationis, & nō habet proprias leges, ſed accipit à victore, & ſoluit victori vectigal, ſeu tributum in recognitionem dominij, & ita dicit eleganter [Carolus Sigonius in libro de iure Prouinciarū,] vbi latè diſputat quotuplex ſit ius Prouinciarum, & ne videar aliorum dicta trāſcribere, ideo ad ipſum me remitto, qui plenè tractat de iure Prouinciali, nota autem vnum dictum [Archidiaconi in cap. non vos 23.quæſt.5.] qui dicit diſtinctionem Prouinciarum Italiæ, Gal-
28 liæ, Angliæ, & Alimaniæ diſtingui per diuerſas linguas, & hæc diſtinctio fuit de iure gentium, [l.ex hoc iure ff. de iuſt. & iure,] de iure autem Ciuili antiquitus omnes Ciuitates, quæ ſuberant vni Præſidi, & vno Metropolitano habenti ſub ſe magnum territorium faciebant vnam Prouinciam, [l.illicitas §.qui vniuerſas, & l.cōgruit ff.de offi.Præſid.] vnde Præſes de iure cōmuni habet merum, & mixtum Imperiū, [Bal. in l.Imperium num.7.ff. de iuriſdict.omn.Iudic. ideoq; Coſentia fuit Metropolis Brutiorū [Strabo. lib. 6.] quæ dictio Metropolis eſt Græca, qua Ciuitas mater ſignificatur, metros enim quaſi mater, polis verò Ciuitatē ſignificat, & Ciuitas metropolis debet habere ſub ſe multas ter-
29 ras ad minus decem [Afflict. in Conſt. occupatis in 6. notab.] & antiquitus differebant Metropolitani ad Archiepiſcopis, nam Metropolitani erant Epiſcopi, qui reſidebāt in Ciuitatibus metropolitanis, & habebant iura Metropolis, ſed nomen Archiepiſcopi eſt nomen iuris Eccleſiaſtici, vnde ſignificat Epiſcopum Principem metropolitanorum, & aliorum Epiſcoporum vnius Prouinciæ, ſed quia nunc omnis Metropolis habet Archiepiſcopum, propterea nomen Archiepiſcopi, & Metropolitani confunditur. Secundo dico alia reperiri nomina iuris, alia nomina artis, vnde nomen oppidi, caſtri, ſeù caſtelli, villæ, & vici ſunt nomina artis non nomina iuris, nam antiqui oppida dixerunt frequentiores, & ampliores quoſdam hominum conuentus, caſtella minores,

nores, ac angustiores, sed tàm oppida, quàm castella murorum ambitu,& præsidio septa, & munita, ita vt repræsentent quoddã bellicum castrum, vicos verò dixerunt sine muris ita [Isidorus in libro Ethimologiarum,] & oppidum dicitur ab ope, quod eius rei gratia, & causa mœnia sunt constituta [l.pupillus §.oppidũ, ff. de verb. signific. & Burgenses dicuntur qui habitãt in oppidis, differt porrò vicus à villa, nã tã
30 vicus, quã villa sunt sinè muris, est vicus dicĩt in ciuitate, villa in rure, vnde qui habitant in locis siluestribus dicuntur villani, qui verò in locis iuxtà Ciuitates, & oppida,& qui sunt extra mœnia, idest sine muris dicuntur de vico,& rusticus dicitur ille, qui colit agros [l.do prædiorum, C. de agric. & censit. lib. 11.] villicus verò perceptor, & conseruator fructuum [l. si cum villico ff. de Institor.] Aduena dicitur tanquã aliunde veniens [l.pupillus §.aduena in verbo appellauit, ff. de verb. signif.] vel dicitur ille, qui in loco natus non est [Valenz. conf. 55. num.35.] Incola qui in aliqua regione domicilium contulit, [d.l.pupillus §.incolæ prædiorum, & Carau. in ritu 301. num.29. & seq. & Rendella in text.1.vers.Ciuitate num.2. qui allegat Antonium Caputum de Melficto glosatorem antiquum, de quo meminit Afflict. in dicto tract. de iure prothom.] Colonus dicitur in villa, seu in rure, Inquilinus domi, quia Colonus dicitur à colendo agros, Inquilinus vero qui habitat, & hæc omnia, vt diximus sunt nomina naturalia ab arte deducta, sunt præterea alia nomina, quæ sunt nomina iuris, vt est nomẽ Ciuis, Prouincialis, municipij, & municipalis, Coloniç, præfecturç, fçderati op-
31 pidi, fori, & conciliabuli, Ciuis dicitur à iure Ciuili, Prouincialis à iure Prouinciali, Colonia à iure Coloniæ, municipium à iure municipali, prçfectura à iure prçfecti, fçderatum oppidum à iure fçderis, forum, & conciliabulum à iure fori, & cõciliabuli, de quibus omnibus consequenter est dicẽdum, & diximus supra Prouincias fuisse dictas illas regiones, quæ erant deuictæ, & proinde suberant legibus, & Magistratibus Romanis, nam statimatq; vna Prouincia fuit deuicta Senatus Populusque Romanus mittebat ad illam Prouinciam Legatos, qui nomine Populi Romani leges Prouinciæ dabant, & sic amittebant iura propria, & suberant iuri prouinciarum, mittebat etiam ad Prouinciam Prætorem, seù Proconsulem, vel Præsidem, qui erant Magistratus Populi Romani, ac quoque mittebat Quæstorẽ, qui colligebat in illa prouincia tributa, & vectigalia imposita à Romanis Prouincialibus iure belli propter victoriam, & hinc dixit [Sigonius in

libro

libro de iure Prouinciarum.,] quod prouincia dicitur à iure prouinciali,quia subest iuri prouinciali, idest iuri parto ex Victoria, quod aliquando erat du-
32 rius, aliquando benignius secundum quod Romanis videretur, simile verò iuri prouinciarum erat ius præfecturę,nam in illis locis, quæ non habebant multas Ciuitates,sed erat vnum oppidum tantum, vel castrum Populus Romanus mittebat pręfectos statim atq; dictum oppidum vincebat, & dicta Ciuitas, seù oppidum postquam omiserat iura propria, & accipiebat iura, & magistratum Romanorum dicebatur præfectura,Colonia verò erat Ciuitas,in qua erãt missi Ciues Romani ad habitandum, vel ædificata ab ipsis Romanis, & propterea erat quasi quædam filiã Romæ,& gaudebat omnibus Priuilegijs Romanorũ, municipium autem dicitur Ciuitas propria iura habens, quibus gaudent municipales, & vltra propria iura per priuilegiũ, quod habuit idem municipium à Populo Romano poterat gaudere muneribus Romæ, fęderatum oppidum dicitur, quod cũ Ciuitate Romæ fœdus,ac treguã habebat, ita quod nõ licebat arma mouere vnius contra alterũ, forum seu conciliabulum est locus Iudicij,& locus nundinationis, & dictum etiam fuit conciliabulum à Concilijs,quod in his haberẽtur,adest etiam ius Latij, & ius Latinorum,& ius Italiæ,de quibus sparsim habetur de iure
33 ciuili nostro,& hæc iura dicebãtur iura societatis,nam Romani primo totum Latium ad societatem admiserunt, inde Latinos omnes,& totam Italiam,& propterea sæpius Latini dicebantur socij Romanorum,& hæc omnia durauerunt vsque ad legem Iuliam, per quam omnes fuerunt Ciuitati Romanæ donati, & sic videmus omnes, qui sunt in Imperio Romano dici Ciues Rom. & sic pleniori iure gaudere, quã antiquitus gaudebunt, hæc omnia ex[Sigonio libro de antiquo iure Italiæ] quæ breuiter referre libuit,nam latior doctrina ab ipso petenda est, vbi declarat singula iura omnium, & sic Ciuis dicitur ex iure ciuili,qui scilicet est particeps proprij iuris ciuilis alicuius propriæ Ciuitatis, quæ dicitur perfecta communitas, vt diximus, & alij dicuntur originarij, qui ex origine nati
34 Ciues sunt [glos. in rub. C. de incolis lib. 10. l. filios, & l. origine C. de muner. & honor. & l. Ciues C. de incolis lib. 10.] alij dicuntur Ciues domiciliarij, qui domicilium contulerunt ad differentiam originariorum, & sic ij dicuntur Ciues,qui iure Ciuitatum, idest priuilegijs Ciuitatũ gaudent, de quibus dicendum inferius suo loco, vbi latius dicemus de differentia Ciuium, & muni-

municipum, & super hac materia quomodo aliquis fiat Ciuis, tàm originarius, quàm domicilianus, vide infra [cap. 7. in tit. de officio Consultoris §. 20.] & vide de differẽtia ciuium, & municipum, [c. 1. §. 2. q. 14.] & de effectibus ciuilitatis, & domicilij, [ibi. q. 15.]

Tertiò quæro de nominibus eorum, qui administrant bona Vniuersitatis, & iura ipsorum administrantium, & dico primò
35 administratores, & gubernatores Vniuersitatum diuersa nomina sortitos esse, omnes tamen in hoc conueniunt, nam dicũtur capita Vniuersitatum, nam cum quælibet Vniuersitas representet quoddam corpus, vt dicit [Bart. in tract. de regimine Vniuersitatum] debet habere suum caput, aliàs esset corpus monstruosum, & acephalum, & sic cùm Sindici sint capita Vniuersitatis, & Ciues membra possunt vocari illis nominibus, quibus antiquitus capita alicuius corporis vocata sunt, vnde cum reperiantur in antiqua Romana Republica multi status, nam alius fuit status Reipublicæ tempore Regum videlicet à Romulo, vsq; ad Tarquinium, & hic status dicebatur gubernatio Regia, secundus status fuit à Consulibus post expulsum Tarquinium superbum, nã postquam hic Tarquinius fuit expulsus a Regno, Romani constituerunt sibi Cõsules, & patres seù patritios Senatores, & hic status durauit vsq; ad secessionẽ plebis, & fuit dictus hic status optimatum, nam optimi in Republica, & nobiles gubernabant, post se cessionem plebis, plebs incępit habere proprium Magistratum cum maxima potestate, & dicebatur tribunus plebis, qui intercedebat pro populo contra cõsules, & intantum apta est potestas populi per hunc Magistratum, vt cœperit alius Republi-
36 cæ status eligi, & sic fuit dictus status popularis. Tertio post interfectum Iulium Cæsarem fuit Respublica amissa, & sic cœpit status triumuiratus, demum cũ potitus esset Augustus toto Imperio cęptum fuit nomen Imperij, & sic omnia fuerunt disposita per Imperatores, & tãdem tempore Adriani Imperatoris fuit alius status, qui cõstituit nouum modum gubernandi, & hic status est ille, qui descriptus est in corpore iuris ciuilis paucis immutatis, & sic ad scienda nomina administrantium oportet rem reducere ad singulos status, Sciẽdum propterea in primo statu Ciuitatem Romanam, quia non erat ampliatum Imperium fuisse diuisam in tres partes, & quęlibet pars dicebatur trib. & quælibet tribus habebat vnum gubernatorem, qui dicebatur Tribunus, deinde quælibet tribus erat diuisa in Curias, & ille qui præsidebat Curijs dicebatur Curio,

rio, & qualibet Curia erat diuisa in decurias, & qui præsidebat decuriæ, dicebatur de curio, & sic decurio antiquitus dicebatur, qui præsidebat vni parti, & alijs partibus Reipublicæ, & hæc de primo statu, secundus status tempore Cōsulum, & tempore aucti Imperij postquam Romana Ciuitas aucta fuit, cœperunt Romani Colonias facere, de quibus diximus supra de iure Coloniarum, & cū ex decima parte Colonorum Consilij publici gratia aliqui cōscribi soliti sint, hi decuriones dicti sunt, vt dicitur [in l. pupillus §. decuriones ff. de verb. signific.] quibus decurionibus posŝūt nunc æquiparari Sindici, & electi Vniuersitatum eodem ferè tempore in municipijs, idest ijs Ciuitatibus, quæ erant participes munerum Ciuium Romanorū, quemadmodum in Colonis fuit
37 instituta quædam imago Reipublicæ Romanorum, & Coloniarnm, & consequenter fuit in ijs institutus ordo decurionum, nam quemadmodum Romę erat Senatus, sic in municipijs fuit Consilium decurionum, ita vt nihil decuriones in Colonijs, aut municipijs à Senatoribus Romanis differrent, vt dicit [Nouella 38.] & sic decurionū Consilium Senatus speciem retulit, cuius summum ius fuit in legibus ferēdis, & magistratibus municipalibus creandis, vt dicit [Sigonius in libro de antiquo iure Italiæ in cap. de municipijs, & eorum iure] & hic status durauit semper vsque ad tempora antiquorum Imperatorum, Tandem fuerunt constituti alij Decuriones Vrbici; & alij mnnicipales, Vrbici decuriones fuerunt in Vrbe Romæ, tàm veteri, quàm noua, nam Roma Vetus est Roma, Roma noua est Constantinopolis, seù Bizantium Ciuitas ædificata à Cōstantino Magno, & decuriones Vrbici præerant turmæ, quæ constabat ex duobus, & triginta equitibus, in qua significatione agitur in [Codice de hæreditatibus decurionum,] municipales verò erant in municipijs vt dixi, de quorum officio extat titulus [ff. ad municipales,] Item decuriones appellari cœperunt Principes, seù capita cuiuslibet ordinis, & ordo decuria ipsa, vt decuria Iudicū, decuria scribarū, et decuria cubiculariorū, et fuerunt etiam dicti decuriones primarij Cæsarum, hoc est Principum Consiliarij, de quibus agitur [in C. de silent. & decurion. eorum lib. 12.] et sic
38 nunc possumus electos, et sindicos vocare decuriones tanquam capita cuiuslibet Vniuersitatis, et solent cōmuniter vocari procuratores Reipublicę Patres Ciuitatis, curatores, priores, antiani, et magistratus mun cipales, vt docuit [Foller. in prag. 2. nu. j. et Montanar. ibi num. 15. de ad-

 ministr.

ministr. vniuer.] et prius in Ciuitate nostra eligebantur quinquaginta inter nobiles, et populares, et vocabantur Consiliarij, qui habebant potestatem eligendi syndicos, magistrum iuratum, et electos, vt per [capitula Ducis Calabriæ in anno 1472. fol. 25. à ter. et Napod. super Consuet. Neapol. in rubr. de instrumentis confectis per Curiales Neapol. et fide eorum per totam] et ad eos pertinebat distributio honorum, et præmiorum, quæ debent distribui benemeritis, et non secundum nummariam vtilitatem, qua de causa Romana Respublica maiorem numerum habuit Ducum insignium, strenuorum militum, Senatorum sapientum, et prudentum, et eloquentissimorum Oratorum, ac eminentum Iurisconsultorum, cæteræ vero Respublicæ fuerunt Barbaræ, quia non solùm afficiebant præmijs honoris erigendo in Vrbe arcus triumphales, et marmoreas statuas, et in prouincijs, vt memoria illorum qui gloriosè viuerant, et honores meruerant, et gesserāt, in perpetuū haberetur [Reg. Valenz. conf. 82 n. 51 et seq.] nā honores dati benemeritis non solū augent decus regium, verū etiam Reipublicæ.

Quarto quæro, an sententia lata contra statuta, et beneficia Ciuitatis dicatur ipso iure nulla, in qua controuersia fuerunt opiniones, prima fuit opinio [Alberici in l. si cū incertæ C. quando prouoca. non est neces. af-
39 firmātis nullam ipso iure declarari. Secunda fuit opinio Cyni contrarium tenentis, quia cum statuta, & consuetudines in facto consistant, possunt probabiliter ignorari [l. 2. ff. de iuris, et facti ignor.] et [c. licet Romanū Pōt. de Const. in 6.] ego autem distinguerem, quod si sumus in Iudice, qui posset statuta probabiliter ignorare, procedit opinio Cyni, si vero in Iudice ordinario Ciuitatis, qui statuta ignorare non debet, cum turpè sit ignorare ius in quo versatur [l. 2. §. seruus autem C. de origine iuris,] et tunc procedit text. [in d. l. si cum incertæ,] et omnes de nostra Ciuitate tenentur scire nostra statuta, licet nonnulli iuxta ignorātia possunt se excusare, si erant absentes tempore promulgationis statuti, vel in longinquo, vel si fecerunt contra statutum antequam publicaretur, [Alberic. in tract. de statu. quæst. 31.]

Quinto quæro an possit renunciari beneficio statuti, vel priuilegij, et dicēdum posse renunciari si fuit inductum principaliter in fauorem renunciantis, secus si fuit inductum in fauorem vtilitatis publicæ principaliter, [Al-
40 beric. in d. tract. q. 19. Thorus in d. Compend. in verbo Priuilegiū Ducale fol. 418. in fin.]

Sextò quæro quod statutum debet seruari, statutum scilicet

loci

loci contractus, et vbi res gesta est, vel loci Iudicij, & dicendũ ſer uari debere ius loci contractus, & vbi res gesta est [l. si fundus, ff. de euictio. & Afflict. decis. 226. 41 nu. 4.] secus verò quoad formã Iudicij [Auendan. in 1. par. c. 19. nu. 12. vers. Iudex tamen de exequẽdis mand. Et vide in hac materia DD. in l. cunctos populos C. de sum. Trin. vbi Bar. & Bal.]

Septimò quæro an per rescriptum Principis possit derogari nostris statutis, & priuilegijs, & dicendum est non posse, nisi fiat de eis specificè mentio de verbo ad verbum, quia ita 42 expresè statuitur in nostris priuilegijs concess. à Rege Ferdinando [de anno 1467. nu. 6. fol. 21.] Si vero non esset clausula derogatoria sufficeret clausula generalis non obstantium [arg. l. legatorum, §. quid plures ff. de leg. 2.] & cũ statuta sint facti, præsumuntur ignorari à Principe [c. 1. de Constit. in 6. peritissimus Iudex Paschalis noster Patritius de patr. potest. c. 1. n. 100.

43 Nota hoc nomen Philippi est nomen proprium Regis nostri, qđ interpretatur bellicosus, ait, [Diuus Hieronymus in interpretatione nominnm hæbraicorum] qui quot regibus, & potentibus terribilis fuerit perspicuũ existit, summæq; suæ laudes excelsi illustrique loco sitæ sunt, & inuictus Hispaniarũ Monarcha, & huius Regni, ac Siciliæ Rex potentissimus solutus ab Imperij iurisdictione, est enim ligius Romanæ Ecclesiæ, [Iser. in prohœm. Constit. & Afflict. in prælud. Constit. quæst. 1. num. 6.] & iterum [decis. 128. nu. 4.] quod Regnum nostrum dicitur pretiosa hæreditas, viridarium electum inter agros, [vt in Constit. occupatis,] & amœnissimum pomerium, vt [in cap. Regni Carolus.]

Secundo nota nomen Regis debere præponi in quolibet mãdato, seù ordinatione facienda 44 per Proregem Regni, seù alium officialẽ Iurisdictionis, nã omnia tribuuntur Principi, seù causæ principali non autem secundariæ, & cum Princeps, seù Rex sit causa principalis omniũ, quæ fiunt in Regno, eius nomen debet præponi, sicut in nostro Sedili sunt incisa arma, seù insignia Regis nostri, & deinde Ciuitatis nostræ, & in Ianua maiori eiusdem Ciuitatis vulgò appellata (*Porta del Ponte delli Reuotati*) adest hæc inscriptio

FERDINANDVS REX MAGNÆ POTENTIÆ,

& sic arma, & nomen Regis in omni opere publico, & præsertim in muris, Ianuis, portis, seù prætorijs Iudicum, & Sedilibus poni, & inscribi debent [l. opus nouum in fin. ff. de oper. publ. & l. si quis Iudices C. de oper. publ.] possunt etiam poni arma eius cuius pecunia id opus factum sit

45 [d.l.opus nouum, & Alphanus in l.1.num.129.ff. ſi certum petat. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de diuerſ. prouiſ. in rub.de inſignijs,& armis n.5.] Et [Surgens in cap.11.num.43. de Neap. Illuſtr.] quæ arma debent poni in loco inferiori, ſi ibi reperiantur poſita arma Regis, vel Proregis, poſſunt etiam deſcribi arma eius in tẽplo, intẽpiatura,vel ſimilibus locis, cuius expenſis fuit facta dicta intempiatura, &c. & non debent abradi, ſeù deleri etiam vt alterius arma ponantur, qui fecit ſeù renouauit nouas intempiaturas [l.2.§.fi.ff.de operib.publ. ibi ne eius nomine, & l.7.§.ſi quis ibi manentibus priorum titulis,ff.eod,Roman. in ſing.474. & 480. Alphanus in d.l. nu.130. De Ponte loc.cit.num.5. qui allegat Caſſan. in 1.par. concluſ. 2.& 13. Catal. glor. mund. Valenz.conſ.18. num.42. & nouiſſimè Thorus Compend. deciſ. Canonic. in verbo Arma col.1. fol. 5. refert à Reuerendiſſimo Generali Diui Franciſci de Paula fuiſſe deciſum in cauſa mei cariſſimi genitoris cum hærede quondam Ferdinandi de Gaeta.

46 Sed quæritur ſi in aliquo Caſtro Baro habeat iuriſdictionem ciuilem,& alius criminalem,cuius arma, ſeù inſignia debeant depingi in dicto caſtro, & dicendum ex prædictis debere depingi arma Domini, nam arma, & inſignia denotant dominium, & dominium dicitur penès habentem iuriſdictionem ciuilem non criminalem, nam criminalis dicitur habere iuriſdictionem potius ex officio,& perſonis, quam ex feudo[Capiblan.in pragm.1. n.53. de Baron.] & hac occaſione volui hic inſerere has allegationes Philippi Paſchalis I.C. celeberrimi, nunc autem Indicis meritiſſimi M.C.V. cauſarum criminalium, quæ ſunt tenoris ſequentis.

47 Indubitata res eſt in hòc Regno, quod is, qui habet iuriſdictionem ciuilem,eſt propriè Baro, & Dominus Territorij, cum ita fuerit, cum maxima prudentia declaratum præuia cauſæ cognitione, & ſapientum Conſilio per Regem Alphonſum pro Abbate Sancti Ioannis in Lamis cũ Vniuerſitate Sancti Ioannis Rotundi in anno 1443. ſub die 25. Ianuarij, vt refert [Freccia in ſubfeud. lib. 1. in rubr. de offic. Mag.Iuſt. num.26.] & proinde per eundem Regem pronunciatum fuit iuramentum aſſecura-
48 tionis eidem Domino iuriſdictionis ciuilis præſtandum eſſe prout teſtatur idem [Freccia in 2.lib. in 2. author. Baron. ante num. 23.verſ. Diuus tamen Alphonſus,]quod etiã alijs Exemplis,& rationibus confirmat pulchrè [Capyc. in inueſt. in verbo feudorum aſſecurationes col.2. verſ. quid autem erit de eo, & tanquam

tanquam indubitatam cōclusionem sequitur [Meritissimus Præsidens de Frāchis decis.131.n.4] & per hoc non dubitatur subuentionē à vassallis præstari debitam in casibus [in Cōstit.Reg. quamplur. statutis] prestandum esse Domino iurisdictionis ciuilis non criminalis, vt affirmat ipsemet [de Franchis d.decis.131. num.3:] imò non desunt, qui tenent etiam Iudicem Ciuilium causarum præferendum esse criminali, vt plenè tradit [Anton. Vrsill.in tract.de Cur.Præsidal.] authoritate Capyc.quem sequitur, & refert [Foller. in Constit. Regn: Iustitiæ nomen col.3 .vers. in text. ibi hinc est,] licet [Dominus de Franchis in decis.388. num.4.] dicat in honorarijs attendendam esse consuetudinem, & id quod solitum est obseruari, ratio autem præmissorum est, quia vt inquit [Bald. in cap.1.de aliod.] Iurisdictio ciuilis cohæret territorio sicut nebula super paludem, & in conuerso insepa rabili ab ea potestate cohærendi, quæ cohæret territorio, vt notat [idem Bald.in l.fin.ff.de constit. Princip.] Vnde si in aliquo castro vnus Baro habet iurisdictionem criminalem, alter ciuilem, & in loco illo sunt nundinæ,

49 debet portari vexillū illius Domini, qui habet iurisdictionem ciuilem, nam ipse est Dominus territorij, prout decisum fuit per S.C. vt testatur [Capyc.decis.27. in ij.dub.] & sequitur [Io. Anto. de Nigr. in cap. Reg. incip. Illustri ViceRegi num. 48.] in quo cap. refert multas alias prærogatiuas iurisdictionis ciuilis. Et ideo is qui habet iurisdictionem criminalem, iure non potest intitulari Dominus illius castri, sed largo modo dicitur dominus

50 illius Iurisdictionis criminalis in casibus sibi reseruatis, vt tradit [Capyc.ead.decis.27.nu.32.] & ita fuit decisum per Sac.Cons. quod etiam confirmatur à communi vsu loquendi, cui standum est, [l.labeo ff.de superlect.leg.] nam vulgus eum simpliciter dominum appellat, qui habet iurisdictionem ciuilem, alium verò vocat dominum cum adiectione certæ qualitatis, videlicet iurisdictionis criminalis, ergo sua dominatio refertur ad causas criminales nō ad personas, seu territorium, vnde est Dominus secundum quid non simpliciter, licet enim propter illas causas ei subijciantur etiam personæ hoc est ex accidenti, & in potentia fieri, nam persona non est subdita, antequam causa nascatur, dominus ergo iurisdictionis criminalis nullum habet dominiū in territorio, sed habet quodammodo iurisdictionem delegatam à Rege, quo ad illas personas, quas delinquere contigerit, vt pulchrè considerat [Frecc.in allegat.author.2.Baron.num.21.] & hoc etiam alia ratione suade-

tur, nam tempore Regis Gul. qui condidit dictam Reg.Const. quamplurimum; Iurisdictio criminalis non solebat alteri concedi,sed penès Regem retinebatur,& si qui eam habebãt, Reguli non Barones nuncupabantur, vnde lex non potest de his loqui, qui tunc non erant, vt eliciturex not.[per And.in §.si quis alium de pace tenenda.]

Ex his ergo indubitabilis apparet quæstio, quod Baro Iurisdictionis ciuilis, qui ex antiqua cõsuetudine habebat eius arma depicta in mœnijs castri, dum nuper dominus iurisdictionis criminalis eius arma apposuerit super portam eiusdem castri, si ea
51 remoueri fecit, & ibi propria arma apponi, id iure licito facere potuerit ipsemet Baro iurisdictionis ciuilis suam defendendo possessionem, siquidem per prædicta nulla cadat difficultas, qđ dum dominus iurisdictionis criminalis non est verè Baro, nec vllum habet ius in territorio,sed is qui habet iurisdictionem ciuilem est verè dominus,& Baro;sequitur propterea quod dũ DD. dicunt, quod Baro potest arma sua depingi facere in castro, ad hoc vt sciant homines castrum illud sibi subiectum esse,vt notat [Bar.in tract.de arm.n.2.]quem sequitur [Bon.de Curti.in tract. de nobil.in 2.par.& Freccia in subfeud.author.47.in princip.] necessario hoc intelligendum est de vero Barone habente territorium cum vtili dominio, & iurisdictione ciuili,& licet[Capyc. in alleg.decis.27. in 10.dub.] dicat hanc quæstionem dependere ab alia,nunc scilicet Mœnia castri sunt in dominio ciuium, aut Principis,aut nullius, & tandem
52 concludit ea esse Ciuitatis, & propterea permittentibus Ciuibus licere Baroni causarum criminalium arma in eis apponere prout etiam refert, & sequitur [Io.Ant.de Nigr.in d.cap. Reg. Illustri Viceregi num.45.& seq.]

Aduertatur tamen quod ex facto,de quo agitur,tollitur omnis difficultas, nã si verum est, quod Baro iurisdictionis ciuilis habebat propria arma antiquitus depicta in męnijs dicti castri,cessat prescriptio prçsumpta, quod muri sunt in dominio Vniuersitatis, imò potius in eis arguitur quodammodo dominium ipsius Baronis, iuxtà textum notabilissimum in[l.3.ff.de oper.publ.]quo cautum est operi publico aliud
53 nomen quam Principis,aut eius cuius pecunia factum est non licere inscribere,prout etiam in simili per S.C. decisum fuisse refert [Præsidens de Franchis in decis.443.] Cum igitur non liceat aliquid in re aliena immittere [l.quemadmodum §. si protectum ff.ad l.Aquil.] et per huiusmodi insignia probetur rem esse illius,cuius ea sunt[l.quæ libertate §.fin.cum ibi notat. per Bart.

Bart.et l. fin.ff. de oper.publ.]et plenè [per Bart. in tract.de insig. & arm.& Cępoll.in tract.de seruit.Vrban.cap.ij. de pariete, seù muro num.16.]

Sequitur sine dubio,quod Baro ciuilis iurisdictionis tum de iure sibi permisso, tum etiam ex dominio per antiquam possessionem inscriptionis armorum præsumptio nullo modo sic de facto turbari potuit Domino iu-
54 risdictionis criminalis, qui nullum ius pœnitus habet ponendi arma, & propterea licitè potuit tanquam spoliatus se in sua possessione tueri,licet enim de facto turbantem propria auctoritate repellere, & suam defensionem defendere,iuxtà not. [per Bal.in consil.371.in fin. vol.3] cum alijs cumulatis [per Afflict. decis.403.num.6. & seq.

Quæ conclusio fortissimè corroboratur per id quod consuluit [Anchar.conf.113.]vbi cõcludit, quod si sunt arma alicuius in aliqua Ecclesia non licet fratribus illius Ecclesię illa mutare inuito Domino,& ponere aliena, quod etiam affirmat [Bart. in d. l.quæ libertate §.fin.ff.de oper. publ.]
55 Ex quibus patet hunc articulum omni prorsus difficultate carere.

Ex his successiuè infertur alia cõclusio etiam indubitabilis scilicet quod dùm vigore capitulorum huius Regni, & ex communi consuetudine,Barones debent habere ærarios, qui conseruent fructus feudi soluto tamẽ eis salario,[Frecc. in auth.37.Capyc. decis.118.& 168.num.6.& de Franchis decis.128.] hoc propriè
56 intelligendum est de Barone iurisdictionis ciuilis, cuius est dominiũ feudi, & territorij, ac fructuum perceptio, siquidem Baro iurisdictionis criminalis nullos percipit fructus ex territorio feudi, nec concernit limites territorij, sed personas, imò pœnæ etiam pecuniariæ obligationum, & instrumentorum applicantur Baroni iurisdictionis ciuilis,vt plenè tractat [Foller. in pract. crim. in verbo audiantur excusatores nu.174.& seq. cum hoc inductum sit pro cultura, & conseruatione fructuum feudi.

Cum satis clarè in supradictis iuribus fundatum sit,quod is qui habet iurisdictionem ciuilem est propriè Baro,& dominus territorij, cui eius iurisdictio cohæret,& ideo conclusum sit,dum ab antiquissimo tempore appareãt eius insignia depicta in mœnijs castri,nullo iure potuit dominus iurisdictionis criminalis apponi facere eius arma super portam eiusdem castri, & propterea frustra conquæritur,quod dominus
57 iurisdictionis ciuilis ea deleri fecit, & propria insignia in eodẽ loco apponi, vana igitur est eius prætensio, dum instat tanquam spoliatus ante omnia restitui, nam hæc regula plures patitur

limitationes, quæ rei, de qua agitur, benè conueniunt.

Prima limitatio eſt, quod agẽti hoc remedio poteſt exceptio poſſeſſorium reſpiciens, vt puta quod is qui petit reſtitui fuit primus ſpoliator indebitè poſſeſſionem occupando, quo caſu denegatur ſibi reſtitutio, [Innoc. in cap. Conſtit. de fili. præsbyt.] &
58 ſequitur [Cæpolla] licet eum nõ alleget [in conſ. crim. 59. nu. ij. nam non dicitur ſpoliare, qui poſſeſſionem recuperat [Specul. in tit. de pet poſs. §. 1. in ij. fall.] præſertim quãdo iuris præſumptio eſt pro ſpoliatore contra petentem reſtitutionem [cap. ad decimas de reſtit. ſpoliat. Alex. in l. quod meo §. nihil commune nu. 25. ff. de acquir. poſſ.] & tanto fortius quando notoriè conſtat de non iure ſpoliati, [Card. Pariſ. conſ. 1. nu. 170. vol. 1. & Freccia in reg. 124. in 1. limit.] prout in caſu præſenti, in quo nullum ius dominus iuriſdictionis criminalis allegat, nec allegare poteſt, cum eius dominium reſpiciat tantum perſonas, & non territorium, vt ſupra fuit plenè fundatum.

Secunda limitatio eſt, quę punctualiter conuenit caſui præſenti, quod ſi Prælatus ſpoliat occupantem rem Eccleſiæ ſuæ, poteſt contra petẽtem reſtitutionẽ opponere de iurib. ſuæ Eccleſiæ [Bal. in l. fin. in fin. C. de appell.]
59 & ratio eſt, quia Prælatus vendẽdo poſſeſſionem ab alio occupatam non facit incidere Eccleſiam in pœnam ſpolij [gloſ. in cap. 2. de dol. & contum.] & per hoc ceſſante vitio, & pœna debet in iuribus Eccleſiæ audiri, [Alex. in d. §. nihil commune in 13. limitatione num. 36.

Tertia limitatio eſt, quod is, qui fuit primus ſpoliator incontinenti poſſeſſionem recuperat, non tenetur reſtituere [c. olim de reſtit. ſpol.] & incontinenti recuperare dicitur quamprimum id commodè fieri poteſt etiam poſt decennium [Dec. in conſil. 460. num. 17.] quem ſequitur [Ruin. in conſil. 42. & ſeq. vol. 4.] quæ limitatio optimè applicari poteſt huic caſui, nam à domino Iuriſdictionis criminalis per appoſitionem armorum de facto
60 in mœnijs Caſtri, nullo iure præcedẽte ſpoliata fuit ſua antiquiori poſſeſſione Eccleſia, quæ eſt domina iuriſdictionis ciuilis, & in muris caſtri habebat ſua inſignia depicta licet autem Prælatus præcedens hoc patienter tulerit, nullum per hoc præiudicium potuit Eccleſiæ generari, cum ei factum Prælati non noceat, nec vllam præſcriptionem temporis inducat iuxta ea, quæ refert [Borgn. Caualcan. in deciſ. 46. num. 29. in 1. par.] ſicut in ſimili dicimus per ingratitudinem Prælati non reuocari donationem factã Eccleſiæ [Ripa in repet. l. fin. C. de reuocand. donat.

nat. quæst. 52. nu. 173.] ad quod etiam facit id quod dicitur de conductore vectigalium, qui si neglexit exigere vectigal ab aliquo, non tamen eum constituit in quasi possessione immunitatis in præiudicium domini, vel Vniuersitatis, [Bald. in conf. 310. volum. 1. & Ripa in 2. lib. respons. in tit. de rescript. cap. 7. num. 8.] Vnde sequitur, quod dum hic nouus Prælatus quamprimum potuit, Ecclesiæ possessionem recuperauit, id iure licito facere potuit per prædicta iura.

DE REGIMINE Reipublicæ, &c. Caput I.

§. 1.

Primieramente si debbano scriuere in vno libro grande tutte le famiglie delli nobili, che al presente godono la nobiltà, & quelli che in detto libro sono scritti possano dar la voce, & riceuere; & non altri, & in detto numero non sia admesso nessun'altro più per l'auuenire, eccetto con il consenso di tutte le due parti, che sono scritti in detto libro, di modo che se più della terza parte discrepasse non ci possa essere ammesso, ancorche fusse numerato, e fatto Cittadino.

Tractatur materia nobilitatis distinctè, & per partes, cum pluribus quæstionibus.

SVMMARIVM.

Ius administrandi Rempublicam quibus competit, & ibi de nomine nobilitatis dicitur nu. 1. & 2.

De origine, et initijs nobilitatis, ex quibus colligitur diffinitio ipsius vbi dicitur nobilitatem habuisse originem à prima nobilitate, quam imitari debet, nu. 3.

Qualiter virtutes nobilitati initiū dederunt, nu. 4.

Nobilitas est perfectior, quando est antiquior antiquitate temporis, et quod nobilitas ex genere non probatur, nisi ex immemoriali possessione, nu. 5.

Nobilitas acquisita idem est ac dignitas, quæ procedit à prima dignitate, nu. 6.

Vbi

Ex

Ex Baronia cōcessa à Principe, vel ab alio habēte potestatem acquiritur nobilitas, nu.54.

Nobilitas non cadit in Baronem rusticum, aut plebeium, nu.55

Nobilitas acquiritur ex feudo nobili non autem rustico, & affertur decisio relata ab integerrimo Regente de Curte, nu.56.

Baro vocatur nobilior ex vassallis nobilibus, & copiosis, nu.57.

Feudum nobile, & antiquum debet esse, vt quis nobilitetur, numero 58.

Baro nobilitatur ex feudo nobili quaternato, licet sit minoris valoris, nu.59.

Defensio, & splendor Reipublicæ, ac nationis in Baronibus conseruatur, nu.60.

1 QVONIAM in hoc Capitulo demonstratur quibus competat ius administrandi Rempublicam Cosentinam, vt nobilibus, propterea ne procedatur in æquiuoco videamus Primo de nomine nobilitatis, Secundo de origine, & initijs eius ex quibus, Tertio nobilitatis diffinitionem colligemus, Quarto eius species, & differentias, Quinto signa, Sexto & vltimo effectus, & vt ordine procedamus, incipiendum est ab eo, quod est secundum naturā prius, & in nostram notitiam primo aduenit, primo itaq; dicendum est de ratione nominis, deinde ad reliqua pergamus ordine proposito, more nostro.

2 Quo ad primum nobilitas dicitur quasi noscibilitas, & nobilis idem est quòd notus, & per omnium ora vulgatus, [Cassān. in 8. par.2. & 3. consid. Cathol. Glorię mundi, Tiraquell. in c.2. de nobilitate, Surgens in cap.23. nu.1. de Neap. Illustr. & Ottalor. in 2. par. cap.4. nu 4. de nobil.] & ignobilis per contrarium dicitur ignotus, & verbum nescio, & relatiuum quis, & quidam ostendant ignobilem. Hinc nobilitas dicitur claritas maiorum [Arist. Polit. lib.3.] & ipsa nobilitas vocatur aliquādo clara, clarissima, Illustris, splendida, sublimis, insignis, & inclyta. Ignobilitas autem dicitur obscura, humilis, infima, & ima [Tiraq. & Surgens loc. cit.] Et ignobiles fuerunt vocati filij terræ [Torquatus Tassus in libro inscripto *Forno della nobiltà* fol.44.] Solent etiam Nobiles Gentiles appellari, vt ait [Cic. in Topyc.] Et gentiles sunt qui inter se eadem agnatione coniunguntur, & ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiorum nemo seruierit, & hodierno tempore Gentiles homines pro nobilibus appellantur, & præcipuè in ciuitate nostra, in qua magis gloriamur vocari *Gentilhuomini di Cosenza* quam nobiles ipsius, & sic in alijs ciuitatibus fieri

fieri vide meus [Cassan. loc.cit. & Thomas Garzonius in lib. *la piazza vniuersale delli Gentilbuomini, seu nobili.*]

3 Quoad secundum circa originem nobilitatis est aduertendũ, quòd habemus duplicem nobilitatem; nobilitas prima,& nobilitas orta à prima. Nobilitas prima est apud Deum, & ille apud Deum est nobilis quẽ Deus, sua gratia gratũ sibi fecit [Cassan. loc.cit.consid.1. [Nobilitas orta à prima est illa, quæ primã nobilitatem imitatur, & sic ille est nobilis, quem Princeps,& Populi apud quos residet potestas Principis mediatè, vel immediatè sibi gratum, dignum, & nobilẽ fecit, & hoc apparere potest ex signis, de quibus infra dicemus, & propterea nobilitas dicendũ est habuisse originem à mundi exordio, vt dicit [Ottalora loc. cit.num.2.] Cum itaq; nobilitas ortum habuerit à prima nobilitate, ipsam propterea imitari debet in quantum potest. Et cum nobilitas prima dependat à gratia, quæ est fundamentum omnium virtutum, quamobrem nobilitas orta à prima debet fundari in virtute, & bonitate morum [Ægidius Columna in c.18. par.3.lib.2. de regim. Princip.] & sic non sunt nobiles illi, qui titulos Magistratus, ac alias di-
4 gnitates emunt, neque sunt comparandi iuris vtriusque Doctoribus, aut Militibus, qui sudoribus suis Doctoratus, seu militiæ dignitatem adepti sunt [Cic. in orat. contra Salust. Surgens in cap.17. nu. 7. & in cap.27. nu.9. Reg. de Ponte de potest. Proreg. in §.8. num.20.& seq.in tit. de elect.official.& Iudex crimin.Paschal. in 2.par. cap.5. nu.71. de patr. potest.] hodierno vero die omnes admittuntur absque exceptione ad dignitatem titularem, per quam splendor, decor, & antiqua Regni Magnatum nobilitas vndiq; denigratur de Põte loc. cit.] Et propterea nobilitas habuit rudimenta, & incunabula, & aliquando incepit, nam omnes nos filij sumus vnius Adæ, sed virtutes procedentes ex varijs actibus siuè in bello, siuè in litteris acquisitæ nobilitati initium dederunt [Tiraquell. in cap.1. & seq. de nobilit.] citans [Afflict. in cap.1. §. si vero feudũ colum. 2. vers. Iuxta quam quæritur, de pace iuram. firmand, vbi hæc carmina tradit.

Si Pater est Adam, si Mater cunctis, & Aeua
Cur ne omnes sumus nobilitate pares
Degenerant animi vitijs fiuntque minores
Exaltat virtus nobilitatque genus.

5 Et [Plato] dicere solebat nullũ Regem, qui non ex seruo, nullum seruum qui non ex Rege, Et sic nobilitas antiquitate temporis aucta,

aucta,& perfecta est,& eo perfectior,quo antiquior [l.2. §. quæ omnia in illis verbis cur ab antiqua stirpe, C. de veteri iur. enucl.l.1.C.de iure Aureor.anulo.ibi natales antiquos l.1.ff. de censibus, ibi nobilis Regionibus seriè sæculorum antiquissima, & Bald. in §.si rusticus. In vers.similes de pace tenenda in vsibus feudor. vbi text. & dicit [Bald.] quod necesse est habere maiores nobiles non solum patrem [Gl. in l. stemmata, ff. de gradibus,& Aluarot. in textu in cap.1.§.ceteri quis dicatur Dux] in textu ibi (ab antiquis temporibus) dicit quod ex antiquitate quis censetur nobilis [Garzias in glos.6. num. 27. de nobil. qui refert supradictos DD.& alios] vnde susceptus ex parētibus nobilibus genere sine alia dignitate statim efficitur nobilis, [Prouerb.18. Gloria filiorum parentes eorum. Vnde nobilitas non potest probari nisi ex immemoriali possessione, à qua omnia firmantur [Ægidius Columna in cap.18. par.3.lib.2.de regim. Princip.Garz. in gl.12. in princ. & num.54.] & hoc intelligitur in nobilitate, quæ prouenit à maioribus, at nobilitas acquisita ex se non ex maioribus nihil est aliud nisi dignitas,quę procedit à prima dignitate,à qua omnis dignitas procedit, & hæc est in Principe, In quo sunt thesauri dignitatum [Bald. in cap. 1. notab.1. quis dicatur Dux, Afflict.ibi Castald. in q.68.nu.8.& quæst. 110. qui enumerat 330. casus reseruatos soli Principi in tract.de Imperatore, Ottalor.in 4. par. princ. cap.1. in princ. de nobil. Anna in alleg.57. num.2. & in alleg.130. Maurus in allegat.7.in 2.par.Thomas Campegius in tract.de offi.Princ.Christ. vers.22.fol.126.& 130.& n.364 & Auendan.in 1.par.c.1.num.2. de exequen.mand.] qui apud eū

6 veluti apud mare resident omnes dignitates.Vnde honores, & dignitates solo verbo à Principe conferuntur absque scriptura ad instar diuinæ potestatis, quę dicendo,& loquendo,dixit & facta sunt [Genes. vol. 1.] Et hæc nobilitas ex se acquisita dignitas vocatur [Osasc. decis. 100. num.47. Andr.in tit. de cap.qui curiæ vendidit, in cap. 1. in fin. in vsibus feud.Bonus de Cur. in 3. parte num.199.& sequentibus de nobilit.Tiraqu. cap.7. num.3.& 11.] Hinc Doctor sola ratione dignitatis doctoratus nobilis dicitur[l.1.§.fi.de excus. tutor.Bar.l.1.C. de dignitatibus lib.12.] Et propterea,vbi non adest dignitas, non adest titulus nobilitatis acquisitæ, & malè di-

7 cunt hi,qui ex diuitijs nobilitatē causari etiam posse contendunt, nam diuitiæ non tribuunt dignitatem,Ægidius Columna in c.7. par.1.lib.1.de regim.Princip.cū possint cadere etiam in vilissimas

mas personas infames, & prorsus dignitatum incapaces; Diuitiæ namq; & nobilitas vt diuersa ponuntur, vocantur verò in sensati felices[Ægidius Columna cap.7.par.4.lib.1. loco citat. & Tiraq. cap.3. num. 13. vsque ad 18. de nobilit.]tanto magis quando a patre nihil habet, nam quomodo vir bonus esse potest, qui cum nihil à patre habuerit tot,ac tanta possideat,[Plato de Rethor. lib. 24.col.4.]ait optimam rem esse omnium prosperam valetudinem,secundo egregiam formã,tertio diuitias nulla fraude quæsitas,& [Ecclesiast. cap.5.] noli anxius esse in diuitijs iniustis,nihil enim proderũt tibi in die vltionis, & vindictæ, ac[Afflict.in cap.1.col.2.vers.itẽ illud quid dicitur in tit. de pace iuramento firman. & Bonus de Curtil. in 2.par. num.52. de nobilit.] Refert Epistolam scriptã à Pio II. Pontifice Maximo ad Marianum Soccinum nostrum Iurisconf.vbi Diuitias dicit raro comites esse virtutis, & concludit mea sententia inquit nemo est nobilis, nisi virtutis amator, ex quibus concluditur duo inducere nobilitatem, natiuitatem ex antiquis nobilibus,cuius non est memoria in contrarium, & dignitates, seù honores habitos cum dignitatis gradu, nam, vt dicitur [in l.honor, ff. de muner. & honor.] Honor est administratio Reipublicæ cum dignitatis gradu, & sic ex prædictis quid sit nobilitas cognoscere possumus quod erat tertium.

Quo ad quartum(nam tertiũ, vt diximus, patet ex dictis in secundo quæsito) Diuiditur nobilitas in nobilitatem animi,& generis,mixtam, & politicam, seù
8 ciuilem, Nobilitas animi procedit ex virtutis amore [Bonus de Curtil. in 2. par. num.48. de nobil.] Nobilitas generis declarata est in 2.quæsito. Nobilitas mixta est qualitas proueniens a sanguinis corruscatione à parentibus originem sumens, & virtutibus, & bonis moribus illustrata, & hæc est excellentior, præstantior,& elegantior illis. Politica,seù ciuilis est dignitas collata per Principem,seù principatum tenentem, de qua diximus in secundo quæsito, & nobilitas generis dicitur natiua, Politica vero,seu ciuilis datiua, quæ non extenditur vltra quàm ad nepotes [Martin.Lauden.tract.de dignitate quæst.44.]

Quoad quintum sicut honor ciuitatis repræsentatur in statuis,& imaginibus.Ita,& honor
9 defunctorum repræsentatur in imaginibus,& statuis sepulchrorum.Hinc[Cicero]fumosas imagines appellat antiquissimi generis stemmata,& qui arma maiorum non habebant vocabãtur terræ filij,& à se se orti,ac homines noui [Castal. de Imper.q.96 per tot. & Cassan.inCatal.Glor. Mund.

Mund. 10. concluſ. 1. par.] & dicitur maximus honor ferre inſignia ſuorum maiorum[l. 1. & ibi Plat. & l. fin. C. de præpoſ. ſacr. Cub. lib. 12.] vnde Princeps concedēdo inſignia alicui tacitè cōfert nobilitatem vti prohibita ferri per plebeios [Tiraquell. loc. cit. num. 12. & 13.] Non autem probatio nobilitatis inducitur ex hoc quod Princeps appellauit quem nobilem, imò ſi Papa aliquem ſub titulo cuiuslibet dignitatis ex certa etiam ſcientia, verbo conſtitutione, vel litteris nominet, honoret, aut quouis alio modo tractet, per hoc in dignitate illa approbare non intelligitur, aut quidquam ei tribuere noui iuris [Tiraquell. loc. cit. nu. 24.] ſecus vero ſi ex certa ſcientia, & non ignorata illius conditione id facit, & ad officiales iuſtitię ſpectat, quod arma, & inſignia diſtinguantur, & nō ſint eadem nobilium, & plebeiorum, ſeù populariū [Anna ſing. 359.]
10 Ne nobiles iniurientur, & honor illorum aliquo modo lædatur, [Caſſan. in 1. par. 20. & 23. concluſ. Catal. Glor. Mund.] Et licet propria nomina ad placitū imponantur, [ſecundum doctrinā Reuerendi Patris Lucij Garaßj è Societate Ieſu, ac mei Magiſtri in quæſt. 3. in lib. Perihermenias, Ariſt.] quem ſpero gloria diuina gauiſurum ob eius bonitatem, appellatiuè tamē prout ſunt nomina familiarum, ſeù gentilium ab aliqua proprietate imponi ſolent, & apud Romanos multæ familiæ abſumpſerunt cognomē à leguminibus, à cicere, ab herbis, à lactucis, à piſcibus vt Muræna, Item ab ollis Pignatelli, & Papa Iulius ſecundus; qui dicebatur de Rouere abſumpſit pro inſignibus, ſeù armis quercum. Nam Rouere eſt quercus in vulgari Italico, & ſic dicitur de columnis, hinc à tribus capitibus Caputi, ex quibus eſt mea familia; Nobiliora autem ſunt arma ſeù inſignia data à Principe, quā à ſe ipſo vti maioris dignitatis, nec poſſunt prohiberi ab aliquo illa ferre [Bar. in tract. de armis] Sed hoc non procedit quando aliqui ſoliti ſunt ferre à tempore immemorabili, nam Princeps nō intellexit illud feciſſe in præiudicium illorum niſi diceret non obſtante, nam tunc Princeps poſſit cōcedere. Hinc ſi duo abſumpſerint eadē inſignia, ſeù arma, & non apparet de prioritate, & poſterioritate, præfertur ille, qui habet à Principe, & ſic procedit in exercitu data paritate [Caſſan. in 1. par. concluſ. 28. & 25. In catal. Glor. mund. 1. par.]

Quoad ſextum, & vltimum effectus nobilitatis multi ſunt. Primus eſt quem habent ratione
11 dignitatis, quia nobilis poteſt pugnare cum quocumque cōſtituto in qualibet dignitate. Ignobilis vero minimè. [Bonus de Curt. in dicto tractatu de nobilitate

litate 5. par. num.57. quem refert Paschal.1.par.cap.2.nu.85. &sequentibus de patria potest.] Secundo eadem ratione nobiles debent mitti obuiam Principi, vel alteri præclaro viro aduenienti. Populares vero minimè [Bar. Cæp.vers.nobilitatis n.35. vers.Vigesimum de Imperatore militum deligendo, & Cassan. in 8.par. consid.38. Catal.Glor. mund.] Tertiò eadem ratione non potest suo Priuilegio renunciari circa carcerationem, & alias pœnas ignominiosas, quia est Priuilegium concessum toti generi nobilitatis, alioquin esset alicui liberum priuare alium iure suo sine facto, & culpa ipsius [Tiraq.de iur primogẽ.25.q.n.22 Hieron.de Cęual. in tract. com. opin. contra comm. q.689. Caualcan. in tract. de tutor. & curator. num.222. & Thorus in compend.decis.Regni in verbo Priuilegium Ducale hoc est Ducis Calabriæ, col.1.fol.418.]vbi loquitur de Priuilegio nostro cõcesso nostræ Ciuitati Cosentiæ, casalibus, ac habitãtib in ciuitate, & casalibus, vt nõ possint carcerari pro causis ciuilibus, vel criminalibus, in quibus pęna mor tis naturalis, mutilationis mem-
12 bri, vel afflictiua corporis non venit imponenda, sed tantum teneantur præstare cautionem de tenendo Palatium Curiæ loco carceris, quod Priuilegium est in viridi obseruantia, & extẽditur etiã quod debitores si sint carcerati vigore literarum executorialium Magnæ Curię Vicariæ, & aliorum Tribunalium supremorum huius Regni, & ita fuit obseruatum in causa Francisci Serisalis quondam Tiberij patritij nostri, ac mariti meæ sororis Auriæ Caputæ cum Ioanne Iacobo Celesti mediante Decreto Regiæ Audientiæ confirmato per M.C.V.penès Actuariũ Ventrigliam anno 1609.amplia procedere etiam si fuisset obligatio stipulata Neapoli, vt fuit decisum per M.C.V.in causa Alphõsi Grittigliæ, & Petri de Gulia Actuariorũm ipsius Regię Audientiæ, cum Illustri Duce Bernaudæ, & Ioanne Maria Bernaudæ, nostris Patritijs, quod decretum fuit exequutum per Regiã
13 Audiẽtiam, & ordinatum quod seruetur dictum priuilegium, cui nullo modo potest renunciari, cum sit inductum in fauorem publicum, etiam si renuncietur cum iuramẽto, vt dicunt supradicti Doctor. supra adducti, & ex his concluditur nobilem non posse carcerari pro quauis causa ciuili, vel criminali, prout plebeius, sed detinetur per Palatiũ, seù assignatur ei Palatium, aut tota Ciuitas, [Tiraquel. in dicto cap.20.num.28.Ottalor.in dicta 5.par. cap. vlt. num.2. Anna singulari 357. Paschalis in 4. parte cap.2.num.79. de Patri.potest.] & officialis dicitur satisfecisse

ſtatuto,& legi de carcerãdo,[Carrer.in pract.crim.§.6.n.318.Capyc.decis.154.Gram.decis.14.& Bonac.in tract.de carc. in verbo carcer.] Hinc in materia Rit.M.C.V.quo cauetur,qđ debitor citatus ſuper tenore inſtrumẽti nõ audiatur,niſi in vinculis,vel facto depoſito,dicetur nobilis carceratus, ſi ei aſſignetur tota Ciuitas prò carcere[Paſchal.d.c.2.n.81.] neq; procedit in ſene ſeptuagenario cui aſſignatur Ciuitas loco carceris,ſic obtinui.In M.C.V.in cauſa Petri de Tanuſcio, Referẽte Iudice Paſchali, ſuper quo facto ſcripſi, & mea ſcripta retulit [Thorus in dicto Compend. in verbo ſexagenarius col.1.f.497.] ſecus ſi nobilis ille alia vice fuiſſet incarceratus, & aufugiſſet, quia tunc diligentius foret carcerandus, & cuſtodiendus [Bonus de Cur.in d.5.par. num.12.]

14 Quartò.Eadem ratione dignitatis non debent torqueri nobiles, quia ſunt priuilegiati,& cõſuetudo contraria non ſeruatur [Bonus de Curt.d.5.par.nu.10.] quinimò non eſſet torquendus etiam ſi committat delictum intus carceres,nam pro prima vice includuntur in aliquo loco peiori; pro ſecunda vice, & cæteris torquentur quatuor ictibus cordæ in camera cordæ ſecretæ. Ignobiles vero tã pro prima,quã pro ſequentibus puniuntur quatuor ictibus cordæ publicæ ante fores Regij Palatij, [De Franchis decis.360. & Riccius decis. 360.nu.1.in praxi ,]quia mitius agitur cum nobili, quam cum ignobili. [Gram.decis.32.nu.1. & 2.]neque nobiles aſtringuntur cippis, & catenis [Gram. decis. 14.num.42.] & hæc procedunt in pœnis arbitrarijs, ſecus incertis [Foller. in pract. canon. n.18.fol.198.]licet crimina nobilium facilius occultẽtur [Luc.de Penn. in l. mulieres in priuilegio 20.C.de dignitatib.lib.12.]vnde nobiles in adulterio deprehẽſi nõ ita faciliter,vt plebæi occidũtur. [Otalor.in d.5. par. c.vlt. nu.5.]

15 Quintò, eadem ratione nobiles furcis non ſuſpenduntur, ſed decapitantur, nec poſſunt flagellis cædi, [Clarus in praxi q.60. verſ.prodeſt, in §.fi. vnde Diuus Paulus vti Ciuis Romanus, et nobilis, in Actibus Apoſtolorũ cap.22.] appellauit, eo quia cedere volebant, nam talis pœna reputatur contumelioſa, & ita vbique ſeruatur [Otalor. 5. par. cap.vlt.num.4.] & ita dicendum de alijs pœnis ignominioſis, qđ tamen priuilegium cõpetit etiã popularibus diuitibus, & perſonis honeſtioribus [Cæpol. dicto tract. in verbo diuitijs, & facultatibus num.4.& 27. vſque ad finem Tiraquell.d.cap.20.nu.192. & in cauſa 31. de pœnis legum de Franch. decis.569. Fabius de Anna conſ.34.nu.2. & ſeq.lib.1. Paris de Puteo in verbo pauper tas cap.4.num.4.fol.259.de Sindic. Boer. decis.260.nu.7. & doctiſs. Ricc. in dicta decis.360. in

fin.] quæ procedant etiam in filijs natis ex parentibus honestis, & diuitibus donec non perueniant ad egestatem, vel exerceāt viles artes [Ricc.in decis.366. & decis.19. par.2.] & inter pœnas ignominiosas connumeratur pęna triremium, quæ in dictis pœnis intelligi non potest, Fab. de Anna d. cons.34.nu.4. & Grām. decis.32. Sexto eadem ratione iniuria facta nobilibus grauior censetur,quam facta ignobilibus [l.aut facta §.persona, ff. de pę-
16 nis. Septimò competit nobilibus priuilegium datum ratione honestatis, vnde Pater vilis non potest remittere iniuriam illatā filio honesto [Marant. in 6. par. num.68.in Spec.] & neque pater vilis potest pupillariter substituere filio suo honesto,& nobili. Vnde sicut Pater non habet administrationem in vita super filio propter eius vilitatem, ita minimè habebit in morte [Marant.loc.citat.num.69.]& mater nobilis non tenetur lactare filiū, [Bonus de Curt. num.91. & Paschal. loc.citat. num.49.] neque mulier nobilis tenetur. Viro ad seruitia, & obsequia vilia, vt puta lauare caput,vel pedes viri, aut parare cibos,nec tenetur comedere fabas,& cæpas,cum eæ sint propria cibaria rusticorum dixerunt [Ægyd.Column.in c.ij. in fin.par.2.lib.2.loc.cit. Bon.de Curt. nu. 69.] Octauò,nobilitas æquiparatur patrimonio,& doti, nam propter nobilitatē viri maior,& latior dos ab vxore consti-
17 tuenda. Item nobilitas vxoris pro dote reputatur viro ignobili [Bonus de Curt.in dicta 5.par. num.41. Otalor.in 5.par.principali cap.vlt.num.18. De Franch. decis.207. & ibi Amendola num. 21.& 22.]quod amplia procedere in sene accipiente iuuenē, [Ægidius Columna in cap.12. par.1. lib.2.de regim.Princ.Amendola loc.cit.]Idcirco exceptio nō numeratæ dotis non potest opponi, eo casu si vir confessus fuit eam ab vxore recepisse [Bon.de Cur. loc.cit. num. 29.] Hinc donatio facta à viro ignobili vxori nobili valet, quia videtur facta in compensationem nobilitatis,siuè donatio sit expressa,siuè tacita[Cępol. in vers. nobilitatis num.37. & 38.Bonus de Curt.dicta 5.par. num.30.& 32.Tiraquell.cap.18. num. 19. & cap.20. num. 164. & cap.37.num.47.Vrsill.ad Afflict. decis. 136. num.4. & Amendola dicta decis. nu. 21.] Nono præfertur nobilis in sedendo igno-
18 bili. Hinc filius primogenitus Regis debet semper sedere à dextris,vnde [Psalm.109. Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis.Cæpol.d.tract.in verb. ratione dignitatis num.8. & seq. & Castal.de Impera.q.88.nu.7.] & potest nobilis cogere inferiorem ad sibi cedendum locum in Ecclesia, vel alibi competentem etiam armata manu, [Vrsill.ad

decis. Afflict. primam nu. 16. Petra ad decis. Gram. 98. nu. 2. qui allegat Petrasan. singulari 33. Decimo, Nobilis absque licentia potest deferre ensem in loco, vbi est nobilis [Tiraq. cap. 20. n. 75.] & procedit in omnibus nobilibus cuiuscunq; generis dummodò non sit vltra mensuram. [Ronit. in pragm. 8. nu. 25. de armis, & Paschal. in 2. par. c. 5. nu. 75.] & dummodò non deferat ensem in consilio, vbi iudicantur causæ [Tiraq. dicto nu. 75.] Vndecimo eadem ratione nobiles litigantes coram Iudice debent sedere paulo inferius, Populares vero debēt stare, [Tiraquell. de iure primo gen. in præfat. nu. 13. & sequētibus, & Cassan. in 1. par. cōsid. ij.] In consilio in quo iudicātur personę dico causę nobiles tantum, stāt cooperti, non autem populares [Tiraquell. cap. 20. nu. 51. & sequēti, & Cassā. in d. cōsid. ij.] quinimò nobiles debent stare ad latus Imperatoris, Regum, vel Principum, non autem populares [de Ponte, de potest. Proreg. in d. §. 8. nu. 26. in tit. de elect. offic.] sicut Barones debent sedere pœnès Regem ordine consueto [Felin. in cap. statuimus de maiorit. & obedien.]

19. Vltimo tandem competunt nobilibus priuilegia ratione fidei, quam eis habemus, vnde nobiles debent adhiberi in custodiendis, regendis, & gubernādis magnis, & arduis rebus, quia præsumuntur alijs fideliores, [Bonus de Curt. in 5. par. num. 41. Ioannes Vincētius de Anna in alleg. 130. nu. 12. & 13. & Bombin. conf. 19. num. 25.] & maior fides habetur duobus nobilibus testibus, quam pluribus ignobilibus, [Iason in l. properandum §. sin autem alterutra col. 4. C. de Iudicijs, & in l. admonendi col. 74. C. de iur. iurand.] & eadem ratione præsumitur pro eorum virtutibus, & bonis moribus, & ideo si tutor sit nobilis, & palam emat, etiam per interpositam personam non præsumitur fraus, secus in ignobili, [l. pupillus, §. sed si per interpositam personā, ff. de auct. tutor. & Otalor. in 5. par. cap. vlt. num. 13.] propterea non iniuria statutū est, quod nobiles in ciuitatis administratione prę ferātur ignobilibus, nam à Principe Ciuitatum defensores eliguntur nobiliores; vnde vocantur Primates, quinimò [Socrates] volebat Ciuitatem non debere nominari, nisi saltim contineret mille nobiles, quos per quandam excellentiam vocabat bellatores, & Primatuum consilio ciuitatis administratio geratur [Ioannes Vincētius de Anna in alleg. 130. num. 8. & seq.] & nobiliores sunt illi, qui regunt ciuitatem, [idē Io. Vincentius de Anna in alleg. 21.
20. nu. 8. in princ.] & officia Reipublicæ potius concedenda sunt illis, quam plebeis [l. honores in princ. §. si is qui de Decurion. &

§. 1.

§.1. In auth. de defensor. Ciuit. collat. 4. & ibi Angelus,] & hoc procedit, tàm tempore pacis, quã belli, [Tito Liuio teste prima decad. lib. 7. cap. 12.] Vnde si est differentia an mittendus sit nobilis, vel popularis Sindicus ad aliquod negotium publicũ agendum, vno ore omnes Doctores conueniunt nobiles præferri debere, sic seruari vbiq; refert [Tiraquell. in d. cap. 20. num. 43.] & ita obseruatur in Ciuitate nostra.

Tandem in materia nobilitatis multæ quæstiones possunt oriri, & primo quæritur an nobilitas amittatur per paupertatem, vel actus contrarios nobilitati, vt si nobilis exerceat mercantilẽ artem, an præiudicet filijs, & sibi ipsi, & an redeundo ad pristinum statum recuperet nobilitatem;
21 pro qua quæstione decidenda, supponere debemus ea, quæ diximus in secundo præcognito, qđ nobilitas alia est naturalis, alia accidentalis, & naturalem vocauimus eam, quæ prouenit ex maioribus, & dicitur ius sanguinis, & consequenter incommutabile [l. ius agnationis ff. de pactis, & l. iura sanguinis ff. de reg. iur.] & nobilitas sanguinis non potest à Principe concedi [Ottalor. in 3. par. princip. cap. 1. nu. 5.] & propterea de hac nobilitate dicendũ nõ amitti, nam si pater exerceat vilia, non præiudicat filijs, qui trahunt nobilitatẽ à maioribus non ab ipso patre, & ipse pater ob vile exercitium tamdiù desinit esse nobilis, quamdiù exercet, sed eo dimisso reuiuiscit nobilitas, et sic non solum filijs, sed nec etiam sibimet ipsi pater præiudicat, quando ad nobiliũ actus redierit [Fabius de Anna in cõs. 17. num. 17. et seq. primo volum. et Amendola ad decis. de Fran-
22 chis 207. num. 7. et 8.] nobilitas verò accidẽtalis proueniens, scilicet ex priuilegio Principis in totum amittitur per exercitium vilium artium, cum per contrarium actum videatur renunciasse [Paschal. in d. 4. par. cap. 2. num. 67. et ita intelligendus est Valerius Maximus in lib. 3. cap. 5 sub rubr. de his qui à parentibus claris degenerauerunt,] nam loquitur de nobilitate accidentali non naturali, & quantum ad paupertatem dicendum nobilitatem sine diuitijs mortuam esse non formaliter, sed instrumentaliter, nam diuitiæ sunt Instrumenta non forma nobilitatis, nam vt diximus in superioribus, diuitiæ sunt res fluxæ, & fragiles, & non tribuunt dignitatem, neque tollunt, sed sunt instrumẽta ad exercendum liberalitatem, quæ maximè cõuenit nobilibus, latè per [Ægid. Columnn. in cap. 6. par. 4. lib. 1. de regimine Princip. & in cap. 19. par. 3 lib. 2. eod. tract. & Franciscus Petrarcha in Epist. 1. libr. Epistolar.] & nobilitas ex largitate cognoscitur, cum ei ap-

proprietur munificentia, & liberalitas [Castaldus in tract. de Imperatore quæst. 104. nu. 6.] Vnde licet filius non possit donare res patris suæ sponsæ, tamen in patre nobili non procedit, quem decet donare sponsæ filij [Tiraq. in cap. 37. num. 42]& non decet nobiles studere his studijs, quæ constat liberalitati esse contraria, vt potè vsuris, & similibus Tiraq. in cap. 37. nu. 42.] & multo beatius est dare, quam accipere, [Bon. de Curt. in d. 5. parte nu. 14.] hodie verò male seruant nobiles, vt plurimum potius auaritiam, idolorum seruitutem, ac rapinam amplexantes, & liberalitas nobilibus procul est [arg. c. priuilegium ij. quæst. 3. & c. licet de regul. iuris.]

Secundo consequenter quæro an nobilitas amittatur per ingressum religionis, & ex eisdem
23 rationibus supra adductis dicendum est non amitti, nam amissio fit per contrarium, sed religio nõ contrariatur nobilitati, quinimò est conueniens nobilitati, & cũ nobilitas sit ius sanguinis, vt diximus, & de iure naturali consequenter non potest per professionem, quæ est quoddam positiuũ tolli, & sic fuit decisum per Dominos de Rota, vt refert [Lodou. Roman. in sing. 37.] & fuisse decisum quoq; in Collaterali Consilio refert [doctissimus Thorus in compend. decis. Neap. in verbo nobilitas an per ingressum col. 1. fol. 359.] Et non obstat, quod perdant Religiosi ius ducatus, ergo ius nobilitatis, nam ius ducatus repugnat regulę monacali, cum Dux teneatur seruire Regi in bello ex natura feudi, posset tamen dici, quod nobilitas mundana perdatur quantum ad Deum, cui omnes sunt æquales, & quantum ad ipsos Monachos Deo dicatos, ne alter altero sit nobilior, aut superior, sed sint pares in omnibus [Tiraquell. in cap. 26. nu. 6. vsque ad 9. & Fab.
24 de Anna in cons. 106. nu. 25. in 2. vol.] hinc [Diuus Hieronymus in Epist. ad Zelantiam] nulli te vnquam, inquit, degeneris nobilitate præponas, nec obscuriores quaslibet, & humiliore loco natas, & vt inferiores putes nescit religio nostra personas, nec conditiones hominum, sed alia respicit, nam quoad reliqua verè Monachus nobilis, est nobilis, vt prius erat, [Auth. de Monach. §. non ingredientur col. 1.] & dicitur esse pars Vniuersitatis, & tã quam pars debet regulari secundum totum ex regula vnionis, nã plur. bus rebus inuicẽ vnitis semper partes correspõdent toti suo Vniuerso, dicitur enim vniuersum, & Vniuersitas, quasi plura ad vnum versa, & eadem ratione religiosi non amittunt iura Ciui-
25 tatis, nec desinunt esse Ciues [Bon. de Curtil. in d. 7. par. n. 35.

Eadem ratione rura habitantes non amittunt iura nobilitatis, quia nobilis ab ignobili non loco, sed genere distinguitur, &

cum genus non sit mutatum, sed
locus, distinctio nobilitatis semper erit, imò in nostra Italia mul
ti sunt nobiles, qui rus habitant
tum propter paupertatem, tum
quia sibi Reges esse videntur,
exemplum enim fuit nobis adductum Vulpiani, qui fuit ortus
ex penica splẽdidissima, & nobili Cyriorum Colonia in villa
[l.1.in princip. ff. de censibus, &
Napodan.in Consue.Incip.si rusticus in tit. de testimonio rusticor.num. ij.] & mercatores morantur in Ciuitate, vt in Gallia
[Tiraquel.in cap.2.nu.54.& 61.]
& ex quibus actibus nobilitas amittatur recurrendum est ad cõsuetudinem, quæ plurimũ valet,
& rectam in ea interpretationẽ
facit, ac amplectendam vti optimam interpretem dixit [Bon.
de Curt.in loc.cit.num.2.] Vnde
in aliquibus locis aliqua officia
reputantur vilia, & non administrantur, nisi per viles personas,
in alijs verò reputantur nobilia,
vt officium Magistri iurati in Ciuitate nostra reputatur nobilissimum, & spectat ad nobiles gaudentes, alibi vilissimum, [Tiraq.
26 in cap.10. nu.1. Garf. in glos.7.
num.12.& Thorus in verbo Magistri iurati col 2.fol.327.] & ante eos Cępolla in verbo nobilitatis num.7. de Imperat. Milit.
deligen.] Et quod non admittit
Ciuitas Venetiarũ, admittit Ciuitas Perusij, vnde Veneti nobiles dicuntur, licet mercaturam
exerceant, quia sunt de ordine
Senatorio, in quo descriptæ reperiuntur familiæ dictæ Ciuitatis, quæ habent iurisdictionem,
& dominium, ex qua iurisdictione, & dominio maximam nobilitatem obtinent, & habent iura Imperij.

Tertiò quæro quare nobilitas
potius attendatur ex parte pa-
27 tris, quam ex parte matris, &
an nobilitas possit aliquo modo
causari ex parte fœminarum, &
quidem cum nobilitas generis,
vt diximus, sit qualitas quædam
proueniẽs ex corruscatione clari sanguinis, dicendum est non
non posse causari à matre, sed à
patre, nam mater recipit semen,
quod processit à patre, & dicitur secundum philosophos habere principium passiuum, & non
actiuum, & ratio principij passiui non dat speciem, nam species
procedit à principio actiuo, et
cum nobilitas sit quædam species, seu quædam pulchritudo repugnat procedere à principio
passiuo, vnde consuetudo, vt no-
28 bilitas sumatur à matre, est irrita, vt dicit [Bar.in l.1.col.7.vers.
videndum est vtrum C.de dignit.
lib.12. Bon. de Curtil. in 4. par.
nu.28.et Garf.in gl.1.§.1.nu.41.
de nobil.] præterea mater cum
habeat nobilitatem à viro, et sit
obumbrata ex ignobilitate viri,
non potest dare nobilitatem, quã
non habet [Paschal.in par.4.c.2.
nu.38. Decius in l.fœminæ nu.68

et ſeq.ff.de regul.Iuris,et Cępolla loc.cit.verſ.nobilitatis n.16.] dicunt non valere ſtatutũ quodquis cenſeatur nobilis, vel ignobilis ex progenie materna, poſſet tamen Princeps nõ recognoſcens ſuperiorẽ introducere nobilitatẽ ex parte matris quo ad iuris effectus tantum, nam hoc caſu dicitur introducere, et mu-
29 tare ea, quæ ſunt iuris ciuilis, et non ea quæ ſunt iuris naturalis, nam effectus nobilitatis ſunt de iure ciuili, et proinde poſſunt tolli, et mutari, et hoc modo poteſt ſubſtineri opinio [doctiſſimi Federici Viualdi in reſponſ.ſingul. num.77. in lit. B. fol.49.] exemplo Reginæ Ioannæ, quæ in anno 1430. conceſſit priuilegium Magnifico Carolo Oriliæ, et eius hæredibus, et ſucceſſoribus in perpetuum etiam deſcendentibus ex fœminis dummodò ſint nobiles, et non gaudeant in alijs Ciuitatibus huius Regni, vt poſſint admitti ad honores, et prærogatiuas, quibus gaudent, et fruuntur cœteri nobiles plateæ nobilis ſedilis Capuani [de Frãchis deciſ.207.] vbi loquitur de Don Fabritio, et Don Ferdinan-
30 do de Sylua filijs legitimis, et naturalibus Vincentiæ Oriliæ vnius ex deſcẽdentibus ipſius Caroli, qui fuerunt admiſſi ad honores, et prærogatiuas dicti ſedilis Capuani, imò ſi Princeps conceſſiſſet Priuilegium à principio fœminæ, proculdubio fœminæ, et nati ex illis gaudent priuilegio [Garſ.in gl.1.§.1.nu.44. de nobil. et ante eum Ancharan. conſ.339.] ceſſante tamen priuilegio, vt in Ciuitate noſtra in dignitatibus, et honoribus ſequimur patrem, et non matrem, [Martin.Laudenſ. quæſt.40. de dignitat.] neque propriè poteſt quis vocari nobilis ex vtroq; parente, cum materna nobilitas nõ ſit in conſideratione, ſed faciunt nobilitatem ſplendidiorem, quãdo concurrunt, et præfertur nobili ex patre tantum, [Paſchal.d.
31 cap.2.n.30.et ſeq.] Hinc induco contra tales qui facto ſuperbiæ ſe denominare faciunt à matre, et contra tales, qui dicunt ſe nobiles ex vtroque parente, acquirunt tamen aliquid ex nobilitate materna puta decorem, & poteſt eſſe nobilitas materna caput, & initium introducendæ nobilitatis, vt eſt communis ſententia omnium Doctorũ [Bon. de Curtil.in 4. par. num.28. & ſequent. Tiraquell. in cap.18.num.21. & ſeq.& Garſ.d.gloſ.1.§.1. nu.41. de nobil.] Poteſt etiam quis nobilitari ex parte mulierum, quãdo vxor eſſet Regina, vel alias in maxima dignitate, vel nobilitate conſtituta, vtpotè in Comitiſſa, Duciſſa, &c. ex quibus quis nobilis efficitur, vnde tunc non ſolum vxor non amittit nobilitatẽ, ſi plebeio nubat, ſed ex eius ſplẽdore vir nobilis efficitur, maxi-
32 mè ſi ea dignitas fuerit data in dotem, quia tunc maritus ex radijs vxoris corruſcat [Tiraq.in

cap.18.num.39.& seq.] ex regula vnionis, nam duabus rebus inuicem vnitis id quod potentius est trahit ad naturam suam minus potens, vnde sequitur illa regula accessorium naturam sequi, congruit principalis, & cum Regina sit constituta in principali dignitate, consequenter eius vir tanquam in minus principali loco constitutus, & admodum distans, ad dignitatẽ Reginæ non potest ipsam illustrare, neq; eius nobilitatem obscurare, sed ex maxima dignitate vxoris ipse corruscat tanquã fons, qui semper deriuatur à capite, nam Regina dicitur fons dignitatum, & consequenter ex hoc fonte si potest alios illustrare, tanto magis eius virum, qui est factus cum ea vna caro, & nõ obstat, si dica-
33 tur illud dictum Sigismundi Cæsaris possum tibi facere diuitem, aut exemptũ, nobilem vero minimè, nam Princeps potest facere nobilem, quem vult [Bald. in l.sacrilegij C. de diuers. rescriptis Tiraquell. in cap.6.num.1.& 25.Bon.de Curt.in 3.par.nu.127 & seq.Gars.in gl.1.§.1.num.50. de nobil. & Federic.Viuald.d.responsf. num.80. fol.50.] nam dicitur pro concordia opinionum nobilitatem sanguinis non posse à Principe cõcedi [Ottalor.in 3. par.princ.cap.1.num.15. de nobil.] secus verò in nobilitate acquisita, nam nobilitas acquisita est de iure ciuili, & non de iure naturali, vt diximus supra.

Quarto quæro an statutum faciens mẽtionem de nobilibus, intelligatur tàm de nobilitate na-
34 turali, quàm de nobilitate acquisita ex priuilegio Principis, & dicendum est, quod cum Rex possit concedere ignobili iura omnium nobilium [cap. porrò de priuilegijs Bon.de Cur.in d.p.3. nu.87.vsque ad 91.Cassan. in 8. par.17.consid.in 1.& 2.colum.& Gars.in glos.35.num.3.] propterea statutum loquens de nobilibus habebit locum in his nobilibus ex priuilegio, nisi statutum sit odiosum, vel in præiudicium iuris acquisiti alteri, & sic illi tales nobiles non poterunt gaudere iuribus nobilium, quibus gaudent nobiles actu gaudentes in sedili, quia Princeps non censetur velle derogare iuri tertij, sed tantum, vt habeant tales omnia iura communia competẽtia nobilibus veluti ne torqueantur, ne incarcerentur pro debito ciuili, & similibus, de quibus dixi in effectibus nobilitatis; & cum nomen Nobilitatis vniuocè cõpetat omnibus nobilibus; ita etiam erit in voce ex notabili doctrina [Alex.Raudens.in tract.de Analog. vniuocis, & æquiuocis, &c.

Quinto quæro an nobilitas absque virtute prosit, sic etiam è contrario virtus sine nobilitate operetur effectus nobilitatis,
35 & reperio [Bon. de Curt. in 6.

par.

par.num.8.circa med. de nobil] dicentem etiam si quis mille annis virtutibus viueret plenus, nō per hoc nobilis haberetur, sed remaneret popularis, aut plebeius, esset tamen summè diligendus, & licet eum Princeps summè diligeret, donec tamen aliqua dignitate ipsum non honoraret, à plebeis non distingueretur; & non obstat quod virtus sit quoddam excelsum, et regale inuictum, et infastigabile, [secundū Senecam de vita beata ad Gallionem, et sequitur post tres cartas] ergo in virtute posita est vera felicitas, virtuti enim omnia parent, [secundum Salust. in Cathel. circa princ. et Sapientiæ. Octauo] dicitur vtilius virtute nō est; quoad nobilitatem sine virtute dicimus eam similem stercori, nam tales nobiles sunt superbi, et nesciunt nisi superbire, mœchari, edere, et bibere, et in his honorem, et gloriam locant, officium eorum est stare in plateis truffando bonos homines, mulieres transeuntes per vias ludēdo, iudicando actiuè, et passiuè taxillando, et terendo tempus eundo super bestijs, cum bestijs, et post bestias, et sic efficiuntur bestiæ, ac homine peiores, [Ægidius Columna in cap.4. par.1. lib.1. de regim.Princ. Bald. in l. qui per adoptionem in 1. lect. ff. de adopt. & Bernard. Græcus Beneuētanus in pragm. Regni sub rubr. de forma litterarum num.115. qui allegat Diuum Bernard. in serm. 36 extr de scientiarum stud. vers. quartum, Bal. in cons.129. primo volum. et sequitur Cotta in suis memoral. vers. Carceres, et in verbo nobilitatis] dicit nobilitatem sine virtute nihil omnino existere, et vocat morbum Sonticum, [l. morbus Sonticus, ff. de verb. signif. l. ob quæ §. illud, et l. fin. ff. de ędilitio edicto] quibus parabolicè de mulo, et vulpe probè adaptari potest, qui interrogatus ab vulpe, de quo genere fuerat, ait quod prænopes erat Magni Regis Hispaniæ, cui vulpes ait, non quæro de matre, sed de patre, ita hi delirantes facta aliena haud propria, cum infamissima sint, explicant, nam quis debet laudari de virtute, et nobilitate sua, non autem parentum, [Hostiens. in cap. Venerabilis de . . . . . et in cap. tua nos de consanguinitate, et affinitate. Exitus autem horum hæc carmina docent,

Verba mouent rixas, rixa vertuntur in ensem
Ensis dat vulnus, vulnera sæpè necem.

Et propterea dicendum nobilitatis decorem tunc fulgere, cum fulget ex virtutibus parentnm, & proprijs, [Ægidius Columm. in d. tract. in cap.32. par.2. lib.3.] secundum meam opinionem, vnde natus ex claris parētibus pręfertur virtuoso nato ex vilibus parentibus propter duo vincula [c. nunquam dist.50. de Ponte, de

de potest. Proreg. in tit.de elect. official.in §.8. num.26.& Rau. densis in decis.Pisan.40.nu.379.

Sextò quæro an Princeps faciendo nobilem aliquem indignū peccet,& dicendum est peccare,
37 vt dicit [Diuus Thomas in 2.2. quæst.63.] vbi tractat an acceptatio personarum sit peccatum, [& Tiraquell. in cap.6. num.25. de nobil.] vnde vocando aliquē nobilem sub aliqua verborum forma, non per hoc censetur ipsum velle facere nobilem, aut quicquam ei tribuere noui iuris, secus verò si ex certa scientia, & non ignorata illius conditione id faciat,[Tiraq.loc.cit.num.24. & supra diximus in euidentialibus num.9.]

Septimò quæro an hic cœtus nobilium possit æquiparari Vniuersitati,ita vt cōsequenter possit habere omnia priuilegia Vniuersitatum, & fuit hæc quæstio examinata in materia restitutionis in integrū, vbi fuit decisum restitutionem non competere, vt refert [Thorus in d.compend. in verbo restitutio in integrum col.2. fol. 482.] absque tamen
33 dubio competit restitutio Vniuersitati in omnibus casibus, in quibus eam habent minor,& Ecclesia [de Frāch.decis.37.nu.17. & Losçus in 3.par.cap.18. nu.2. de iure Vniuersitatis,]& licet sedile sit ordo quidam constās ex familiarum multitudine nullum ad numerum præscripta, & terminata,sed omnibus nobilibus; qui fuerunt aggregati communes [arg. l. proponebatur ff. de Iudic.]tamen non constat ex minoribus,quia ipsi non habent suffragium in his, quæ fiunt per nobiles, & sic cessat ratio, quare Vniuersitati competit restitutio, & non cœtui nobilium,nam Vniuersitas constat ex omnibus, & actus Vniuersitatis nocent minoribus, pupillis, & alijs perso-
39 nis miserabilibus, quæ sunt de corpore ipsius Vniuersitatis,& hæc fuit ratio motiua dictæ decisionis, cui decisioni multis argumentis posset obstare, cum hæc ratio non concludat, sed tamen ita fuit decisum.

Octauo quæro quò iure fundatum sit hoc sedile nostrum, & dicendum fundari,ex [cap.Regis Ferdinandi in capitulis nostræ Ciuitatis de anno 1480.fol.49.à ter.nnm.7.& 1509.fol.88. à ter. num.19.& 21. & de anno 1553. fol. 127. à ter. nu.1. & ante annum 1472.]præsumitur fuisse diuisionem inter nobiles,& populares, & vbi datur talis diuisio, tunc datur sedile,& quod fuerit ipsa diuisio ante dictum annum probatur ex [cap. dictæ Ciuitatis de anno 1413. fol.4. à terg. num. 2. ibi non tamen ex inde, & anno 1422. fol. 16. à terg. num. 22.] ibi *per consuetudine, & priuilegij*,& ratio est manifesta, nam si non adesset diuisio de
40 anno 1472. quo tempore Dux

Cala-

Calabriæ constituit nouam reformationem vtique non permisissent Ciues populares, nec ipse Dux fecisset, & cũ [de anno 1416 fol. ij. à ter. num. 2.] fuerit concessum per Reginam Ioannam mercatum Magdalenæ sub custodia Magistri iurati, quod officium spectat ad nobiles, erat vtiquè diuisio inter nobiles, & populares, & eo tempore Calabria erat vna prouincia, quæ deinde fuit diuisa de anno 1581. tempore Don Ioannis de Gueuara Ducis Bouini Viceregis totius Calabriæ de mandato Regis Philippi Secundi felicis memoriæ, & ad præsens ita reperitur diuisa, & vna dicitur prouincia Calabriæ citra, altera prouincia Calabriæ vltra, & Regis est de duabus prouincijs vnam facere, & de vna duas, [l. si eadem ff. de off. assess. & Losæus in 1. par. cap. 2. num. 9. de iure Vniuersitatis.]

Nono quæro, an quis possit prætendere restitutionem in integrum ex eo, quia nesciuit tenorem nostrorum statutorum,
41 & dicendum est quod non, nam cum omnes teneantur scire iura, leges, statuta, & priuilegia patriæ suæ, non restituuntur in integrum [Caualcan. in tract. de tutor. & curat. num. 132.] et allegat [Plotum in repet. l. si quando num. 24. 200. et 259. C. vnde vi Octaui. Cacheranus decis. Pedem. 86. Alex. cons. 66. incip. viso themate col. 1. vol. 4. Caualcan. in tract. de vsufructu mulieri relicto nu. 120. et Reg. Valenz. cons. 4. nu. 157. et cons. 37. nu ij.] verum quando incipiat currere scientia statutorum, et similium relinquitur arbitrio Iudicis [Bal. in l. leges C. de legib. et in tract. de statu. in verbo ignorantiæ,] neque iuuatur ex capite ignorãtiæ, cum scientia præsumatur. [Oddus de restit. in integ. par. 1. quæst. 8. art. 10.] et sufficit scientia præsumpta, et ideo habitantes tenentur scire, [cap. 1. de excess. prælator. et Oddus loc. cit.
42 quæst. 20. art. 4.] Forenses tamẽ non ligantur per municipalem legem, nisi in loco traxerint moram, nam tunc scire præsumuntur, vel nisi faciant aliquid cõtra ius commune, vel consuetudinẽ generalem, vel appareant certificati à parte [Bald. in d. l. leges, & l. omnes populi, ff. de iustit. & iure] limito non procedere in eis, ad quos verisimiliter statuti notitia non potest peruenire, nã tunc est excusabilis ignorantia, [l. fi. ff. de decr. ab ordin. faciẽd.] & idem est in dubitatione [l. fin. §. si autem nescius, et dubitãs ubi est tex. quod parcitur dubitanti sicut erranti, C. de furtis]
43 in iure verò fit distinctio quod aut est ius naturale, et non permittitur ignorantia [l. venia, C. de in ius vocan.] aut est ius ciuile generale, et idem [l. leges fin. C. de legib.] fallit in omnibus casibus

ſibus expreſſis in iure [l.1.et fin. C.de iur.et fact.ignor.] vbi[gl.] notat caſus, in quibus admittitur ignorantia iuris poſitiui.

Decimò quæro, an lites Nobilitatis debeant tractari expenſis cõmunibus totius Vniuerſitatis, an vero ipſorum nobilium tantum, & dicendum deciſiuè debere agitari expenſis vniuerſitatis non autem nobilium tantum [Garſ. gl.3.§.2.num.15.& ſeq, de nobil. & Auendan. in 2. par. cap.x. de exequend. mand.] Et hoc veriſſimũ eſt apud DD. imo
44 nonnulli DD. tenuerunt fiſcũ debere contribuere propter eius intereſſe, ad quod citatur [Anchar. conſ.389.] quia appellatur Propria cauſa Regis [gl. in l. ſi irruptionem §. final. ff. finium regund. & Bar. in l. ſi poſtulauerit ff. de adult. [tamen peritiſſimus Ottalor.in cap.1.in penul. & vlt. col. lib. 3. de nobil.] dicit nobilitatis cauſas proſequi debere ex penſis populorum, & non fiſci, populi autem appellatione non tantum ignobiles, ſed etiam nobiles comprehenduntur[§.plebs Inſt. de iure nat. gen. & ciuil.] nam per nobiles potius defenſa-
45 tur Reſp. ſicut de Eccleſia notatur [in cap. conſtitutus de appellat.] quia ſunt ſplendores publici[l.reſcripto §.j.ff.de muner. & honor.] imo[Surgens in cap. 12. num.5. de Neap.Illuſtr.] dicit conſeruandum eſſe Regimen Ciuitatis apud nobiles tanquam digniores, & ita omnes concludere vno ore, quod amplio procedere ad refectionem, & reſtaurationem ſedilis, quia tam nobiles, quàm populares tenentur contribuere [Surgens in d.cap. num. 67.] expenſæ tamen litis ſubminiſtrandæ ſunt ab eo contra ſe, qui animo iniquo conten
46 dit ſe nobilem declarari vti Ciuẽ,& non vti litigatorẽ,vel ſi ibi habeat bona, & hoc procedit in omnibus litibus Vniuerſitatis [Ottalor. in 3.par. cap.1.ad fin. Marcus deciſ. 489.num.13.vol. 1. Garſ. gl.1.§.1. num.41.verſ. Decius, & gl.22. num.1.] quem ſequitur [Mugnoz de Eſcobar in tract. de ratiocinijs cap. 25. nu. 48. Auendann. in par. 2. cap. x. num. 19. & Paſcal. in 4.par.cap. 2. num.90. de patr. poteſt.] & per hoc olim qui falsò nobilita-
47 tem aſſumebant, incidebant in pœnam falſi,quod hodie non ſeruatur, nam omnes dicunt ſe eſſe nobiles,& mouent lites, ſed oculatiſſimi Iudices decernunt ad abſoluendos nobiles de ſedili ab impetitione ipſorum [Tiraquel. in cap.12.num.13.] & ex eadem regula deciditur de Canonico litigante cum Capitulo,vt teneatur contribuere tanquam vnus de Capitulo [Garſ. in d. gloſ.22 nu.5.] & in procuratoribus quibus datur ſalarium,etiam hi tenẽtur contribuere collectis cum alijs Ciuibus,quando imponitur pro ſalarijs ſoluendis ipſis procura-

cura-

curatoribus [gloſ final. verſ. hæc decretalis, bene facit in cap. cum decet de elect. in 6. & DD in l. ab omnibus, §. Titio, ff. de leg. 1.

Vndecimo quæro coram quibus Iudicibus agitentur cauſæ nobilitatis, & vtrum poſſit agitari coram Iudice Baronali, & dicendum cauſas nobilitatis agi-
48 tari coram Iudicibus ſpecialibus propter arduitatem, & dignitatem cauſarum nobilium, vnde in cauſis nobilium Sedilium Ciuitatum Neapolis, & Coſentiæ ſunt deputati quinque Iudices cum patrono Fiſci, qui debent omnes interuenire, ita vt ſi vnus deficiat, non poteſt tractari de cauſa, qui ſunt Iudices delegati, ſicut in Hyſpania dixit [Ottalor. in 4. par. princ. cap. 3. num. 2. de nobil.] Et ſic ego obtinui, quod fuit impedita quædam cauſa nobilitatis ob infirmitatem Don Ioannis Enriquez digniſſimi Præſidentis Regiæ Cameræ Summariæ in anno 1619. Menſe Octobris referente circumſpecto, & meritiſſimo Regente Vrſino, qui Iudices, & Fiſci patronus ſunt Hyſpani, & fe-
49 rè omnes ſunt officiales perpetui, nec poſſunt eſſe Itali de ordine Suæ Maieſtatis, & non eſt mirum, quod nobiles habent ſuos Iudices deputatos, nam Romæ priſcis temporibus hoc obſeruatum fuit [l. 2. §. deinde cũ poſt verſ. deinde cum placuiſſet ff. de orig. Iuris] ibi coeperũt ex vtroq; corpore conſtitui, [& Garſ. in dicta gl. 1. nu. 2. & ſeq.] Quoad ſecundum nõ poſſint remitti ad Barones cauſæ nobilitatis, ſic fuiſſe deciſum in Sac. Conſilio in cauſa nobilitatis Ioannis Antonij de Miro de Ciuitate Caſtrimaris de Stabia cum familijs nobilibus ipſius Ciuitatis refert
50 [oculatiſs. Rouit. in pragm. 3. num. 6. de Offic. Sacri Regij Conſil.

Decimoſecundo quęro an admouendas lites nobilitatis ſit neceſſarium parlamentum generale, vel ſufficiat, quod citentur omnes de regimine nobili reprę ſentante totam nobilitatem, & decretum regiminis habeat vim vti factum a tota nobilitate, &
51 dicendum eſt ſufficere tantum citari eos, qui ſunt de regimine nobilium non totum parlamentum, neque totum cœtum nobilium, & decretum factum a regimine nobilium habebit vim, vti factum a tota nobilitate [gl. & rubr. C. quæ ſit longa conſuet. & Garſ. in gl. 5. §. 2. nu. 2. & 3.] Et Coſentiæ & ferè in omnib. Ciuitatibus citantur Sindicus, magiſter iuratus, & Electi nobilium qui adminiſtrant, & regunt, quinimo deputantur ab ipſis de regimine nobilium quatuor, vel duo nobiles de ſedili, & ſicut quę fiunt ab ipſo regimine cenſentur facta ab vniuerſitate, ita quę fiũt a quatuor, vel duobus deputa-
52 tis nobilium cenſentur facta a tota

tota nobilitate [c. penul. de iuramen. calum. vbi gl. & DD. Bal. in l. non ita diuus ff. de adoptio. Garſ. d. §. 2. nu. 6.] & ſic vidi ſeruari in pluribus cauſis nobilitatis de diuerſis ſedilibus.

Decimotertio quæro quam nobilitatem acquiri ex Baronia, & dicẽdum quod licet ex Baronia quis mobilitetur [c. 1. in princ. qui feud. dar. poſſ.] dum
53 dicit, ſunt quos vulgo Barones appellamus, cum hodiè Baronia ſit quædam dignitas inter nobiles habens quamdam præminentiam inter ſolos ſimplices nobiles poſt principatus ex conſuetudine introductam, tamen diſtinguere nos debemus triplici modo, nam conſiderandum eſſe cenſeo ex parte Domini concedentis, ex parte Baronis conceſſi, & ex parte ipſius rei feudalis, quoad primum reperio, quod vt nobilitas propria dicatur illa eſt vera, quæ conceditur a Principe, vel ab alio habente auctoritatem, ſiuè poteſtatem nobilitandi conceſſam ab ipſomet Principe, aut ex priuilegio,
54 aut ex alia iuriſdictione ſiue tacitè, ſiuè expreſsè nempè quãdo Princeps præſtat aſſenſum venditioni, nam tunc tacitè videatur concedere nobilitatẽ. [Guid. Papa decif. 415.] alias Barones vocarentur minimi Valuaſſores carentes omni nobilitate, & ſic dignitate [Bonus de Curtil. in 3. par. num. 199. de nobil.]

Quoad ſecundũ, ſcilicet ex parte Baronis conceſſi dico non cadere nobilitatem in ruſticum,
55 aut plebeium, qui emit feudum licet nobile, nam non ex hoc fit nobilis, ſed debet eſſe nobilis, aut nobiliter viuens, aliàs daretur anſa nobilitandi ictu oculi, quod nobis magnopere abhorritum eſt [l. iuſtiſſimè ff. de ædilitio edicto, & l. 1. C. de imponen. lucra. deſcriptio. lib. 10.]

Quoad vltimum ex parte rei feudalis animadnertendum eſt,
56 ſi ſit feudum ruſticum, aut nobile, ex ruſtico autem feudo non acquiritur nobilitas, & ſic dignitas, & ita quendam fuiſſe condemnatum ad Regias triremes non obſtante conceſsione feudi ruſtici cõceſſa ab Illuſtri Principe Biſiniani; & fuiſſe deciſum refert [Doctor. Reg. Camillus de Curte 1. par. num. 4. tract. de diuerſ. iuris feudal.] ex feudo vero nobili omnes affirmant nobilitatem acquiri. & hoc ex tenore inueſtituræ cognoſcitur, ſi dominus dicat, quod inueſtit vaſſallum in feudum nobile, & gentile, nam hæc verba videntur appoſita in fauorem vaſſalli, non rei feudalis, cum res propter perſonas dicantur, & hoc modo dicitur nobilis [Tiraquell. in c. 7. num. 4. 13. & 14. de nobil.] ac tanto magis nobilitatur Baro, ſi habeat vaſſallos vna, & inſimul cum annexa iuriſdictione, quinimò ſi vaſſalli ſunt nobiles, & nobi-

57 nobiliores, & non ſint modici, ſed numero multo, Baro vocatur nobilior [Capyc.deciſ.27.nu.21. & in deciſ.32.num.9.& 11.Andr. in vſibus feud. in tit. quib.mod. amitt.] quis enim dubitat, quod nobiles ſunt hi, qui habent Caſtella, iuriſdictiones, imperium, & dominationes [Bart. Cępolla in tract. de Imperat. milit. deligen. in verbo nobilitatis nu.17.

58 Nobile autem feudum quaternatum non ſolum dico ad differentiam ruſtici, ſed etiam voco antiquum, vt ex hoc quis nobilitetur [Bon. de Curtil. loc. citat. num. 199. Iuſtinopolitanus in dialog.mater.nobil.lib.1.fol.42. & Reg.Conſil. de Georgio in repetit. feudal.cap.7.num.2.& latè per Nouarium in quæſt. 23. ſect.2.de elect.& variat. fori,] & nō curo quod ſit feudum nobile quaternatum annui minoris va-

59 loris, nam ſi is aſſiſtit in parlamento procerum, & magnatum dando vocem cum alijs Baronibus Regni coram Principe, certum certius eſt nobilitatem acquiri [Bon.de Curtil.loc.cit.Cępolla loc. cit. num.6. & Paſchal. in 4.par.cap.2. num.42. de patr. poteſt.] & optimè dixit Reg. Valenz.] quod Reipublicæ, & nationis defenſio, ac ſplendor

60 conſeruatur in Baronibus [in conſil. 99. num.58.] & ex his dilucidata eſt noſtra quæſtio.

DE

DE REGIMINE REIPVBLICÆ, &c.

Caput Primum.

§. 2.

Sequitur Materia Nobilitatis, & cui competit nobilitare, & ibi tractatur de nobili extra sedile, & de vi consuetudinis immemorialis, cum nonnullis quæstionibus ad Ciues spectantibus.

SVMMARIVM.

Proponitur dubium circa rationem, vbi dicitur non posse aliquem admitti ad numerum eorum, qui suffragia dant, nisi cum consensu duarum partium, cum videatur attribui Vniuersitati id, quod esset tribuendum Principis *potestati. num.* 1.

Nobilitas nostra quomodo efficiat aliquem nobilem, cum ad Regem spectet nobilitare, nu. 2. *&* 3.

Sedili nostro fuerunt concessa priuilegia diuidendi officia super regimine, & gubernio Ciuitatis, *nu.* 3.

Consuetudo immemorialis quam vim habet, nu. 4. *& seq.*

Vna pars populi potest inducere aliquid per consuetudinem, vel per præscriptionem contra aliam, nu. 5.

An aggregatus ad sedile nobilium censeatur exclusus à beneficio popularium, & *adducitur exemplum de promittente dare scacchum eum pedona facta Regina, an satisfaciat promissioni, num.* 7.

An hoc ipso quod quis dicitur nobilis, debeat necessario admitti ad dandum suffragia, nu. 8.

Distinctio patritiorum nobilium, & patritiorum non nobilium fuit inuenta de iure communi, & qui dicuntur nobiles patritij, nu. 8.

Nobiles non patritij dicuntur noui, seù nobiles non de sedili, num. 9.

Author describit nobilitatem extra sedile quid sit, nu. 10.

Qui sunt nobiles gaudentes, seu de sedili,

*dam consuetudinem, num.*40. & 50.

*Statutum nostrum requirens duas partes, rationabile esse corroboraui, nu.*51.

Explicatur Cap. Nicena 31. *dist. num.*52.

*Summus Pontifex eligitur cum cõsensu duarum partium ex tribus, nu.*52.

*Quare Imperator eligitur cum consensu maioris partis, nu.*53.

*Aduerbium, concorditer, dicitur ab vnione, & coniunctione cordium, & duplex est concordia, vera, & ficta, nu.*54. & 55.

Respondetur doctissimè argumentis adductis à Domino de Franchis in decis. 2. *nu.* 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 65. & 66.

*Hoc nostrum statutum fuit ampliatum etiam in actu reintegrationis, nu.*62.

Textus noster fuit confirmatus à Prorege Regni, & eius Collaterali Consilio, *& licet confirmatio intelligatur de iustis, tamen non procedit in hoc textu, & quare, nu.*64.

Regia Audientia Calabriæ interposuit decretum pro confirmatione huius statuti, vti Iudex *delegatus, non ordinarius, numero* 64.

Hoc statutum requirens duarum partium consensum est secundum ius, vel saltim præter ius, num. 67.

Consensus duarum partium vigore nostri priuilegij requiritur in omnibus actibus Vniuersitatis, & eodem modo debet requiri in nobilitate, numero 68.

Nobiles debent potius nobilitare familias populares, quam nobiles alterius Ciuitatis, *numero* 69.

Auctor reprobat dictum Iulij Cæsaris, qui dixit, Mallem hic primus esse, quam Romæ secundus, *nu.*70.

Rationabilis consuetudo est, quod quotiescunque agitur de aggregatione, seù reintegratione ad sedile, debet prius ille aggregandus, seù reintegrandus proponi in parlamento particulari, antequam proponatur in parlamento generali, num. 71.

Statutum nostrum requirens duas partes ex tribus non habet locum in actibus pijs, ad quos obligamur ex lege Euangelica, & explicatur Parabola, in qua laudauit Villicum iniquitatis Dominus noster Iesus Christus, qui est verus Dominus, nos autem sumus dispensatores, num. 72. 73. & 74.

*In necessitatibus nemo liberalis existit, nu.*75.

*Absentes quando citantur, si sint præsentes duæ partes in quolibet parlamento, nu.*76.

Perso-

D 3 Exteri,

Pro-

PRopius ad materiam nostri capituli deueniendo, in quo dicitur non posse admitti aliquem ad numerũ eorum, qui suffragia
1 dant, & recipiunt, nisi cum consensu duarum partium, ita quod si tertia pars discreparet, non possit admitti, etiam quod esset factus, ac numeratus ciuis, nam videtur tale capitulum non habere rationem sufficiẽtem, nam potestas aggregandi, seù nobiles faciendi pendet à Principe, vt diximus supra in euidentialibus, & non ad priuatas personas, neque ad Ciuitatem subditam, vt sunt omnes Ciuitates Regni, quę non possunt conferre dignitatẽ, aut nobilitatem, & fortius neq; vnum quarterium Ciuitatis poterit conferre, dum tota ciuitas non potest, etiam quoad regendã ciuitatem, & gubernandam [Anna in allegat. 130.] sed dicendum nobilitatem acquisitam propriè sumptam, vt supra diximus, nihil esse aliud, quam dignitatem, quã
2 confert solus Princeps, sed nostrum sedile non potest plebeiũ, & indignum aggregando nobilẽ facere, potest tamẽ ipsum aggregare ad cœtum nobilium, & potestatem dandi, & recipiendi suffragia pro officijs competẽtibus nobilibus, & tunc ex diuturnitate temporis ille talis receptus in numero nobilium, & gerens officia nobilium efficietur nobilis, non ex potestate nostri sedilis, sed ipso facto, ex eo, quia fuit admissus ad munera competentia nobilibus, & sic ex processu temporis deletur memoria ignobili-
3 tatis, & incipit de eo haberi notitia, & existimari tanquam nobilis, & ipso facto fit nobilis; Pręterea cum negare non possimus nostro sedili permulta fuisse cõcessa priuilegia diuidendi officia super regimine, & gubernio Ciuitatis [per Ducem Calabriæ de anno 1472. fol. 24. à terg. & seq. & iterum 1475. fol. 42. & seq. & de anno 1478. à Rege Ferdinãdo confirmata ab Inuictissimo Carolo Quinto anno 1520. fol. 99. & à Sapientissimo Rege Philippo Secundo in anno 1555. fol.
4 104. à ter. & seq.] aliàs Vniuersitas nostra non possit creare officiales cum potestas creandi sit de regalibus [Ioannes Andræas de Georgio in repet. feudal. c. 54. num. 33. fol. 396.] cum consuetudine immemoriali vti legitimè inducta ad officia publica circa eligendi modum, quæ consuetudo habet vim statuti, ac prouenit èx populi consensu, vt dixit [Garf. in glos. 35. num. 57. Bar. in l. omnes populi ff. de Iust. & Iur.] & in indiuiduo tenet [Maranta in cons. 103. & Fab. de Anna in cons. 92. num. 7. vol. 2.] in simili de consuetudine Capuani, & Nidi, nam vna pars populi potest per consuetudinem, vel per præ-

scriptionem aliquid inducere,
5 contra aliam, vel aliquid ei detrahere circa præscriptibilia, [Garf. in glos.6. num.15.] & sic etiam in honoribus decernendis inspicienda est consuetudo, vnde ex tali consuetudine potest dici nostrum sedile posse nobiles facere, vt constat ex ijs, quæ particulariter dicemus inferius de virtute consuetudinis immemorialis, neque obstant contraria, nam Princeps facit nobiles vigore iuris communis, & ex potestate propria [Anna in allegat.57. num.1.& in allegat.130. num.1. & seq.] nostrum verò sedile hoc habet ex cõsuetudine immemoriali, quæ habet vim priuilegij, Paschal.in 4. par.cap.2.num.76. de patr. potest.

6 His expositis quæro primo si quis popularis fuerit effectus, seù aggregatus ad sedile nobilium nostræ Ciuitatis, vtrum censeatur propterea exclusus à beneficijs popularium, & dicendum est negatiuè, idest per admissionẽ ad sedile nobilium non amisisse ius popularium [l.per adoptionem, ff. de adoptio.] vnde DD. dicunt quod si quis promisit dare scacchum cum pedona, quod si dederit cum pedona facta Regina satisfacit promissioni, quasi ipsa etiam pedona dicatur, postquam fuit facta Regina, & ideò
7 statutum Florentiæ, quo multa priuilegia competunt popularibus, & non cõpetunt nobilibus, si facit aliquos nobiles populares non per hoc perdunt nobilitatem, sed eis accrescitur beneficium popularitatis, quia priuilegium nunquam est interpretãdum, vt priuilegiato possit esse noxium [Tiraquell.in cap.6.numer.53. de nobil. & l Dinus, & ibi Angel. ff. de test.milit.] nam inducta ad augmentum non debent operari diminutionem, vt supra diximus.

Secundo quæro de quæstione quotidiana, de qua multoties dubitari contingit, & est quæstio in tribunalibus valde agitata, videlicet quod hoc ipso quod aliquis
8 dicatur nobilis possit, & debeat admitti necessariò ad honores, quibus gaudent cæteri nobiles de sedili, & dicendũ, quod aliqui dicuntur nobiles patritij, alij nobiles non patritij, & hæc distinctio fuit inuenta de iure communi, nam qui Reipublicæ funguntur muneribus, dicuntur ex ordine patritiorum nati, & per hoc nobiles patritij, [Bon. de Curt.in 3.par. num.134.in fin.] & hi vocantur in nostro communi vsu nobiles de sedili, seù de platea, qui funguntur munere administrationis Reipublicæ, alij verò nobiles tali munere non fungun-
9 tur tanquam noui in Ciuitatibus [Ottalor. in 5. par. princ.cap.2. num.2. de nobil. & Bernardinus Græcus in pragm. Regni de litterarum forma, & locutione numer.121.& seq.] & colligitur [ex

Præ-

Præside de Frãch.decis.207.n.13. & Torquatus Tassus]dicit expressè in libro *Forno della nobiltà* f.89.]ex quo sicut dãtur titulati, & nõ titulati,priuilegiati, & non priuilegiati,ita & nobiles gaudẽtes,& nõ gaudẽtes[Surgẽs in c.23 num.1.& 2. de Neap.Illustr.] & secundum meam opinionẽ Nobilitas non gaudentium nihil aliud est, quam opinio statutaria,
10 vel particularis illius Regni, Prouinciæ, vel Ciuitatis diuersa, & separata ab alia [Ottalor. in 2.par. cap.5.num.12.& Paschal. in 4.par.cap.2.num.55.& ante hos Bart.Cæpolla in verbo nobilitatis num.7. de Imperat. milit. deligen.] nam in nobilibus,tàm generis,quàm ex accidenti non potest dari certa regula,sed standum est opinionibus locorum, & consequenter nobilium differentiæ possunt causari ex consuetudinibus locorum, & communi hominum existimatione [Ottalor.in 2.par. cap. 4. num. 17. &
11 Gars.in glos.7. nu.12.] quinimò multoties nobilitas ex sola opinione causatur, & horum nobilium infinitum videmus esse numerum,qui tamen non sunt verè nobiles,sed asserti tales,cum stultius sit sentire ex sola opinione vulgi aliquem esse beatum [Tull. de legibus,]qui vt plurimum huiusmodi assertiones sunt mendosæ,[Arist.7.Ethicor.& Tiraquell. in cap.10. num.6. & seq.] adest ergo in casu nostro distinctio actus ex consuetudine immemoriali causata,dum aliqui in Ciuitate Cosentiæ vocati sunt nobiles de sedili,alij vero nobiles extra sedile, quæ distinctio habet
12 fundamentum ex iure communi,vt supra diximus,& ex consuetudine, quæ circa nobilitates attenditur,& nobilitas de sedili, et non extra sedile probatur per exercitium sedilis,et administrationem officiorum nobilium Ciuitatis, quod officium distinguit nobilem de sedili à nobili extra sedile,et de iure dari nobilitatem non gaudentium muneribus Ciuitatis potest probari authoritate [Diui Thomæ de regimine Principum lib. 3. cap. fin.] Cassan.in 8.par.consid.16. in 2. col. vers. et ideo Catal. glor. mund. Tiraquell. in cap. 10. num. 2. et Amendola ad Franch. decis.207. num.2.] et in Ciuitate nostra vltra immemorialem consuetudinem potest hoc probari ex verbis textus nostri, vbi dicitur,
13 *Primieramente si debbiano scriuere*, et quæ sequuntur, *& non altri,ancorche fusse numerato, e fatto Cittadino*, ex quibus verbis constituitur specifica differentia inter nobiles de sedile, et nobiles extra sedile saltim per argumentũ à contrario sensũ,quod est validum in statutis [Bart.in l.Cæsar nu.23. ff. de publican. et vectigal.] et adduxit hoc argumentum in quadam allegatione pro nostro sedili, [Solertis Do-

ctor

ctor Franciscus Bombinus patri-
tius, et vir maximæ doctrinæ] ex
quo argumentū a contrario sen-
su facit expressam prouisionem
eius, quod concluditur à contra-
14 rio sensu [glos.notab. et Bal. in
l.qui testamento §. mulier ff. de
test. militar. et Caualc. in tract.
de tutor.et curat. num.85.] Præ-
terea sicut consuetudo, et obser-
uātia potuit ab initio distingue-
re nobiles ab ignobilibus, ita po-
tens erit distinguere vnum nobi-
lem ab alio nobili, nam cōsuetu-
do parem vim cum lege obtinet
circa nobilitatem, et præcipuè
quando est immemorialis, cum
non adsit memoria principij ta-
lis consuetudinis, vt est in Ciui
tate nostra [Valenz.conf.93.nu.
38.] quo casu talis consuetudo
habet vim legis, tituli, iustitiæ,
priuilegij, cōcessionis Principis,
pacti conuenti, et veritatis [§ hoc
iure Inst. de Actiliano tut. Barb.
15 cons.9.col.1.vol.1.Ias. in l.quo
minus col.8.in princ.ff.de flumi-
nibus, et l. sciendum col.5. ff. de
verb.obligat. Crauetta cons.251
Natta cons.154.Bon.de Curt. in
3.par.num.132.Boer.quest.107.
num.4.Gars.in glos.12.num.58.
Valenz. cons.8.num.8.cons.33.
nu.27.cons.79.nu.93.et cons.89
num.ij.Auendan.in 2.par.cap.4.
num. 10. de exequend. mandat.
et Ioan.Andr.Georg. in cap.29.
num.7.de repetit.feud.]et maxi-
ma vnio est inter priuilegium,
statutum, et consuetudinem, vn-
de valet argumētum de vno ad
alterum, et posito vno poni-
tur aliud, cum pari passu ambu-
lent [Plat. et Luc. de Penna in
rubr.C.de decret. Decurion. lib.
10.Bald.in l.2.circa fin.C.de bo-
nis quę liberis, et Rouit.in prag-
mat.1. num.6. de priuileg. Vni-
uersitatis,] et consuetudo imme-
morialis præscribit ea, quæ de
sui natura sunt inpræscriptibi-
16 lia, et quæ sunt reseruata soli
Principi etiam sine scientia, aut
patientia Principis contra quem
inducitur, aut si tractatur de cō-
suetudine super actibus habenti-
bus causam discontinuam [c.1.
§.fin.de præscript.in 6.Ias.in l.de
quibus num.33.de legibus, Cra-
uetta cons.96. Bon. de Curt. in
3.par. num. 132. et seq. Duenna
reg.138. Menoch.casu 83.de ar-
bitrarijs, et Valenz. d. cons.79.
num.96.] et tantum potest con-
suetudo immemorialis, quan-
tum ipse Rex, vel Imperator cum
causa [l.hoc iure §.ductus aquæ,
et ibi Doct. ff. de aqua pluuia ar-
cenda, et And.de Isern.in tit.quæ
sunt regalia in verbo flumina na-
uigabilia colum.2.circa med.] et
17 omnis dispositio interpretatur
ab ipsa immemoriali consuetu
dine, idest dispositio legis, cōtra-
ctus, aut vltimæ dispositionis
[Valenz.conf.8.num.21.] et ma-
ximè in loco in quo viget, ius cō-
mune efficit [Valenz. d. conf. 8.
nu.31.] et inducit præsumptio-
nem iuris, et de iure, quę non ad-
mittit

mittit probationem in contrarium [Valenz.d.conf.8.num.13. et seq.]et est magis efficax,quam ipsa lex, ac sufficiens ad ipsam excludendam [l. item eorum ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine,] et ipsa non venit in generali derogatione,sed oportet derogare verbis expresſis [Valenz. d.conf.79. num. 110. et seq.] et neque Princeps condendo legem posteriorem censetur anteriores consuetudines tollere, sicut nec
18 priuilegia [Valēz.d.cōf.n.109.] et tandem ipsa consuetudo immemorialis vti nobilissima inter omnes consuetudines procedit tàm in aggregatione, quàm in reintegratione [Valenz.d.cōsil.79.num.101.] et sicut de iure præsumitur retro semper fuisse [Valenz.d.conf.nu.116. et 135. Ioannes Andreas Georgius in cap.28.num.7. in repet. feudal.] ita in futurum debet obseruari [Montanar.in pragm.2. nu.228. de administr.Vniuerſ.]et id quod est consuetudinarium non est arbitrarium,nec mutandum [Corsetus in 3.par.num.56.de potest.
19 Regia] Vnde sententia lata contra formam immemorialis, non valet vti contra legem [cap.1.de sent. et rei iudic.] et tandem ipsa consuetudo immemorialis dicitur altera natura [d.l.2. §. ductus aquæ,et l.1.C.qui test.face. pos.Bald.in cap.1.in princ.qualiter feud.potest alien.] Quinimò tàm de iure communi, quàm de iure Hispanico nobilitas non potest probari,nisi ex immemoriali possessione,à qua omnia firmātur [Garſ. in gloſ.12.in princ.et num.54.] et ipsa nobilitas non præscribitur,nisi tempore immemoriali, vt dixit [Tiraq. in c.14. per totum,] probatur autem ta-
20 lis consuetudo immemorialis per testes deponentes,quod toto tempore eorum memoriæ vsque ad præsens ita sit obseruatum, & quod ita audierint à suis maioribus, & maiores ita dixerint se audiuisse à suis prædecessoribus, & quod ita sit communis fama, & opinio, & nunquam contrarium audierint, & tenentur reddere rationem sui dicti etiam non interrogati,& fama publica probanda est in specie, & nō per vltimum articulum,qui solet fieri,quod de prædictis est fama publica,& testes de auditu oportet nominare duos saltim, à quibus audierint etiam non interrogati [Rocchus de Curte in cap.fin.7. requiſ.de cōsuet.Viuius decis.77 de Franchis decis. 56.num.20. Marcellus Calà in gloſ.vnic.§.2. nu.494.de modo art.& proband.
21 & Capiblan.in prag.1.num.163 de Baron.] Et aduertant Aduocati,quod quādo habes præscriptionem talem immemorialem, probes eam per testes, & nō per scripturas,quia si demonstres titulum, potest oppugnari à parte de nullitate, & tunc data nullitate tituli nulli,vel erronei nul-

la-

la poterit probari legitima præscriptio [Pinell.auth.nisi C. de bonis maternis,& Auendan. in 1.par.cap.6.num.6. & seq.] & in hoc differt immemorialis ab alia consuetudine minoris temporis, quia in illa,scilicet immemoriali non est necesse probare actus consuetudinem inducentes, vel
22 quod fuerint actus in contradictorio iudicio obtenti, sed sufficit quod testes deponant talem esse vsum Ciuitatis,nullúq; stare qui viderit,aut audierit obserua ri contrarium, [Montanar.in d. pragm.2.num.243.] & testes deponētes de consuetudine immemoriali debent excedere quinquaginta annos,secundū[Ioseph. Ludouic.in decis.106.num.20.& Valenz. cons. 93.num.33.] licet [Auend.in loc.cit.nu.6.]tenuerit quod testes debent esse maiores quinquaginta, & quatuor annis, & sic quod attingerint annos quinquagintaquinque, & allegat [Bald.in l.de tutela C.de in inte-
23 grum restit.] & teneatur deponere de visu proprio, aut de auditu proprio quadraginta annorum [Capiblan. in d. pragm.1. num.163.] Vltimo tandem pro corroboratione meæ opinionis non potest negari,nobiliores esse eos,qui regunt Ciuitatem ijs, qui nō regunt,vt dicit[Andręas] quem refert[Anna in allegat.21. num.8.in 1 volum.Napodan. in prohœmio Caroli in verbo, vt igitur in consuet. Neap. nu.274. & 277.fol. mihi 13. in antiquis] semper allegatus de Ponte de potest.Proreg.in tit.de abundāt. Ciuit.& Regni §.7.num.23. Ludouicus Molina in cap.5. nu.66. fol.mihi 219. lib.2. in tractat. de Hispan. Primogenijs,] & in nostra patria propterea concludēdum est ex dictis non dari arbitrium Iudicis in declarando aliquem nobilem debere adscribi
24 in sedili, sed in tantum dabitur arbitrium, in quantum arbitrabitnr de facto, an sit probata distinctio actus est communis sententia Doctorum [Bart.Cæpolla in verbo nobilitatis num.12:Tiraquell. in cap.10. num.7. vsquè ad 12. Surgens in cap.27.nu.22. & Gars.in glos.7.num.38.in fin.] Vnde Aduocatus, qui vellet defendere quem nobilem vigore nostri statuti, debet probare, & capitulare qualitates omnes nostri statuti, & exercitium actus quod consistit in facto, & non in iure [l.1.ff.ad Tertull.& Bar.in l.1.num.98.C.de dignitat. lib.x.] & cum verbum nobile sit æquiuocum, simpliciter dicendo quē nobilem reddetur articulus anceps,& dubius non rectè conclu-
25 dens [Bar.in d.l.num.100.]& testes qui deponunt super articulo simpliciter formato non probarent, cum probatio debeat esse concludens attenta cōmuni forma loquendi secundum quam, & illius mentem ambigua verba declarantur, cum secundum vulgatum,

gatum, magisque communem vsum loquendi hoc verbum nobile sumatur pro nobili de sedili, & pro nobili extra sedile, qui differunt à popularibus, & plebeis, [Bon. de Curtil. in 6. par. num. 3. vsque ad 8. in fin. Garf. in glos. 7. num. 12. & nu. 38. vers. pro complemento, & gl. 35. nu. 1. & seq. & Valenz. cons. 79. nu. 49.]

Tertio quęro vtrum probetur aliquem esse nobilem hoc ipso quod probetur descriptus in libro sedilis nostri, non obstante quod non probet actus possessi-
26 uos, & hæc quæstio potest decidi à simili quæstione tractata per Doctores de his qui sũt descripti in matricula alicuius artis, & dicendum quod matricula, siue liber inducit quandã præsumptionem, vt scilicet talis quisque præsumatur, qualis reperitur in libro, si inter nobiles nobilis, si inter plebeios plebeius, & sic probent matriculæ, & libri præsumptiuè, & non verè, quæ præsumptio transfert onus probandi in aduersarium, & sic probatio admittitur contra matriculam, & data probatione in contrarium, deficit præsumptio ex matricula quæ destruitur ex probatione ve-
27 ra, & clara [l. optimam C. de contrahen. & committen. stipulat.] & sic probatio veritatis maior est quam præsumptio, Aduersario vero nihil probante tunc stabitur matriculæ [Garf. gl. 4. nu. 8. 10. & 16.] & nõ præsumitur ignorantia in eo quod publicè scitur in Ciuitate, scilicet talem esse adnumeratum inter nobiles vel ignobiles, cum illud sit factũ publicum, & notorium, & omnes præsumantur scire publica, & notoria [Garf. loc. cit. nu. 27.]
28 at qui est admissus ad officium nobile dicetur nobilis ex possessione, & exercitio [Fab. de Anna cons. 80. nu. 5.]

Quarto quæro quomodo probetur per viam reintegrationis nobilitas alicuius familiæ, quod illa familia sit eadem, quæ alias fuit, aut est in sedili, & quod hæc familia, quæ petit reintegrari sit eadem cum illa, & circa hoc [Anna cons. 110.] concludit fuisse decisum in eius fauorem vt esset de familia Ill. Card. de Anna, stante quod probauerat eius familiam esse nobilem, & eiusdem cognominis cum illa de Anna Illustris. Card. cum eisdem insignibus, nominatione, & declaratione per familiares facta, per tractatus, & actus, per testes, qui de auditu, fama, & immemorabili deponebant, sed talis sententia pro honoribus se-
29 dilis nihil profuit, quia in ea nõ fuit expressum, vt possit gaudere honoribus sedilis, hoc & aliud exemplum refert [Thorus in d. compend. in verbo identitas 2. col. fol. 261.] posset tamen articulari qualiter ille, de cuius reintegratione agitur per directã lineam descendit à persona prima

ma aggregata in sedili, & quæ prima gauisa fuit honoribus sedilis, nam si probetur nobilitas fratris, qui fuerit allectus inter nobiles gaudentes, non per hoc alter frater deberet esse nobilis gaudens, cum priuilegium personale non egrediatur personam [l. 1. ff. de const. Princip. & in c. priuilegium de reg. Iuris in 6.] & per hoc non sequitur consequentia, quod frater fuit aggregatus in sedili, ergo & alter frater gaudere debet [Ottalor. in 2.
30 par. 3. princ. cap. 8. nu. 5. & seq. & Pascal. in 4. par. cap. 2. nu. 69. de patr. potest.] Et sic fuit obseruatum in nostro sedili, verum sententia lata in fauorem vnius fratris consanguinei prodest alteri fratri consanguineo, si hi fratres sint nati ex eodem patre siue stipite, qui primus acquisiuit nobilitatem, & facit [l. ingenuum ff. de statu hominum] quia nobilitas est claritas maiorum, & æquè principaliter competit mihi, & meo patri [l. 3. ff.
31 de interdict. & releg.] & propter hoc si pater acquisiuit nobilitatem sedilis, competit omnibus filijs [Fab. de Anna conf. 17. nu. 3. & seq. vol. 1. & Reg. Valenz. conf. 92. num. 66. & 68.] & nec in dubio præsumitur quis descēdens primi aggregati, nisi specificè probet se esse descendentem ab eodem stipite qui fuit primus aggregatus [Bombin. conf. 71. in princ.] qui allegat [Bal. in l. 1 & in l. petitione C. de Aduocat. diuers. Iudic.] & sic pluries fuisse decisum testatur [Marchio de
32 Ponte in conf. 107. lib. 2.] quem refert, & sequitur [Pascal. loc. cit. num. 70. & Thorus in d. cōpend. in verbo Nobilis probans col. 2. fol. 357.] nec probatur descendentia alicuius per famam [Card. Paris. conf. 23. num. 238. & 241. & seq. vol. 1.] quem refert, & sequitur [Reg. Valenz. conf. 92. num. 140.] quæ regula non procedit in familia originaria antiqua, in qua non potest probari stipes, sed sufficit probare eandem esse familiam æquè nobilem, & quod ita fuerunt tēti, & reputati inter homines de eis notitiam habentes, & quod tenentur, tractantur, & reputātur communiter, & generaliter ab omnibus, & à tanto tempore quod de illius initio hominum memoria non existit, stipes itaque probabitur in familia per allectionem non antiqua, & originaria, cum de ea non possit probari, & ita censent [Thorus in d. compend. in verbo Nobilis aliquis col. 2. fol. 357. & Pascal. d. num. 70.] & neque poterit obtinere in reintegratione qui de-
33 ducit in articulis, & probationibus identitatem insignium, seu armorum, nam licet, vt diximus supra in euidentialibus, vbi tractatum est de signis nobilitatis, insignia arguant nobilitatem, non tamen arguent identitatem

fami-

familiæ, cum possit quilibet ad libitum sibi assumere insignia nobilium, cum aliqua tñ differentia vt nobilitas non denigretur, & veritas non obumbretur, sed in locis in quibus reperitur ordo distinctus, & numerus familiarum nobilium, & popularium, vt est in Ciuitate nostra tunc possunt omnes assumere insignia nobiliũ de sedili ad libitũ absq; differẽtia cũ nõ possint oriri præiudicia, & scandala, ex quo sunt ordines distincti, & distinctio ordinum non potest confundi ex identitate insignium, & armorum, nam alias si possent confundi, incideretur in pœnam falsi ex dictis [Annæ sing. 359. Castan. 1. par. 20. &
34 23. concl. & de Ponte de potest. proreg. in rubr. de insignis, & armis in princ. et nu. 3.]

Quinto quæro successiuè quid si quis velit probare nobilitatẽ non patritiam, idest eorum qui gaudent, sed generis tantum, nã vt diximus in præcedẽtibus quęstionibus fuit à nobis distincta duplex nobilitas, vna patritiorũ, alia non patritiorum, de probanda nobilitate patritiorum diximus in superiori quęstione, nunc successiuè sequitur, vt videamus de nobilitate non patritiorum, quam vocamus simpliciter nobilitatẽ generis, & probari potest hoc modo, qualiter is de cuius nobilitate agitur, per directã li-
35 neam descendit ex patre, auo, proauo, abauo, & tritauo, nobilibus habitis, tentis, & reputatis secundum vulgi opinionem, dixi ex directa linea, non autem indirecta, vt dicemus [in cap. 5.] dixi patrem, auum, &c. non autem maiores, & antecessores qui dicũtur vltra tritauum, parentes verò dicuntur vsque ad tritauum [l. Iurisconsultus §. parẽtes ff. de gradibus consang. & affinit.] dixi secundum vulgi opinionem cum illa tamen differentia, quam supra diximus item qualiter auus, proauus, abauus, & tritauus nobiles fuerunt, & semper pro talibus fuerunt tenti, & reputati inter homines de eis notitiam habentes faciendo, & exercẽdo mo-
36 res, status, & conditiones nobilium, & à tanto tempore, quod de illius initio hominum memoria in contrarium non existit, Item qualiter is, de cuius nobilitate agitur, adhuc de præsente pro nobili tenetur, tractatur, et reputatur communiter, et generaliter ab omnibus. Hanc articulandi formam posuerunt [Bonus de Curtil. in 6. par. num. 9. de nobil. Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 1090. num. ij. Marcell. Cala in glos. vnic. §. 2. num. 256. et seq. de modo artic. et probãd. et Gars. in glos. 7. nu. 22. et nu. 38 de nobil.] et quamquam nobilitas, et dignitas familiæ in antiquis probetur per famam, et maximè in loco, in quo non dignoscitur nobilis ab ignobili, qui nõ est nisi reputatione, et fama, quę

eo casu nobilitatē probat [Bon. de Curtil.loc.cit. nu.10. Couar. lib.1.variar. cap.16. num.10. et Garſ. d. nu.22.]

Poteſt etiam probari nobilitas plenè per verba enunciatiua priuilegiorum Regis, concurren
37 tibus matrimonijs cum nobilibus contractis, cum habitatione in loco, vbi habitant nobiles, ſeù quarterij [de Franch.deciſ.357.]

Poteſt etiam probari nobilitas per libros hiſtoricorum, et poetarum authēticorum, qui inter omnes peritos habentur pro authēticis [Alphan.in l.1.nu.132 et 136. cum ſeq. ff. ſi cert. petat. et Reg. Valenz. conſ.79. nu.32.] et ſic in dubijs iudicatur ſecundum eos [Surgens in c.12.nu.1. de Neap. Illuſt.] et dicuntur etiā libri authentici illi, qui ordinariè leguntur in ſtudijs, et ſcholis, et ſolent adduci eorum teſtimonia apud peritos, vt dicunt [Doctor. omnes poſt Bar.in d.l.1.ff. ſi cer.
38 petat.] et idem dicimus de alijs libris publicis ſcriptis per perſonas publicas, vt ſunt libri Archiuij publici, et Regiæ Cancellariæ, et aliæ ſcripturæ ſcriptæ per perſonas deputatas, nam fides dependet à publica authoritate in ſcripturis, vt dicit in [l.ad. monendi ff.de iur. iurand.] et vltimo, vt in hac materia [Garſ. loc. citat.num.38.] non probari nobilitatem per duos teſtes, ſed per tres, quem vide; quid autem ſit Archiuus vide [Napodan. in prohęm.Caroli in verbo ita ut ſi quis num.354.et ſeq. fol.18. in antiquis ſuper conſuetud. Neap.

Sextò quæro, an ſtatutum noſtrum requirens duas partes ex tribus præſentibus in ſedili debere concurrere in aggregando,
39 & reintegrando poſſit dici, quod non valeat tanquam contra ius commune, quod requirit maiorē partē [l.quod maior ff.ad municipal.& l.nulli, ff. quod cuiuſque Vniuerſitatis nomine, Viualdus in reſponſo fol.8. nu.6.& ſeq.lit. C.& de Franch. deciſ.2.nu.1.] & tanquam irrationabile, nam factum à maiori parte, cenſetur factum ab omnibus, & pro elucidatione præſentis quæſtionis eſt aduertēdum, quod ſtatutum noſtrum non eſt nouum, ſed quod fuit diſpoſitum in præſenti capitulo, eſt cōforme ordinationibus, & capitulis antiquitùs ſtatutis [per Sereniſſimum Ducem Calabriæ primogenitum Regis Alphonſi Vicarium Generalē Regis in anno 1472. ſub die 12. Nouembris fol. 25.] & confirmatis à Retro regibus, & poſtremò à [Carolo Quinto, & Philippo Secundo,] in quibus fiunt tales ordinationes, quorum tenorem hic exprimere libuit.

Capitoli, et ordinationi con le quali l'Vniuerſità, et huomini della Città di Coſenza, s'haurāno in futurum à reggere, e gouernare ſotto il felice dominio della

40 *la Maestà del Signor Rè, delli suoi heredi, e successori, fatti, concessi, ordinati, e publicati per l'Illustrissimo Signor Don Alfonso d'Aragona Duca di Calabria Regio Primogenito, e Vicario Generale per la Maestà prefata per lo buono, e quieto viuere loro.*

Item che detti cinquanta huomini con assistenza delli prefati non possano nè scriuere, nè fare, nè mandar in essecutione niuna cosa, che si tratta per interesse, o bisogno dell'Vniuersità, se non sarà prima la causa dell'Vniuersità ben discettata, e consultata frà loro, e che sia ben deliberata almeno per le due parti delli prefati, e ci sia vno Notaro stipendiato per l'Vniuersità, che hab-
41 *bia salario determinato, ouero sia franco delle collette, & pagamenti, il quale ogn'anno per detti Consiglieri s'habbia d'eligere diuerso, finche siano passati li tre anni, come s'è detto dell'altri officiali, e detto Notaro debbia fideliter scriuere le proposte, e cose che saranno introdutte in detti Consigli, e che si vegga, se con deliberatione, e voto delle due parti di detti Consiglieri, sub nu.7. fol.25. à ter.* & iterum *in nu.10. fol.26.*

Item che le gabelle non si vendano, o ingabellino à nessuno, se non saranno prima incantate in publico incanto, e che all'vltimo incanto, e liberatione di quelle
42 *ci siano presenti tutti li prefati cinquanta huomini, frà i quali siano li Sindici, Mastro giurato, e Rationali, & altri officiali prefati, & infrascritti, che almeno com'è detto le due parti di loro siano concordi al vendere di quelle.*

Ex quibus verbis clarè colligitur ab antiquo fuisse ordinatū, quod in omnibus conclusionibus faciendis per Ciuitatem nostrā nihil posse concludi, nisi in conclusione consentiant duæ partes ex tribus præsentibus, & si hoc generaliter fuit statutum respectu omnium conclusionum, tāto magis debuit statui circa aggregationem, & reintegrationem nobilium de sedili, cum materia nobilitatis reputetur ardua, ita vt in aggregando debeat procedi
43 cautè, prudenter, & maturè, non velo leuato, & perfunctoriè [Ottalor. in 4. par. princ. cap. 3. nu. 2. de nobil. & Rol. à Valle cons. 90. num. penult. & vlt. vol. 1.] & propterea debet seruari decretum, & forma prædicta tradita, vt debeant duæ partes consentire, & cum prædictum capitulum fuerit seruatum ab antiquo, & approbatum per omnes de Ciuitate, cum ita fuerit semper obseruatum, & præcipuè à nobilibus de sedili, nam dum Marius de Ponzo celeberrimus Iureconsultus pauperum Aduocatus, ac ab omnibus Doctor veritatis nun-

cupatus, fuisset propositus, an deberet admitti ad honores nobilium, & scribi in libro, propte-
44 rea, quod non fuit conclusum per duas partes, fuit exclusus ex eo, quia defecerunt ei duo suffragia nobilium ad numerum duarum partium, & tamen erat nobilis, tenebat foculare, substinebat omnia onera, & parētes eius contraxerunt matrimonium vti nobiles de sedili [Viuald. loc. cit. fol. 31. in lit. B. num. 52.] Vnde quod fuit seruatum ab omnibus nobilibus super aggregatione facienda non potest reuocari à maiori parte [Rom. cons. 352. num. 11. & 12.] affirmans quod tota Vniuersitas, vno contradicente nō potest procedere ad reuocationem, seù reintegrationē actus, nam maior pars Vniuersitatis non potest constituere cō-
45 tra id, quod prius concorditer ordinatū fuit ab omnibus [Crauetta cons. 132. nu. 8.] & sic quod interpretationem vnam habuit ab antiquo non potest aliam recipere, quia non est recedendum à practica consueta [Bald. in l. minimè ff. de legib.] & nec est variandum, aut mutandum [Garf. glos. 3. §. 8. num. 16.] & statutum in effectu nihil aliud est, nisi legitima ciuium conuentio [l. sed ad ea ff. de legib.] vnde verba statuti, ac pacti æqualiter interpretāda [l. legitimè ff. de pactis,] & valet argumentum de pacto ad statutum [glos. in l. non impossibile ff. de pact. Tiraquell. de iure primogen. 55. quæst. nu. 4.] Itaq; non procedit argumētum, quod maior pars debet consentire, & non duæ partes, nam illud intelligitur, quando non adest statu-
46 tum in contrarium, neque consuetudo, quę cū sit de lege positiua, potuit per aliam legem positiuam tolli, & neque obstat si dicatur, quod inferior non potest tollere legem superioris [l. nam magistratus ff. de arbitris,] imò præfectus prætorio nō potest facere legem contra ius commune [l. formam aliàs normam, C. de offic. præfect. prætor. c. quod super his de maior. & obed.] nam si esset in potestate Ciuitatis, & populorum facere statuta cōtra ius commune se eximerēt ab obseruantia iuris communis, & per consequens à iurisdictione superioris, quod est expresse contra iura dicētia, leges debere ab omnibus obseruari [l. 1. C. de summ. Trinit.] nam in hoc nostro statuto habemus authoritatem supe-
47 rioris, videlicet Regis, qui potest statuere contra ius commune, cū sit Monarcha in Regno non recognoscens superiorem, prætereà cōsuetudo potest induci contra ius commune de iure ciuili, vt dicunt omnes DD. [in l. de quibus ff. de legib.] & cum consuetudo pro lege accipiatur [c. consuetudo 1. dist.] legis habet vigorem, & alia est generalissima alia generalis, alia specialis, alia specia-

specialissima, generalissima ab omnibus alicuius sectæ, seu religionis seruatur, generalis qua tota Prouincia vtitur, specialis, quę in vna Ciuitate viget, specialissima, quę in vno speciali nego-
48 tio seruatur, vt est in casu nostro, secundum quam iudicatur, cui statur [Sebast. Medic. in par. 2 q. 12. nu. 2. de legib. & statut.] in qua consuetudine introducenda, si est præter ius, spatium decem annorum, si verò est contra ius spatium quadraginta annorum præscribitur de iure canonico, sed de iure ciuili requiritur tantum spatium decem annorum, [l. de quibus, vbi Ias. ff. de legib.] & cum in casu nostro non solum concurrerit spatium decem annorum, sed tempus immemoriale cum iusto titulo, seu confirma-
49 tione Regis, dubitare an sit ita seruandum vel ne, est nodum in scirpo quærere, vt dicitur [in prouerbio,] nec hic dubitandum est de consuetudine, nam ad consuetudinem inducendam sufficit vsus populi, frequentia actuum, tacitus consensus ipsius populi, consuetudinis rationabilitas, & legitima præscriptio [Bombin. in cons. 87. num. 7. Montanar. in pragm. 2. num. 235. & seq. de administr. Vniuers. & Capiblan. dicit in prag. 1. nu. 149. de Baron.] quod non requiritur pręscriptio, quãdo populus expressè statuit, vt quid pro consuetudine, vel sta-
50 tuto seruetur, nã cum habemus consensum populi, non est aliud curandum, nec est curanda frequentia actuum [Capiblan. ibid. num. 147.] nam ad inducendam consuetudinem testes nihil aliud probant, nisi actus sufficientes ad inducendum consensum populi, qui actus fuerunt facti animo inducendi consuetudinem, quia consuetudo, & statutum nihil differunt, nisi vt tacitum, & expressum, [vt DD. in d. l. de quibus,] in casu vero nostro habemus consensum expressissimum Regis, & Ciuitatis, quæ semper ita seruauit, nec apparet fuisse contrariũ obseruatum, & hæc sufficiant ad satisfaciendum rationibus adductis de iure. Nunc satisfaciendum est ijs qui dicunt hoc statutum, vel consuetudinem non esse
51 rationabilem, & primo dicimus tunc statutum non esse rationabile, quãdo diceret, quod minor pars posset aggregare, sed quãdo dicit de duabus partibus, tunc habent maiorem rationem, quã si esset maior pars, & hæc maior ratio deducitur hoc modo, nam Vniuersitas nihil aliud est, nisi multitudo hominum ad vnum versa, hinc deductum est nomen Vniuersitatis, & propterea quãto sunt plures concordantes, tãto magis habent formã Vniuersitatis, & dicetur factum ab Vniuersitate, idest à pluribus in vnũ versis, & videmus multoties fuisse aliquid conclusum per omnes, & vnius tantum contradictione

id quod cōclusum erat fuisse dissolutum [vt cap. Nicena 31. dist.] vbi dicitur non constituisse, afferunt obiectionem de qua fit mē-
52 tio in Synodo Nicena, quod omnes præsbyteri dimitterent vxores, quas acceperant ante consecrationem, & id ad vnius contradictionem non fuisse sancitum, verùm circa hoc factum docent Catholici scriptores scribentes contra Lutherum, primo incertam esse hanc historiam, secundo, vt patet ex [Socrate lib. 1. c. 8. & Sozomeno lib. 1. cap. 22.] Paphnucius ille solus restitit, tēpore consultationis, & discussionis, non autem post diffinitionē, vt patet ex eodem Niceno Concilio, canone enim tertio ordinatur, ne in domibus Sacerdotum sint vllæ fœminæ, preter matrem, sororem, vel amitam, & in [dicto cap. Nicena] Paphnucius, dicitur proculis. Vnde id quod dicitur factum à maiori parte, censeri factum à tota Vniuersitate non est verum, nisi ex benigniori intellectu, non autem ex stricto iure, nam secundum strictum ius Vniuersitas non habet formā suam, nisi omnes consentiant, & quanto maior pars Vniuersitatis consenserit, tāto maior ratio erit in facto, cum esse Vniuersitatis dependeat ex pluribus in vnum versis, & in multis actibus factis secundum veram rationem videmus requiri duarum partium cō-
53 sensum sicut in electione Summi Pontificis, in qua requiruntur duæ partes ex tribus [cap. licet in fin. de elect.] & non obstat, quod in electione Imperatoris debet adesse maior pars, quia hoc est deductum propter bullā auream [Caroli IV. Rom. Imperatoris] quam refert [Restaurus Castaldus quæst. 8. num. 21. vers. decimoseptimo in tractat. de Imperatore] in qua mandat electores, seù Nuncios Ciuitatis Franchfurt. non discedere, nisi prius maior pars elegerit caput tēporale populo Christiano, Regem scilicet Romanum in Imperium promouendum, quod si intra triginta dies à die iuramenti continuos non fecerint, sed distulerint panem manducēt, & aquā, nec ex ea exeant, nisi elegerint cum effectu, deinde [vers. decimo octauo] declarat electionem factam ibi per eos, vel maiorem partem eorum haberi, & reputa-
54 ri debere, ac si foret facta ab omnibus istis, nemine discrepante, & concorditer, & sic apparet hoc non esse secundum veritatem, sed secundum fictionem, vt habeatur pro facta ab omnibus ipsis, nemine discrepante, & cōcorditer, & nota ad verbum (concorditer) quòd dicitur ab vnione, & coniunctione cordium [l. reprehendēda C. de Inst. & subst. & glos. in clem. Rom. §. tamen in verbo concorditer de elect.] quæ firmat non dici concorditer factum, quod à maiori parte factū sit,

sit, etiam si vnus tantum discreparet [c.in causis, ibi Abb.Bald. Anchar.& alij de elect.]& vltra textum illum,qui videtur probare factum à maiori parte,& factũ concorditer poni vt diuersa est tex. [in l.suum §.hodie ff.de pact. & Dec.in l.aliud §. refertur ff.de regul.iuris, & sic habemus factũ
55 à maiori parte non esse idem,ac si esset factum ab Vniuersitate, sed haberi pro facto ab Vniuersitate per fictionem,seu benigniorem intellectum, & hæc materia potest etiam applicari ad explicationem [cap.8. infra] nam dicitur ibi, *quando saranno tutti d'accordo*, & sic potest distingui duplex concordia, vna vera quãdo nemo discrepat [Loffred.consil.51.nu.12.& d.cap.8.] & altera concordia duarum partium, quæ exigitur in text.nostro,& in electione Summi Pontificis, vel
56 maioris partis,& hæc concordia dicitur concordia ficta,& ita colligitur[ex Castaldo in quæst.11. num.3.de Imperat.& Dec. in d. §.refertur num.4.]

Et nec obstat [d. decis.2. Domini de Franchis,]quæ dicit fuisse decisum in S. C. pro Magnif. Camillo Villano, qui habuerat maiorem partem nobilis sedilis Montaneæ, quia illa decisio processit ex ratione congruitatis, quia turpis est pars,quæ suo non congruit vniuerso, & quia statutum erat à Rege Federico, quod quicquid statueretur à maiori parte executioni demandaretur, propterea quod in omni negotio
57 Vniuersitatis obseruatur, debet obseruari in materia nobilitatis, sed in nostro sedili cum omnia fiant,& cõcludantur per duas partes, per hoc ita etiam negotium nobilitatis debet concludi per duas partes, ne pars suo toti non congruat,& hanc rationem adducit [idem de Franchis] & tanto magis habet rationem nostrum statutum, quia licet in negotijs Vniuersitatum factum à maiori parte censeatur factum ab omnibus,hoc procedit in negotijs necessarijs,in quibus cum non pos-
58 sint omnes concordare, ne deseratur bonum publicum, debet fieri talis interpretatio, vt factũ à maiori parte habeatur pro facto ab omnibus, & hoc ratione benignioris sensus, sed in negotijs voluntarijs talis interpretatio non debet admitti [Reg.Loffredus d.cons.51.]

Nec obstat id,quod dicit[dicta decis.sub num.13.]quod munera Vniuersitatis non sunt honores, sed onera, nam nulli dubium, qđ esse Papam,Imperatorem,& Regem est honor maximus,& tamẽ
59 continet maximum onus,& cum quolibet honore est etiam annexum onus,vnde dato honore, dabitur onus [l.1.§. nec Castrense vers.sed an dignitatis, ff. de collat. bonor.] quã affert [Martin. Laudens. in quæst. 38.de dignit. et colligitur ex ipsamet [decis.

 nu.17.

num. 17. vbi dicitur lucra venire in consequentiam honorum.

Nec obstat necessariam esse aggregationem ad euitandam continuationem honorum, cum in dicto sedili Montaneæ, de quo tractabat ipsa decisio, adessent paucissimæ familiæ, & sic poterit habere locum illa ratio non
60 continuandi honores, sed in nostro casu cessat hæc ratio, quia adest magnus numerus Nobiliũ gaudentium, & consequenter cessat etiam ratio continuationis honorum, cum etiam expressè statutum sit in nostro statuto [infra in cap. 12.] vbi prohibetur continuatio honorum, nisi transactis tribus annis.

Nec obstat illa ratio [sub numer. 28.] quod frater fuit admissus, ergo & alter frater, nam illa ratio non potest habere locum in nostro statuto, vt diximus supra, cum oporteat probare de-
61 scendentiam à stipite primo acquirente nobilitatem.

Nec obstat illa ratio adducta [per dictam decisionem in d. numer. 29. & seq.] quod non valuit conuentio facta per illos de dicto sedili, vt in aggregatione requirerentur quatuor partes, nam in illo casu conuentio fuit facta, postquam sedile erat in esse productum, & maior pars de iuris dispositione poterit aggregare, & sic non licuit postea facere statutum, quod quatuor partes requirerentur, nec talem conuentionem confirmauit Rex, quia non fuit probatum eo tempore sic fuisse seruatum, vt confirmatio operaretur, & confirmatio erat facta in forma cõmuni, quæ
62 ius nõ tribuit, & erat probatum in processu in multis non esse seruatam illam conuentionem, sed in statuto nostro est contraria ratio, nam semper fuit seruatum, quod deberent concurrere duæ partes ex cõsuetudine immemoriali in hac materia nobilitatis, & capitula fuerunt ampliata etiã in actu reintegrationis, & ita semper fuit obseruatum, & patet in libro, in quo descriptæ sunt omnes familiæ, & etiam illæ, quæ fuerunt reintegratæ cum eadem solemnitate duarum partium concurrentium, nec talis obseruantia est mutanda [Valenz. consil. 79. num. 28. & 78. & Garf. in diuis. num. 56. de nobil.] vti Collegium Doctorum non potest
63 facere contra formam antiquitatis, [Arist. 7. Polit. cap. 12. & l. ambitiosa C. de decret. ab ordin. faciend.] quicquid dixerit [Loffredus in d. consil. 51. num. 12. circa fin.] Neque ordinationes nostræ fuerunt constitutæ ad instantiam nobilium, sed ordine Ducis Calabriæ præcipientis omnem actum gerendum ab Vniuersitate cum voto duarum partium, deinde in anno 1565. à Prorege & eius Collaterali Consilio hæc statuta fuerunt confirmata ad instantiam totius Ciuitatis [Vi-

ualdus

ualdus in responso fol.40.nu.62. in lit. B.] & patet [in rubr. ibi *per questa Città di Cosenza*.]

Nec obstat, quod confirmatio, ritus, & obseruantia intelligãtur de iustis, nam in casu nostro capitulum fuit concessum à Duce Calabriæ, & postea fuit confir-
64 matũ, & satis supra firmauimus rationabilitatem statuti, & etiam infra dicemus, & vt diximus hæc omnia habuerunt originẽ ab ordinationibus, & capitulis concessis ab ipso Duce, & licet hoc capitulum nostrum fuit remissũ Regiæ Audientiæ per hæc verba *prouederete come meglio vi parerà conueniente de giustitia*. Et sic ipsa Regia Audientia fuit Iudex delegatus in hoc capitulo tantum, & sic succedit decisio, [Bal.in l.more, & glos.ibi a Principe ff. de iurisd. omn. Iudic.] & post interpretationẽ decreti Regiæ Audientię adfuit continuata possessio, tum in aggregãdo, tum in reintegrando, quæ non ade-
65 rant in casu [dictæ decis. nu.31. & 33.]

Itaq; omnia dicta [in d.decis.] non obstant nobis, & nostrum capitulum fundatur maxima ratione, tum ex prædictis adductis, tum etiam, quia competens est, & bona diuisio per tria [Andr. in §.fin autem omnes num.9.in tit. de pace tenẽda,] & ex tribus, qđ duo concludant validum est [Vrsill. decis. 1.num.4. ad Afflict. & Losæus in 1.par.cap.2.num.57. de iure Vniuersitatis,] & in Iudi-
66 cibus habemus textum [in l.duo ex tribus ff.de re iudic.] in arbitris est text. [in l. item si §.fin.de recept. arbitr.] nec mirum quia duæ partes faciunt Vniuersitatẽ, [l.nominationum C.de Decurio. lib.10.] & ordo Decurionũ non constituitur, nisi à duabus partibus [l.3.ff. quod cuiusq; Vniuersitatis nomine,] & licet [glos.ibi in verbo duæ partes] mouet quęstionem, an debeant duæ partes concurrere, an sufficiat quod cõcurrat maior pars [l. quod maior ff.ad municip.] & adducat iura hinc inde, sub dit tamen, quod leges non aperiunt, vnde dicendũ est nostrum statutum potius esse
67 secundum ius, cum desideret ex tribus partibus duas, aut saltim præter ius, & vtroque casu potuit per Ciuitatem condi [de Franch. d.decis. nu.31.Card. Paris. cons. 99.num. 24. volum.1. Scaccia in tract. de Iudicijs par.1. cap. 62. num.14. Fab. de Anna cons. 94. nu.13.lib.2.Surd.cons.63.nu.27. vol.1.& Villab.lib. comm. lit.B. num.81.] et tanto magis cum sit vallatum regio assensu, qui confirmat actum licet nullum, cum videatur de nouo cõcedere [Afflict. in prohœm.Const. quæst.3. num.4.et de Franchis decis.185. num. 5.

68 Etsi in alijs actibus Vniuersitatis non tanti momenti requiruntur duæ partes ad concurrendum, tanto magis debet requiri

in aggregatione nobilium, nam
non debet nobilitas effici contẽ-
ptibilis, vel aſpernabilis, ac vilis,
raritas enim eſt, quæ omnia com
mendat, ſi quidem omnia pręcla-
ra rara, et rarum eſt omne, quod
magnum eſt [c. ſi officia in fi. 59.
diſtinct. et cap. legimus 93. di-
ſtinct.] et omne quod rarum eſt,
plus appetitur, et facit [cap. quã-
uis in princ. de pœnis diſt. 3. Ti-
raquel. in legibus connubialibus
in 15. lege nu. 69. incip. nec hoc
incommodum,] ex quo intelligi-
mus, falſos eſſe nobiles numero-
ſiſſimos, et verum titulum nobi-
litatis dedecorare, vilemque, et
contemptibilem efficere [Tor-
69 quatus Taſſus in libro *il forno della nobiltà*, fol. 18.] verum ſi
nobiles voluerint aggregare, de-
bent imitari Dominos Venetos,
qui potius voluerunt nobilitare
triginta familias populares, quã
nobiles alterius Ciuitatis, dixit
[Iuſtinopolitanus in dialog. no-
bilitat. in 2. lib. fol. 137.] et ratio
communis eſt, quod populares
præferũtur nobiliori alterius in-
ferioris Ciuitatis, et ſic debent
præferri in aggregatione [DD.
in l. 1. C. de Alex. Primat. lib. 11.
Gramm. in conſ. 26. in cauſa ma-
trimoniali, et Tiraquell. in c. 12.
in princip. de nobil.] Vnde ſicut
nobilitas cauſatur ex loco, quo-
niam Ciuis ex vrbe ſplendida
oriundus nobilis eſt [c. nos qui
40. diſtinct.] ita quilibet gloriari
poteſt eſſe Ciuem nobilis Ciui-
70 tatis, et teſtor ego, quod omnes
Calabri gloriantur eſſe nobiliſſi-
mæ Coſentiæ, et non ſine cauſa
melius eſt eſſe popularem noſtrę
Ciuitatis, quam nobilem eſſe
mediocris Ciuitatis dixit [Bald.
in l. 2. C. de Alex. primat. lib. ij.]
et ideò dicitur ciuis nobilis pro-
pter inclytam nobilitatem Ci-
uitatis [Cæpolla in d. tract. de
Imperat. milit. deligen. verſ. no-
bilitatis nu. 20.] at vero tu popu
laris non ſis, vt fuit Iulius Cæſar
cupidus admodum animi ambi-
tionis, et dominationis, qui ſerio
reſpondit, *Mallem hic primus eſſe, quam Romæ ſecundus*, Auctor
eſt [Plutarchus tum in eius vita,
tum in Rom. Apophthegmat.]

Nota tandem vnam rationa-
bilem cõſuetudinem, quod quo-
tieſcunq; agitur de aggregatio-
71 ne, ſeù reintegratione ad noſtrũ
ſedile ſeruata forma huius ſtatu-
ti debet prius ille aggregandus,
ſeù reintegrandus proponi in
parlamento particulari, antequã
proponatur, et terminetur in par
lamento generali, nam vt dicit
[Loſæus in 1. par. cap. 3. nu. 91. et
ſeq. de iure Vniuerſitatis] ſuper
rebus agendis per Vniuerſitatem
debet fieri diù propoſitio, et tra-
ctatus antequam aliquid delibe-
retur, et poſtea fiat decretum, et
ita ſeruatur in noſtro ſedili, nam
poſtquam fuit tractatum in par-
lamento particulari, an debeat
talis proponi facta deliberatio-
ne, et concluſione fit decretum,
quod

quod proponatur in parlamento generali.

Septimò quæro, an capitulum nostrum loquens de duabus partibus requisitis ad concurrendũ in quolibet actu cõcludendo habeat locum in actibus pijs, quæ
72 quæstio fuit in Ciuitate Pergami, in qua erat simile statutum, quod consilium illius Ciuitatis nihil poterat ordinare contra ipsum statutum, nisi fuissent concordes sex partes totius Consilij [Alberic. in tract. de statu. quæst.73.] dixit non procedere pro eleemosina facienda intuitu pietatis,& ita refert fuisse determinatum per Collegium Iudicũ Pergami, quod eleemosina valeret non obstante statuto, nam qui negat eleemosinã faciendã, negat Deum, & neque adimplet legem Dei [c.qui gerant 7. q.1. & c. qui eleemosinã 86. dist.] & in hoc actu pio est diuersa ratio, quæ est in alijs actibus, vnde dicimus in simili magna est ratio, quæ pro religione facit, & sic recedimus à generalitate statuti, [l. sunt personæ, ff. de religios. & sumpt.funer.] & ex causa pia receditur à regulis iuris communis
73 vt dicit [Tiraquell.in tract.de special. piæ causæ ad longum,] & tenemur nos de bonis temporalibus facere amicos, qui pro nobis intercedunt apud Deũ, vnde facit illud in Euangel. in quo Dominus laudauit villicum iniquitatis, quod bene fecisset distribuendo bona sui Domini,& Dominus noster Iesus Christus cõcludit deinde, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, nobis propterea significare volens, quod bona temporalia sunt nobis concessa à vero nostro Domino, qui est Deus, vt dispẽsentur in pios vsus, & per hoc dicitur [in d. cap.] facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis vos, recipiant in ęterna tabernacula, quasi velit dicere, bona temporalia esse vsu abutentium mammona iniquitatis,& propterea rectum vsum ipsorum bonorum esse, qđ distribuuntur pauperibus, & in
74 pios vsus, nam hoc modo facimus de eis nobis amicos, vt cùm defecerimus in morte, nos recipiant ad vitam æternam, & sic factum à maiori parte in hoc casu, dicitur factum à parte saniori sequente consilium Euangelicũ, cum in hoc casu faciamus vsurã cum Christo, cum quod misericorditer in hoc mundo tribuitur à Domino, multipliciter in perpetuum duraturum recipimus, [c.nõ suo 46. dist.] imò tenemur ex debito ad eleemosinam faciẽdam [c.pasce 86.dist.] & probatur ex ipsomet Euangelio, nam quod dictum fuit ibi parabolicè refertur ad veritatem,& sic dictũ ibi de Domino, præsupponit nos non esse Dominos rerum temporalium, sed administratores, & verum Dominum Deum velle, quod

quod ea diſtribuamus miſericor diter, & ſic in neceſſitatibus ne-
75 mo liberalis exiſtit [l.rem legatam, ff.de adimendis legatis.]

Octauò quæro, an in parlamēto Vniuerſitatis ſint neceſſario requirendi abſentes, ſi ſint pręſentes duę partes, tàm ſi fiat parlamentum generale, quàm particulare, & dicendum non requiri ſpecialem citationem abſentium, nec ipſos abſentes eſſe expectandos, nec infirmos, vel alitercunque impeditos, niſi in tribus caſibus, de quibus [per gloſ. in cap. præſentium de elect. in 6. Loffredus in conſ. 51. num. 17. verſ. & circa hæc, & Loſæus in 1.
76 par. cap. 13. num. 78. de iure Vniuerſitatis.]

Nonò quæro quid ſi nobilitas de ſedili eſſet coadunata ad faciendum parlamentum, & ibi eſſet aliquis, qui non gauderet honoribus ſedilis, & vellet omninò ipſi parlamento adeſſe, vtrum poſſit licitè expelli, & dicendum eſt, quod ſic, quia turbat nobilitatem in quaſi poſſeſſione Iuris, in qua reperitur, & habet locum id, quod dicitur, vim vi repellere licet [gloſ. & Bart. in l. 1. §. hoc interdicto num. 4 ff. de itinere actuque priuato, & Loſæus in d. cap. 13. nu. 81.] cum ad nobiles ſpectet, ne eius ſecreta extraneis pateant [Loffred. d. cōſ 51. n. 10.]

Decimo quæro quid ſi Notarius atteſtetur in aliquo actu nobiliū eſſe conuocatas duas partes ex
77 nobilibus, an probetur duas partes interueniſſe, & dicendum eſt præſumi pro Notario, niſi probetur contrarium [Rolan. à valle conſ. 90. nu. 7. vol. 1.] ſed quid ſi Notarius nihil dixerit, quod fuiſſent congregatæ duæ partes, & tunc dicendum, aut Notarius dixit tales nobiles legitimè congregatos, & tūc præſumitur omnia ſolemniter acta, quemadmodum in ſimili dicitur [in l. ſciendum, ff. de verb. oblig.] qđ ſi dicatur aliquē promiſiſſe, intelligatur omnia ſoléniter acta, cùm hæc ſolénitas dicatur intrinſeca nō extrinſeca, ſed ſi nō fuerit dictū tales legitimè cōgregatos, etiā intelligitur fuiſſe legitimè congregatos ex natura actus, & pręſumentur legitimi cōgregati ob temporis antiquitatem [Loſæus in 1. par. cap. 13. num. 80. & latè DD. qui videndi ſunt in d. l. ſciendum, ff. de verb. oblig.] qui latè tractant de ſolemnitate intrinſe-
78 ca, & extrinſeca an & quando præſumatur; & quæ ſit ſolemnitas intrinſeca, & extrinſeca; & ampliant, & limitant concluſionem multis modis; & propterea ſufficit remiſiſſe lectoré ad Doctor. ibi poſt [Bart. Alex. & Iaſ.] latè loquentes.

Vndecimo quæro ſi duæ partes
79 familiarum promiſerunt aggregare aliquem ad cœtum nobiliū præuio Albarano iuramēto vallato, imò ſub pœna infamiæ conſenſum præſtare etiam per ballottas

lottas secretas, an talis admittendus sit non obstantibus statutis nostris disponētibus, quod suffragia secretissimè præstētur, & liberè proferantur, vt infra [in cap. 5. & 7.] & dicendum est fuisse decisum in S.C. & confirmatum in Collaterali Consilio in causa circumspecti Secretarij Regni Andreæ de Salazar, vt refert [Anellus de Amato in consil 89. vol. 1.] quem citat [Thorus in d.Compend.in verbo electus ad aliquem col. 1. fol. 178.] quod dictus Andræas admittatur, sed hoc intelligendū est concurrentibus his, quod hi, qui firmant Albaranum, habeant ætatē maiorem annis vigintiquinque, seruata forma statuti nostri allegati [in cap. 5.] & demonstrare habeant potestatem concessam ab alijs nobilibus eiusdem familiæ, prout ordinat [cap. 2. infra] alias excludetur ab hac prætendentia, hi verò qui talia faciunt non merentur vocari nobiles, cū talia potius ob cupiditatem alicuius interesse præsentis non curantes de futuro in opprobrium nobilitatis eorum, & essent à sedili eijciendi, quia videntur vendere nobilitatem.

Duodecimo quæro quid si quis voluerit admitti ad honores nobilium gaudentium tanquam filius adoptiuus eius, qui fuit ad-
80 scriptus, & dicendum est, quod non, nam nobilitas generis dicitur quoddam ius sanguinis, & propterea vocauimus nobilitatē generis distinctum à nobilitate acquisita, & sic non potest causari ex adoptione [Bon.de Curt. in 4.par.num.28.& seq.de nobil. & Cassan.in 8.par.23.consid.Catal.glor.mundi,] & licet filius adoptiuus fiat nonnihil illustrior ex nobilitate parentum [Tiraq. in cap.15.num.6. de nobil.] non tamen potest prætendere, se admitti ad sedile tanquam filius, cū non dicatur verè filius, sed fictè, & statutum nostrum excludit fictionem, nā verba debent intelligi naturaliter, & non ciuiliter, [l. 3. §. hæc verba ff.de negotijs gestis,] vnde si statutum faciat mentionem de agnatis, non intelligitur de filia sororis, nec intelligitur de nepote concepto post emancipationem patris sui, quia ista non agnascitur auo, sed fingitur agnasci, [l.meminimus versic. ad suorum similitudinem, ff. de legitim.hæred.l.qui se patri in glos.hæreditate, C.vnde liberi,] & habemus regulam, quam tractat latè [Alexand. Raudens.in tract. de Analogis,] vbi latè tractat an statutum in casu vero habeat locum in casu ficto, & dicit, quod casus verus, & fictus non dicuntur vniuocè, sed analogicè, & se habent tāquam prius, & posterius, & sic dicuntur participa-
81 re diuersam naturam, nam analoga stant sub diuerso conceptu mentis, & sic nō potest dici, quod qui dicit de vno intelligatur di-

cere

cere de alio, cum non habeant eandem naturam æqualiter participatam, sed prius illa natura competat casui vero, & per posterius ficto, & sic non habet intentionem fundatam is, qui dicit se esse filium per adoptionem, quod statutum loquatur de ipso nam vbi est fictio, non adest veritas terminorum [d. §. hæc verba] nec obstat [lex 1. §. lex Falcidia, ff. ad l. Falcid.] quia ibi fictio nõ respicit veritatem, sed eius con-
82 firmationem, nam fictio postliminij, & legis Corneliæ tendunt ad confirmationem testamenti, ipsum autem testamentum de se verum est, & tanquam verum respicit legis statutum [Bald. in d. l. meminimus,] & ex eadem ratione, si statutum dicat, quod Consiliarij habeantur pro Neapolitanis, si hoc nomen significet originem est fictio, si autẽ dicat, quod habeãtur pro ciuibus, quia hoc potest dici de quocunq; quo ad ciuilitatem est veritas, & non fictio, nam fictio est in re certa contraria veritati, pro veritate assumptio [Bald. in l. vti possidetis C. de probat.] Vnde si moriẽs quis fecerit testamentum, in quo sibi instituit hæredem Marium dummodò nominet se, & eius descẽdẽtes de eadẽ familia testatoris, & portet arma, [Ludouicus Molina in cap. 14. num. 6. lib. 2. fol. mihi 310. in tract. de Hispan. Primogenijs,] hic hæres non debet gaudere ijsdem honoribus,
83 quibus gauisus fuit testator, qđ potuit fieri, quando non adsunt ij, qui sint eiusdem agnationis, & familiæ, quibus iure successorio debeantur nomen, & arma [Cassan. in 1. par. conclus. 46.] tenentur tamen hæres, & eius descendentes, quibus est iniunctũ onus de assumendo nomen, & arma domus adimplere voluntatẽ testatoris, si velint consequi commodum [l. facta §. si sub conditione vers. in damna ff. ad Trebell. Guid. Papa decis. 251. Boer. decis. 146 nu. 6. & latè per Thesaur. in decis. 270. per totam,] & sic in casu nostro, cum non possit quis assumi ad sedile, nisi per duas partes non poterit per fictionem introduci, quod quis assumatur ad sedile per vnam tantum personã,
84 quæ dicat, quod illum adoptauit in filium, & consequenter debeat admitti tanquã filius adoptiuus, nam illa filiatio est filiatio ficta, & non vera, & quando is fuit admissus ad honores, qui ipsum ad miserunt ad honores, admiserunt ipsos, & filios ipsius legitimos, & naturales, non autem filios adoptiuos, cum eos in mente non habuerint tanquam non verè filios, & consequenter non censeantur admissi, & hæc quæstio fuit de facto cum Claudio Spatafora fratre vterino Lucretiæ de Sancto Blasio meæ carissimæ genitricis, nam cum Capitaneus Aloysius Fillenus videret extinctam eius familiam, instituit hæredem ipsum

sum Claudium,& eius legitimos descendentes cum hoc onere, qđ se nom inarent de eadem familia testatoris,prout ad presēs Aloysius filius ipsius Claudij se nominat , dicebat per hoc ipse Claudius se habere duplicem vocem in nostro sedili vti vnus nobilis de familia Spataforæ,& vti alius
85 nobilis de familia Filleni,tamen propter rationes,vt supra adductas fuit conclusum in sedili, qđ habeat vnicā tm̄ vocē vti nobilis de familia Spatafore,& nō fuit ad missusvti nobilis de familia Filleni,& si aliter diceremus,sequeretē maximū absurdum,nam quilibet ignobilis instituēdo heredes igno biles cum supradicta cōditione, vel adoptando ignobiles nobiles faceret, & sic haberet potestatē similem Regi , cum non possit nisi Rex dare nobilitatē acquisitam,conferendo dignitatem , vt diximus supra [Castaldus q.68.
86 num.8. de Imperat.]& cum statutum nostrum dicat, quod non possit quis admitti,nisi ex cōsensu duarum partium , admitteretur ex consensu vnius personæ, & sic fieret fraus cętui nobilium, cum requiratur eorum consensus, vt diximus, & cum non possint statuentes naturalis rei mutare veritatē[Bal.in l.quæ fortuitis C.de pigno.act.]multo magis hoc poterit vna persona priuata, & tn̄ nos supra firmauimus,Principē non posse alicui dare nobilitatē naturalē,idest nobilitatē generis, prout est nobilitas nostra distincta à nobilitate acquisita, ergo maiori ratione non poterit hoc fieri per priuatā personam .

Decimotertio quæro quid si agatur de singulorum damno,& præiudicio,& in causis vbi verti-
87 tur maxima vtilitas Reipublicæ vt in venditione rerum ad Ciuitatem pertinentium , veluti pascuorum,glandium, spicarum, & similium,& in renunciatione demanij , vtrum in his requiratur consensus duarum partium , vel sint omnes requirendi , & dicendum, quod in talibus requiritur consensus omnium, & singulorū de Vniuersitate,& in actis,& in tractatu describenda sunt omniū nomina,& non fit ille actus ponderosus à regimine [Freccia de subfeud. auctor.46.nu.4.] in fin. Boer.decis.125.Fab.de Anna cōsil.55.nu.86.& seq.vol.1.]in Vrbibus verò,& in Vniuersitatibus populosis non procedunt allegata , sed sufficit quod administratores Reipublicæ , vel in parlamento generali decernant quod maior pars,vel duæ partes voluerint [Garf.in glos.3.§.2.nu.9.de nobil.] & notādum quod in pręiudicialibus regimen nihil potest agere sine parlamento generali,sed solum parua negotia potest explicare [Maranta conf.28. num.10.] & si Vniuersitas faceret aliquid ex magna necessitate æris alieni, vt se subleuaret, tūc debet attendi sanius, & vtilius consi-

cere de alio, cum non habeant eandem naturam æqualiter participatam, sed prius illa natura competat casui vero, & per posterius ficto, & sic non habet intentionem fundatam is, qui dicit se esse filium per adoptionem, quod statutum loquatur de ipso nam vbi est fictio, non adest veritas terminorum [d. §. hæc verba] nec obstat [lex 1. §. lex Falcidia, ff. ad l. Falcid.] quia ibi fictio nō respicit veritatem, sed eius con-
82 firmationem, nam fictio postliminij, & legis Corneliæ tendunt ad confirmationem testamenti, ipsum autem testamentum de se verum est, & tanquam verum respicit legis statutum [Bald. in d. l. meminimus,] & ex eadem ratione, si statutum dicat, quod Consiliarij habeantur pro Neapolitanis, si hoc nomen significet originem est fictio, si autē dicat, quod habeātur pro ciuibus, quia hoc potest dici de quocunq; quo ad ciuilitatem est veritas, & non fictio, nam fictio est in re certa contraria veritati, pro veritate assumptio [Bald. in l. vti possidetis C. de probat.] Vnde si moriēs quis fecerit testamentum, in quo sibi instituit hæredem Marium dummodò nominet se, & eius descendētes de eadē familia testatoris, & portet arma, [Ludouicus Molina in cap. 14. num. 6. lib. 2. fol. mihi 310. in tract. de Hispan. Primogenijs,] hic hæres non debet gaudere iisdem honoribus,
83 quibus gauisus fuit testator, q̄d potuit fieri, quando non adsunt ij, qui sint eiusdem agnationis, & familiæ, quibus iure successorio debeantur nomen, & arma [Cassan. in 1. par. conclus. 46.] tenentur tamen hæres, & eius descendentes, quibus est iniunctū onus de assumendo nomen, & arma domus adimplere voluntatē testatoris, si velint consequi commodum [l. facta §. si sub conditione vers. in damna ff. ad Trebell. Guid. Papa decis. 251. Boer. decis. 146 nu. 6. & latè per Thesaur. in decis. 270. per totam,] & sic in casu nostro, cum non possit quis assumi ad sedile, nisi per duas partes non poterit per fictionem introduci, quod quis assumatur ad sedile per vnam tantum personā,
84 quæ dicat, quod illum adoptauit in filium, & consequenter debeat admitti tanquā filius adoptiuus, nam illa filiatio est filiatio ficta, & non vera, & quando is fuit admissus ad honores, qui ipsum ad miserunt ad honores, admiserunt ipsos, & filios ipsius legitimos, & naturales, non autem filios adoptiuos, cum eos in mente non habuerint tanquam non verè filios, & consequenter non censeantur admissi, & hæc quæstio fuit de facto cum Claudio Spatafora fratre vterino Lucretiæ de Sancto Blasio meæ carissimæ genitricis, nam cum Capitaneus Aloysius Fillenus videret extinctam eius familiam, instituit hæredem ipsum

ſuum Claudium,& eius legitimos deſcendentes cum hoc onere, qđ ſe nominarent de eadem familia teſtatoris,prout ad preſēs Aloyſius filius ipſius Claudij ſe nominat, dicebat per hoc ipſe Claudius ſe habere duplicem vocem in noſtro ſedili vti vnus nobilis de familia Spataforæ,& vti alius
85 nobilis de familia Filleni,tamen propter rationes,vt ſupra adductas fuit concluſum in ſedili, qđ habeat vnicā tm̄ vocē vti nobilis de familia Spataforę,& nō fuit ad miſſus vti nobilis de familia Filleni,& ſi aliter diceremus,ſequeretur maximū abſurdum,nam quilibet ignobilis inſtituēdo hęredes ignobiles cum ſupradicta cōditione, vel adoptando ignobiles nobiles faceret, & ſic haberet poteſtatē ſimilem Regi, cum non poſſit niſi Rex dare nobilitatē acquiſitam,conferendo dignitatem, vt diximus ſupra [Caſtaldus q.68.
86 num.8. de Imperat.]& cum ſtatutum noſtrum dicat, quod non poſſit quis admitti,niſi ex cōſenſu duarum partium, admitteretur ex conſenſu vnius perſonæ, & ſic fieret fraus cętui nobilium, cum requiratur eorum conſenſus, vt diximus, & cum non poſſint ſtatuentes naturalis rei mutare veritatē[Bal.in l.quæ fortuitis C.de pigno.act.]multo magis hoc poterit vna perſona priuata, & tñ nos ſupra firmauimus,Principē non poſſe alicui dare nobilitatē naturalē,ideſt nobilitatē generis, prout eſt nobilitas noſtra diſtincta à nobilitate acquiſita, ergo maiori ratione non poterit hoc fieri per priuatā perſonam.

Decimotertio quæro quid ſi agatur de ſingulorum damno,& præiudicio,& in cauſis vbi verti-
87 tur maxima vtilitas Reipublicæ vt in venditione rerum ad Ciuitatem pertinentium, veluti paſcuorum,glandium, ſpicarum, & ſimilium,& in renunciatione demanij, vtrum in his requiratur conſenſus duarum partium, vel ſint omnes requirendi, & dicendum, quod in talibus requiritur conſenſus omnium, & ſingulorū de Vniuerſitate,& in actis,& in tractatu deſcribenda ſint omniū nomina,& non ſit ille actus ponderoſus à regimine [Freccia de ſubfeud. auctor.46.nu.4.] in fin. Boer.deciſ.125.Fab.de Anna cōſil.55.nu.86.& ſeq.vol.1.]in Vrbibus verò,& in Vniuerſitatibus populoſis non procedunt allegata, ſed ſufficit quod adminiſtratores Reipublicæ, vel in parlamento generali decernant quod maior pars,vel duæ partes voluerint [Garſ.in gloſ.3.§.2.nu.9.de nobil.] & notādum quod in pręiudicialibus regimen nihil poteſt agere ſine parlamento generali,ſed ſolum parua negotia poteſt explicare [Maranta conſ.28. num.10.] & ſi Vniuerſitas faceret aliquid ex magna neceſſitate æris alieni, vt ſe ſubleuaret, tūc debet attendi ſanius, & vtilius

conſi-

consilium, & liceret locare pa-
88 scua, & alia destinata pro Ciuibus, etiam aliquibus dissentientibus [arg. l. 1. C. de commu. ser. manumis. quod si secus esset, Vniuersitas non possit vendere, seù locare pascua, & alia destinata pro Ciuibus, dissentiente vno Ciue [de Franchis decis. 197.] item quod vno de Vniuersitate cōtradicente non possit confirmari officialis in eodem officio tractatum à nobis est infra in materia confirmationis [cap. 12. nu. 11. & 12.]

Decimoquarto quæro quo iure Ciuitas nostra Ciues alliciat, & vtrum hoc competat iure cōmuni, vel ex priuilegio, & quid dicendum de alijs Vniuersitatibus, pro cuius quæstionis elucidatione primo dico nos habere
89 in iure multos terminos, aliqui enim dicuntur Incolæ, alij Municipes, alij Ciues, Incola dicitur, qui in vno loco natus, in alium postea transfert suum domiciliū [l. ciues C. de Incolis lib. 10. & ibi DD.] Municipes dicūtur propriè muneris participes, licet abusiuè cuiusque Ciuitatis Ciues aliquando municipes appellētur nomine generali cōprehendente subse incolam, & Ciuem [l. 1. & toto tit. ff. ad municip.] sed propriè vt nunc nos loquimur distinguūtur municipes à Ciuibus, nā municipes sunt ij, qui cū domicilium non haberent, sunt tamen effecti muneris participes, vnde [Cic. scribit in orat. pro Cecinna] iure quiritium eundem duarum Ciuitatum ciuem esse potuisse, at Roma, & Romano agro abesse, quamdiù cuique libuit, & licuit dūmodò, aut p̄sens, aut ab-
90 sens censeretur, ne si census non esset, non esse censeretur numerus Ciuium Romanorū, & propterea Atticus, cum Athenis habitaret, Romam tamen sæpè, & ad comitiam amicorum, & ad censum Ciuium iuris retinendi gratia ventitauit, ex quo loco nō obscurè patet Ciuem quem non posse esse, nisi habeat ius comitiorum, & suffragiorum in aliqua Ciuitate, & [idem Cic.] dicit in Bruto eos, qui emunicipijs fuerunt quanquam Tribum, ac honorum petitionem sint adepti, tamen quia domicilio caruerunt non ingenuos Ciues Romanos, sed municipes, idest Ciuitate Romana donatos dicimus, ex quibus conclusiuè loquendo habemus distingui Ciuem à municipe, nam Ciuis facit domicilium cum censu, & comitijs in Ciuitate, municeps vero facit hoc ipso quod quis fuit effectus particeps muneris Ciuitatis etiā quod non habeat in ea domici-
91 lium, & ita domicilium verè, & per se distinguit Ciuem à municipe, & consequenter etiam si distinguit Ciuem à municipe constituit Ciuem in esse Ciuis, nam quæ sunt principia distinctiua, sunt principia etiam constitutiua,

ua,& sic videamus, quot sunt requisita ad hoc,vt aliquis dicatur verè domiciliũ habere in aliqua Ciuitate,& primo reperio,[Rouitum in pragm. 1. num. 9. de immunitate,]qui dicit,quod domicilium cõstituere,propriè est larem constituere, quod nõ potest constare,nisi ex animo,quod domicilium vno solo die constituitur si de voluntate apparet,secus vero si voluntas abest, etiam si per mille annos habitaret, nunquam constituitur domicilium latè per[Nouarium in quæst. 39. per totam sect. 2. de elect. & variat.fori,]qui affert multas decisiones manuscriptas ab integerrimo Regête Moles, vt per eum maximum autem signum animi in constituendo domicilio est, si quis vendiderit omnia bona,aut maiorem partem, quæ habebat in propria patria,& se transtulerit cum tota familia ad habitan-
92 dum in alio loco,ibique alia bona emat,& sic domicilium acquiritur per animum manendi in loco perpetuo, & in tantum requiritur habitatio per decenniũ ad finem acquirendi domiciliũ, si non habuerit animum reuertendi, aliàs nunquam acquiritur domicilium, qui animus cognoscitur ex coniecturis [Rouit. in d.loc. & Valenz. conf. 37. nu. 26. & conf. 55. nu. 37. & seq.] sic etiã non dicitur constituere domicilium officialis iurisdictionis missus in exilium, aut accedens ad locum animo studendi, etiam si ibi habitet mille annis, quia sẽper in eo præsumitur animus redeundi [Rouit. in d. pragmat.] nec sufficit sola possessio domus absque vxore, & familia, & ad hoc vt aliquis nuncupetur verus
93 Ciuis,& gaudeat priuilegijs Ciuitatis, seù originis,requiritur, quod in loco originis domiciliũ habeat, atque ibi maiorem partem bonorum collocauerit, & soluat omnia onera realia, & personalia, & faciat continuam habitationem, alioquin non poterat gaudere etiam si probetur ipsum,& maiores eius esse oriundos ex aliqua Ciuitate [Valenz. in d. conf. 37. num. 24.] dicitur autem quis continuò habitasse in aliquo loco posito, quod ex iuxta causa absens fuerit, si modo animum habuerit reuertendi [Valenz.d. consil. nu. 25.]& probatur animus reuertendi, si Pa-
94 ter in dicto loco filiũ reliquit, & filius patrem,& maritus vxorem [l.cum scimus §.sicut C. de agricol.& censit.lib. 10.]& ideò si ad aliquod beneficium, seù priuilegium consequendum requiritur habitatio in certo loco, habitatio patris prodest filio, & è cõtra [Paschal.in 4 par.cap. 10. nu. 21. de patr. potest.] & sic ex prædictis clarè habemus,quod cum quis transfert domicilium suum in aliquem locum verè, & non
95 fictè cum animo ibi perpetuò permanendi, tunc absque aliquo priui-

priuilegio efficitur verè Ciuis illius loci, ac si ibi natus esset. [Goffred. de Gaieta super rit. Regiæ Cameræ in rub. de mercator. qui faciunt se Ciues, vt non soluant dohanam; & Nouarius loco citato,] & hoc intelligitur ad hoc, vt gaudeat immunitatibus concessis Ciuibus talis loci, non autem, vt gaudeat iure suffragiorum, nã ad hoc vt gaudeat iure suffragiorum oportet recipi in Ciuitatem ad hunc effectum specialem, vt munerũ sit particeps, & hoc probatur ex distinctione, vt supra habita Ciuium, & municipum, [l. 1. in princ. ff. ad municipal.] in illis verbis ibi [vt munera nobiscum facerent, & ibi Bart. declarat num. 16.] vbi probat ex receptione propria Ciuitatem facere sibi municipes, & sic intelligendam esse [l. Ciues, C. de incolis lib. 10.] dum de allectione loquitur, & ibi [Luc. de Penn.] assumptionem exponens, quia nisi per Vniuersitatem Ciuitatis quis fuerit assumptus, idest receptus, vt esset Ciuis, & frueretur Ciuitatis priuilegijs dici non potest Ciuis [l. ædificia iuncta glos. in princ. ff. de verb. signific.] quam ad hoc ponderat [Bart. loc. cit.] & faciunt ea, quæ de Ciuitate acquirenda [Alberic.] plenè declarat in [rubr. nu. 2. ff. de muner. & honor.] vbi dicit quod etiã si longissimo tempore quis habitet in Ciuitate, & munera subeat nũquam tamen efficitur Ciuis, & declarat latè [Boer. decis. 260. præsuppono à nu. 13. & 17. cum sequent.] allegans text. celebrem [in l. Diuus, ff. de iure fisci] concludens vsque ad [num. 27.] tàm de iure, quàm de consuetudine non sufficere omnia opera veri Ciuis facere, vt muneribus Ciuitatis quis frui possit, nisi secundũ morem, & ritus Ciuitatis fuerit effectus muneris particeps, ex quibus tandem habemus ratione optima fuisse statutum in textu nostro ibi, *ancorche fusse numerato, e fatto Cittadino*, nam vt diximus Ciues differunt à municipibus, & sic etiam quod quis fuerit factus Ciuis, non tamen efficitur particeps munerum Ciuitatis, nisi fuerit assumptus ad munera, licet antiquitus originarij Ciues, qui vocantur à [Cicerone in Bruto] Ciues ingenui, idest verè nati Ciues ab antiquo ipso facto sint muneris participes, quia habent ius suffragiorum, quod ius consequuti fuere ex eo, quod fuerunt Ciues ingenui, idest nati ab antiqua origine in Ciuitate, & hæc dicta sint de iure nostræ Ciuitatis, quid verò dicendum in alijs locis potest constare ex prędictis, Neapoli autem vt reputentur, & tractẽtur Ciues, & gaudeãt immunitate Ciuium Neapolitanorum debent vxorem Neapolitanam ducere, & domũ emere, aut ædificare [pragm. 1. de immunit. Neapol. ibi Rouit.] & Nouarius loco citato.]

Margin numbers: 96 (beside "scum facerent"), 97 (beside "quam tamen efficitur"), 98 (beside "ficitur particeps").

Et

99 Et in Ciuitate nostra potest quis allici in Ciuem, vt gaudeat immunitate Ciuium à Regimine ipsius Ciuitatis,quod non solum est de iure communi,vt diximus, sed est etiam dispositum per[capitula Regis Alphonsi in anno 1475.fol.43.à terg.nu.12.]dummodò Ciues steterint per quindecim annos cum familia, & domicilio,ac cum obligatione permanendi prædicto tempore alias cogãtur soluere omne id,de quo vti Ciues fuerunt immunes, ad euitandum fraudes, quod priuilegium concordat cum iure, vt diximus, & tenent [Rubeus in consil.9.num.1. Eugen. consf.18. nu.62. & Nouar. loc.cit.nu.24.]
100 qui adduxit praxim Regię Cameræ super mercatoribus allatã [à Regente Moles,]quod tractẽtur vti Ciues [Ritus in Regia Camera sub rubr. de mercator. qui se fac. Ciues.]

Decimoquinto successiuè quęro, quot effectus resultent ex ciuilitate, quot etiam resultent ex domicilio, & vtrum idem est habere domicilium in aliquo loco, vel foculare, & quid differãt fo-
101 culare, & domicilium, quo ad primum,effectus ciuilitatis sunt habere iura ciuium,vnde videndũ est de iure Ciuium, in quo consistit,& ius Ciuium cõsistit in hoc, vt sit socius Ciuis omniũ Ciuiũ, nam cum Ciuitas sit quædam societas constituta ad finem bene viuendi in vtilitatem Ciuium, Ciuis est socius in hac societate, & consequẽter particeps omniũ bonorũ Vniuersitatis, sunt enim aliqua bona Vniuersitatis de quibus tractatur [in Instit. de rer. diuis.] & in his bonis dicitur Ciuis ius habere tanquam vnus de Vniuersitate, & alia bona sunt multiplicis generis,nam alia afferunt vtilitatem non solum in vniuersali, sed etiam in particulari, & tunc Ciuis non admittitur in testem in causa pro Vniuersitate, cum eiuscommodum ad singulos pertineat [Martinus Laudens. quæst. 102. de official. Loffredus consil.51.num.3. & 4. & Valenz.cons.4.num.54]secus si commodum pertineat ad Vniuersos,nam tunc possunt esse testes,vt dicunt supra allegati Doctores,huius generis est, vt dicatur vtilitatem afferre particularem ius pasculandi, lignandi, aquandi, & cætera similia, vnde Ciues nostri,& Casalium habent
102 Communitatem cum Ciuibus terrarum Rendæ,Mendicini,Sciliani, & Ciuitatis Martirani circa ius pascendi,aquandi,& vsum glandium vti Ciues illorum locorum, & proinde non soluunt gabellas, neque possunt fieri defensæ in locis determinatis, ex gratijs nobis concessis [à Rege Lodouico anno 1422. f.15.nu.7. à Rege Alphonso 1453. fol. 19. num.3.& à terg. nu.7.& Rege Ferdinando fol.47.à terg. nu.9.] deinde confirmatis [ab Imperatore

F tore

tore Carolo Quinto, & à Rege Philippo Secundo,] & nota omnes has seruitutes esse distinctas, vnde si quis ius pascendi habeat, non poterit aquare, siuè lignare,
103 & aquam sumere, sic fuisse decisum in S.C. refert [Rouit. in pragm. rubr. de pascuis num.9. & seq.] Et data promiscuitate seruitutis iuris pascendi non includitur vsus glandium, durante etiam communione potest per Vniuersitatem restringi vsus pascuorum, & fieri defensas in preiudicium habentium communitatem pascendi [Rouit. in loco citato num.13. & 19. & sic constat Ciuem habere ius in bonis Vniuersitatis tanquam vnus socius, nunc videamus de effectibus domicilij, sed primo sciendum vtrum sit idem foculare, & domicilium, pro quo primo di-
104 co, foculare dici vnam familiã, quę simul viuit, & licet plures sint personæ, vnum tamen cõstituunt foculare, veluti si pater habeat plures filios, & nepotes ex eis sub vno tecto viuentes, & nõ separatè vnum constituunt foculare, licet omnes lucrẽtur, & habeant peculia castrẽsia, vel quasi, secus si seorsum habitent, & tunc licet viuant de paterna substantia faciunt separatum foculare, quibus focularibus in Regno factæ fuerunt numerationes, & singulis quindecim annis renouantur dictæ numerationes, vt dicit [de Ponte de potest. Proreg. in titul. de regalibus imposition. Capiblan. in pragm.10.num.17. vsque ad 22. de Baron. & Petra ad Gram. decis.2.num.9.] Et focularia solui mandantur vbi Ciues, vel exteri habitant, ex dispositione [pragmaticæ editæ ab Excellentissimo Comite Lemensium sub die 26. Martij 1616. situatæ in tit. de Commissarijs prag.8. §. *E tenendo noi*] super cuius intellectu multa dubia orta fuere inter Vniuersitates, &
105 habitantes, ideo per suam Excellentiam fuit remissa hæc declaratio Regiæ Cameræ Summariæ, a qua fuit interpositum decretũ generale relatũ [à Thoro in d. compend. in verbo foculare col.2. fol.238.] & sic exteri per solutionem collectarum, & aliarum impositionum non acquirunt ciuilitatem, cum teneantur soluere, vbi habitant, & sic obtinui in Collaterali Consilio ad relationem circumspecti, & integerrimi Regentis Valenzuelæ, quã decis. retulit [Thor. in d. compend. in verbo exteri col.1. fol.202.] & incidenter aduertendum est, quod Princeps debet excomputare in solutionibus has personas à noua numeratione, & sunt videlicet milites ordina-
106 rij, immunes propter numerũ duodecim liberorum, viduæ solę absque filijs, personæ inhabiles, & pauperes miserrimi, Forenses qui non constituerunt domiciliũ in loco, & hæc focularia dicuntur

munera

munera ordinaria, sunt alia extraordinaria, quæ imponuntur ex consensu populi, vt donatiua pro quibus fiunt repartitiones solutionum per focularia, quia Reges nostri non possunt de iure Regnum nostrum onerare collectis, & alijs impositionibus, nisi in casibus à Papa Honorio declaratis, & à Regia Camera Sūmariæ registratis, [de Ponte in d.§.1.Capiblan.loc.citat.nu.22. & seq.& Conf.Georg.in repetit. feudal.cap.57.nu.15.] & sic patet, domicilium, & foculare differre in hoc, nam per domiciliū cōstituitur foculare, & sic domicilium est principium constitu-
107 tiuum focularis, & dicitur quis domicilium constituere, vt diximus, cum larem constituit, vt dicit [Rouit.in d.pragm.1.num.9.
108 circa med.de immunit.] Ego autem existimo idem esse larem constituere, & constituere foculare, nam id quod dicebant antiquitus lares, nos dicimus foculare, & sic constat de differentia focularis, & domicilij, quia foculare constituit domicilium, & sic differunt vt principium, & effectus, quibus statutis, videndum est, qui sint effectus domicilij, seù focularis, & dicendum ex domicilio, qnem effici subditum, & de territorio illius loci, in quo habet domicilium, & sic ibi forum sortiri [c.fin. de foro competen. & Iulius Clarus in praxi §. fin. quæst.39.vers. sortitur etiam, & specialiter Ciues Cosentini, & Ciues Casalium, ac habitantes in eis habent priuilegiū concessū [à Rege Federico anno 1496.
109 nu.10.fol.65.] quod nequeunt extrahi à foro Ciuitatis eiusdē ratione contractus, vel delicti, nō obstātibus quibusuis priuilegijs baronalibus, aut alterius Ciuitatis, meminit latè [Thorus in d. compend. in verbo Neapolitani Ciues col.1.fol.347.] Vnde quęritur, si fuerit citatus Ciuis Consentinus à Neapolitano vtrum possit declinare forum Magnæ Curiæ, & petere remissionem vigore nostri priuilegij, & hæc quæstio in simili in priuilegio Ciuitatis Capuæ est decisio [Vrsilli ad Afflict. in decis. 133. num. 8.] vbi dixit non posse allegare dictū priuilegium rationibus adductis, [per Vrsillum,] & ratio domicilij semper attenditur in persona-
110 libus, originis autem vel Ciuilitatis aliunde acquisitæ non sortitur quis forum nisi ibi reperiatur habens armarium, vel pergulam non tanquam viator text. est expressus [in l.hæres absens §. primo ibi durissimum, vbi Castrens.ff.de Iudicijs, & Cappella Tholosana, & ibi adden. decis. 103. DD.in c.1.de Iudicijs,] realia vero rem comitantur [l.Imperatores ff.de publicanis,] ideo Iurisconsultus in [l.quod legatur 38.in fin.ff.de Iudicijs] dicit, vbi in rem agitur, ibi peti debere, vbi res est, sed qm̄ nomine rei

tore Carolo Quinto, & à Rege Philippo Secundo,] & nota omnes has seruitutes esse distinctas, vnde si quis ius pascendi habeat, non poterit aquare, siuè lignare,
103 & aquam sumere, sic fuisse decisum in S.C. refert [Rouit. in pragm. rubr. de pascuis num. 9. & seq.] Et data promiscuitate seruitutis iuris pascendi non includitur vsus glandium, durante etiam communione potest per Vniuersitatem restringi vsus pascuorum, & fieri defensas in preiudicium habentium communitatem pascendi [Rouit. in loco citato num. 13. & 19. & sic constat Ciuem habere ius in bonis Vniuersitatis tanquam vnus socius, nunc videamus de effectibus domicilij, sed primo sciendum vtrum sit idem foculare, & domicilium, pro quo primo di-
104 co, foculare dici vnam familiã, quę simul viuit, & licet plures sint personæ, vnum tamen cõstituunt foculare, veluti si pater habeat plures filios, & nepotes ex eis sub vno tecto viuentes, & nõ separatè vnum constituunt foculare, licet omnes lucrẽtur, & habeant peculia castrẽsia, vel quasi, secus si seorsum habitent, & tunc licet viuant de paterna substantia faciunt separatum foculare, quibus focularibus in Regno factæ fuerunt numerationes, & singulis quindecim annis renouantur dictæ numerationes, vt dicit [de Ponte de potest. Proreg. in titul. de regalibus impositiõn. Capiblan. in pragm. 10. num. 17. vsque ad 22. de Baron. & Petra ad Gram. decis. 2. num. 9.] Et focularia solui mandantur vbi Ciues, vel exteri habitant, ex dispositione [pragmaticæ editæ ab Excellentissimo Comite Lemensium sub die 26. Martij 1616. situatæ in tit. de Commissarijs prag. 8. §. *E tenendo noi*] super cuius intellectu multa dubia orta fuere inter Vniuersitates, &
105 habitantes, ideo per suam Excellentiam fuit remissa hæc declaratio Regiæ Cameræ Summariæ, a qua fuit interpositum decretũ generale relatũ [à Thoro in d. compend. in verbo foculare col. 2. fol. 238.] & sic exteri per solutionem collectarum, & aliarum impositionum non acquirunt ciuilitatem, cum teneantur soluere, vbi habitant, & sic obtinui in Collaterali Consilio ad relationem circumspecti, & integerrimi Regentis Valenzuelæ, quã decis. retulit [Thor. in d. compend. in verbo exteri col. 1. fol. 202.] & incidenter aduertendum est, quod Princeps debet excomputare in solutionibus has personas à noua numeratione, & sunt videlicet milites ordina-
106 rij, immunes propter numerũ duodecim liberorum, viduæ solę absque filijs, personæ inhabiles, & pauperes miserrimi, Forenses qui non constituerunt domiciliũ in loco, & hæc focularia dicuntur

munera

munera ordinaria, sunt alia extraordinaria, quæ imponuntur ex consensu populi, vt donatiua pro quibus fiunt repartitiones solutionum per focularia, quia Reges nostri non possunt de iure Regnum nostrum onerare collectis, & alijs impositionibus, nisi in casibus à Papa Honorio declaratis, & à Regia Camera Sũmariæ registratis, [de Ponte in d.§.1.Capiblan.loc.citat.nu.22. & seq.& Cons.Georg.in repetit. feudal.cap.57.nu.15.] & sic patet, domicilium, & foculare differre in hoc, nam per domiciliũ cõstituitur foculare, & sic domicilium est principium constitu-
107 tiuum focularis, & dicitur quis domicilium constituere, vt diximus, cum larem constituit, vt dicit [Rouit.in d.pragm.1.num.9.
108 circa med.de immunit.] Ego autem existimo idem esse larem constituere, & constituere foculare, nam id quod dicebant antiquitus lares, nos dicimus foculare, & sic constat de differentia focularis, & domicilij, quia foculare constituit domicilium, & sic differunt vt principium, & effectus, quibus statutis, videndum est, qui sint effectus domicilij, seù focularis, & dicendum ex domicilio, qnem effici subditum, & de territorio illius loci, in quo habet domicilium, & sic ibi forum sortiri [c.fin. de foro competen. & Iulius Clarus in praxi §. fin. quæst.39.vers. sortitur etiam, & specialiter Ciues Cosentini, & Ciues Casalium, ac habitantes in eis habent priuilegiũ concessũ [à Rege Federico anno 1496.
109 nu.10.fol.65.] quod nequeunt extrahi à foro Ciuitatis eiusdẽ ratione contractus, vel delicti, nõ obstãtibus quibusuis priuilegijs baronalibus, aut alterius Ciuitatis, meminit latè [Thorus in d. compend. in verbo Neapolitani Ciues col.1.fol.347.] Vnde quęritur, si fuerit citatus Ciuis Consentinus à Neapolitano vtrum possit declinare forum Magnæ Curiæ, & petere remissionem vigore nostri priuilegij, & hæc quæstio in simili in priuilegio Ciuitatis Capuæ est decisio [Vrsilli ad Afflict. in decis. 133. num. 8.] vbi dixit non posse allegare dictũ priuilegium rationibus adductis [per Vrsillum,] & ratio domicilij semper attenditur in persona-
110 libus, originis autem vel Ciuilitatis aliunde acquisitæ non sortitur quis forum nisi ibi reperiatur habens armarium, vel pergulam non tanquam viator text. est expressus [in l.hæres absens §. primo ibi durissimum, vbi Castrens.ff.de Iudicijs, & Cappella Tholosana, & ibi adden. decis. 103. DD.in c.1.de Iudicijs,] realia vero rem comitantur [l.Imperatores ff.de publicanis,] ideo Iurisconsultus in [l.quod legatur 38.in fin.ff.de Iudicijs] dicit, vbi in rem agitur, ibi peti debere, vbi res est, sed qm̃ nomine rei

in personā aliquam, et hæ actiones diriguntur, ideo putant nostri DD. etiam in loco domicilij illus pro electione, & arbitratu petitoris proponi posse [glos. & DD. in l. vlt. C. vbi in rem actio,] Ciues nostræ Ciuitatis, & Casalium propter ciuilitatem habent multa priuilegia, inter quę est pri
111 uilegium, ne possint torqueri ex processu informatiuo, quod procedit etiam in habitantibus, vt per [priuilegium Phylippi II. concessum anno 1555. fol. 105. à ter. n. 4.] quod fuit obseruatum in causa de crimine nefando cōtra Rotilium Lupinazum de Casali Spezani parui anno 1569. à Regia Audientia Calabriæ pęnes Petrum Antonium Miceliū Regium Archiuarium ipsius Regiæ Audientiæ, & fuit ampliatū ad omnes Barones Regnicolas, licet nō sint Neapolitani, qui habent tale priuilegiū etiamsi sint exteri, dummodò habeant vassallos, & iurisdictionem in Regno,
112 [Rouit. in pragm. 1. de immunitate nu. 17.] & nota quod Iudex licet habeat largum, & quantumuis generale arbitrium, nō tamē poterit torquere, non præcedentibus legitimis inditijs [Alberic. lib. 2. statu. quæst. 3.] & non posse induci per consuetudinem, vt tortura inferatur ex processu informatiuo, dixit [Rouit. in prag. 1. num. 60. & seq. de bonis proditor.] & adducit [meritissimum Reg. Tappiam in cap. Regni 272 incip. si cū sceleratis nu. 7. & seq. in nouissima compilatione Iuris Regni, & l. milites, & ibi glos. C. de quæst.]

Decimo sexto quæro, an vxor plebeia gaudeat viri nobilis nobilitate, & immunitate, tàm vi-
113 uo, quàm mortuo marito, & dicendum est quod sic, ratio est, quia matrimonium diffinitur diuini, & humani iuris communicatio [l. aduersus C. de crimine expilatæ hæreditatis, & l. 1. ff. de ritu nuptiarum,] vbi nuptiæ diffiniuntur consortium vitæ, diuinę, & humanæ iuris communicatio, vnde si qua est mariti dignitas, si qua prærogatiua eius, statim fit vxor particeps, & quidem ipso iure [l. fœminæ ff. de Senator.] quod priuilegium licet à principio competat propter virū, postquam semel competit perpetuò durat [l. si post mortem §. fin. ff. de bonor. possess. contra tabulas,] & amplio procedere in vidua, vnde quotidie obseruatur ex generali consuetudine, quod nobilis dicitur Comes, & eius vxor eo mortuo dicitur Comitissa, & sic etiam mortua vxore Comitissa, eius vir dicitur Comes, [Tiraquell. in cap. 18. nu. 6. de nobil. & Garf. in glos. 1. §. 1. num. 45. de nobili.] & mulieres dignitate mariti honorari debent [l. mulieres C. de dignitat. lib. 12.] nam
114 corruscant mulieres ex radijs maritorum, cum sint vna, & eadē caro, [c. nec illud 13. quæst. 5.] &

vti

vti nobilis non tenetur mulier contribuere, vbi adest consuetudo, quod nobiles non cōtribuunt [Tiraquell.loc.cit.] & mulier vidua gaudet priuilegio fori, quo vir eius fruebatur latè disputat [Paschal.in par.4.cap.2. num.6. & seq. de patr. potest.] quia in ea gloria defuncti meritò relucet [Bald.in l.pignoris C.de pignor. action.] & est imago viri mortui [Tiraq. d. cap.num.5.] quod limitatur donec vidua retinet lectum vidualem, [Paschal.loc.cit. num.5.] Et ratio est euidentissima, nam mulieres laudandæ sunt in seruanda viduitate propter signum charitatis, vt scilicet osten dat vxor quantum amauerat virum, & [Virgilius] ad nostrum propositum refert duo carmina.

Ille mos primus, qui me sibi iunxit amores
Abstulit, ille habeat secum, seruetque sepulchro,

vel si transierit ad secunda vota incipit accipere iura mariti noui, nam matrimonium dat, & aufert mulieribus nobilibus gaudentibus priuilegium [Amendola ad decis.de Franch.363.nu.5.] vnde si mulier nobilis fuerit nupta viro ignobili, & nubit secundo viro nobili nobilitatem amissam recuperat, & nobilium priuilegijs gaudet [Guid. Papa de-
115 cis.349.& 380.] & proinde bona alienari prohib. ta extra nobiles de familia nō poterunt alienari mulieri nuptæ viro ignobili, nam licet mulier sit de familia patris [Alphan. in l.1. nu.13. ff. si cert. petat.] non tamen est amplius de nobilibus suæ familiæ, cum nobilitatē amiserit statim, ac nupsit viro ignobili [Amēdola d.decis.& Paschal.d.loc.numer.36.] & ante hos [Tiraquell. loc.citat. nu.18.] Vnde in nostra Patria est familia nobilis Maurellorum, quæ priùs antiquitus nominabatur de Casteleone, de cuius familia est doctissimus Curtius Maurellus V.I.D. vir maximi ingenij, & probitatis Patritius noster, ac meus consobrinus, quæ familia gaudet immunitate omnium gabellarum, tallearum, collectarum, & impositionum,
116 cum eorū descendentibus masculis, & fœminis, & seruatur, qđ filiæ gaudeāt eadem immunitate, si sint virgines, & viduæ ipsorum de dicta familia, secus si essent maritatæ, quoniam mutant statum, & sequuntur forum viri [Viuius in commun. opin. lib.1. opin.126.in antiquis,] & in foro viri sunt conueniendę [l.cum quædam puella ff.de iurisd.omn. Iudic.] & in foro viri subeūt onera realia, & personalia, nisi pro possessionibus, quas loco originis habeant, item quoad lucrum dotis inspicitur forum viri, & nō mulieris [Angel. in §. 1.num.1. Instit.de patr.potest.] & vxor efficitur Ciuis illius Ciuitatis cuius est maritus [Ias. in d.l.cum

quædam puella,] nam domiciliũ originis mutatur per matrimo-
117 nium [Amendola ad Franchis decis.416.& Reg.Valenz.cõs.55. num.39.]& vxor quoad quædam desinit esse Ciuis illius Ciuitatis, ex qua nata est, puta quoad omnia illa per quæ persona mulieris possit trahi, & separari à seruitijs viri,& ideo nõ potest trahi ad munera,honores, vel iudicia, licet quoad alia non mutet originem propriam [Aret. d. §.1. nu.11.] vtpotè statuto cauetur, quod forensis nullo modo possit acquirere,vxor licet sequatur forum viri, tamen retinet forum originis, in quo loco potest acquirere non obstante dicto statuto [Bald. & Alexan. in d.l.cum quædam puella]limito non procedere in sponsa per verba de futuro,quę non mutat forum,secus si per verba de prçsẽti[Aret. d.§.1. num.14.] Vnde statutum in vxore non trahitur ad sponsam,ex quo est argumentum, qđ licet maritus lucretur tertiam partem dotis vxoris, non tamen procedit in spõsa,per ea, quæ notantur [in l.solet §.quæ virum ff. de infam.] quod intelligendum est de sponsata per verba de futuro, in qua sine dubio nullum ius contrahitur,sed vbi verba, & cõ-
118 sensus matrimonialis interuenisset, licet nondum esset traducta ad domum mariti, ista dicetur propria vxor, & sic debet lucrari partem dotis [l. non fine C.de bonis quæ liberis, & Bald. in d.§.quæ virum,]hinc in nostra Ciuitate vxor lucratur antefatũ mariti statim sequuto osculo, non obstante quod sit desponsata per verba de futuro, & ita seruatur de consuetudine ad subterfugiẽdas lites,quod antephatum est taxatum, tàm in Ciuitate Neapolis, quã in toto Regno [per Pragmaticam editam ab Excellẽtissimo Duce Ossunæ iuniore sub die 30. Decẽbr.1617.] limito secundo non procedere in muliere, quæ esset inhonesta,vel meretrix, & luxuriosè viueret, nam ea amittit dignitatem viri, [Plotus in l.si quando num.361. C.vnde vi, Tiraquell. in cap.18. nu.13. & Viuius in comm. opin.
119 opin.293.lib.1.] nouissimè cõsilium dò omnibus mulieribus nobilibus nubentibus ignobilibus, quod se faciant nominare de familia sua, & non viri, licet hodiernis temporibus propter indigna, et vilia nobilium matrimonia videatur corruptus p sęculum flos nobilitatis, vt vix alicubi dici possit quem verè esse nobilẽ,faciũt latissimè not. p [Nouar. de elect. for.q.47.sect.j. et bene dixit Ægidius Columna in cap.12. et 13. par. 1.lib. 2. de regim. Princ.] quod priusquam ducant vxorem debent diligenter primo inquirere nobilitatẽ, multitudinem amicorum, idest consanguineorum, diuitias, pulchritudinem,magnitudinẽ, temperan-

perantiam,et amantem operositatem,ne vagetur à cogitationibus turpibus, propter tamen diuitias inter coniuges aliqua proportio reseruetur, tàm animæ, quàm corporis.

Decimoseptimò quęro,an existentibus diuersis statutis in diuersis locis, veluti vno statuto in loco vbi fuit contractum matrimonium, alio in loco viri, alio in loco mulieris,quod statutum erit seruandum, veluti adest statutũ Mutinæ quod mortua muliere in matrimonio perdat totam dotem, et Regij est statutũ quod perdat tantum dimidiam, et Mutinensis contraxit matrimonium cum quadam muliere Reginense, et contractus dotis celebratus fuit Mutinæ, in quo conuenit maritus restituere dotem in Ciuitate Regij, et dicendum seruari debere locum contractus,[l.si fundum,ff.de euict.] nõ autem locum solutionis,quia
120 fictè in loco solutionis videtur celebratus contractus, et nõ verè, [l.contraxisse ff. de action. et obligat.l. exigere ff. de Iudicijs, et Alberic. in tractat statut.in 2. par.q.9.]et sic Iudex cognoscens de causa debet seruare quo ad decisionem legem,uel consuetudinem loci contractus.

Erit igitur fortunatus, cui uera nobilitas contigerit, appello autem ueram nobilitatem illam,
121 cui Dei timor,et uirtus famulatur,nam si timor diuinus desit, uana, et inana dici potest.

Decimo octauo quęro,an quis quod habeat usum pascendi animalia in territorio possit pasci
122 ipsa animalia ad finem uendendi, et dicendum quod non, nam non esset usus,sed industria, quia natura vsus restringitur ad proprium vsum,et non ad finem vendendi,sicut Baro minimè potest affidare animalia exterorum in tanto numero, vt vsus vassalli restringatur, et sic solere obseruare Sacrum Regium Consilium in prouidendo refert [doctissimus Regius Consiliarius de Georgio in cap.40.num.36.in repetit. feudal.]

Et nota, quod usus pascendi oues in territorio Baronali importat etiam facultatem uen-
123 dendi lac, lanam, caseum, et fœta gregis [Io.Andr. de Georgio loc.cit. num.35.]

DE REGIMINE REIPVBLICÆ, &c.

Caput Secundum.

Appresso sarà necessario, che tutte le famiglie, le quali sono solite godere le dignità, & officij della Città insino ad hoggi si debbiano congregare fra loro, & eleggere vno di detta famiglia di età d'anni venticinque in sù, ch'a detta famiglia, & huomini di essa parerà più idonea, e sufficiente a poter gouernare concorrendo la maggior parte delle voce delli huomini di detta famiglia in vgual numero de voci ad eligere due persone di detta famiglia per detta elettione in tal caso li predetti due nominati si debbiano cauare in vna Bussula a sorte, e quello che vscirà di detta Bussula resti ad interuenire al detto gouerno di quell'Anno.

De ætate probanda, ac eligendo vnum de familia pro interuentu parlamenti generalis ab Auctore latè tractatur.

SVMMARIVM.

AEtas quomodo probetur num. 1. & 2.

Testes deponentes per dictionem, circa, non concludunt, nu. 3.

Quæ ætas requiritur in personis, quæ debent eligere vnum de eorum familia nu. 4. 5. & 6.

Iuuenes non sunt habiles ad regendum, nu. 7. 8.

In dubijs semper debere fieri interpretationem benigniorem, quæ intelligitur secundum id. quod melius est, nu. 9. & 10.

Correlatiuorum eadem est ratio, num. 11.

Intellectus minoris est subiectus multis fallacijs, nu. 12.

Quemadmodum in iudicijs non reputantur habiles minores, sic non debent reputari habiles in negotijs publicis, num. eodem, & seq.

Possunt admitti minores, quando maiores deficerent, aut esset cõsuetudo in contrarium, nu. 14. & seq.

Familiæ populares, vt plurimum effectæ nobiles ex priuilegio desiderant

siderant deleri à libro, in quo eorum patres fuerunt descripti, & adducitur exemplum, num. 15.

Pater minor ætate 25. annorũ, & habens filios habet vocem actiuam, & passiuam, et singuli anni per singulos liberos remittuntur, aut si esset Doctor iuris, nam æquiparatur maiori, nu. 16. in aliis vero casibus secus, ibidem.

Anni an numerentur tempore electionis, vel tempore administrationis, nu. 17. & seq.

1 PRo explicatione textus nostri primo quæro quomodo probetur ætas, & dicendũ posse directè probari per assertionem obstetricũ deponentium de tempore, quo natus est ille, de cuius ætate agitur, quæ fuerunt præsentes, & viderunt puerum exeuntem de vẽtre, potest etiam probari præsumptiuè per assertionem patrinorũ dicentium tali tempore illum leuasse de sacro fonte, & per assertionem matris dicentis tali tempore illum peperisse, Item per assertionem cõsanguineorum, per librum patris, & si pater viuat, debet iurare, si vero sit mortuus, mors habet vim iuramenti cum eius libro si contrarium nõ probetur, & paternus liber non sit suspectus, non dicetur autem suspectus, si contineat nomen nutricum, & illorum qui de sacro Baptismatis fonte infantem leuauerunt, vigore cuius libri fuit decisum in Sac.Consil.in causa Marcelli Buzzuti, qui fuit excusatus vti minor, & fuit annullata eius foriudicatio [Anna singular. 379.] Item per Instrumentum matrimonij, item per aspectum

2 Iudicis, item per librum foculariorum Regiæ Cameræ Summariæ, Item ex datione tutoris, vel curatoris, Item per designationẽ temporis, puta per ingressum, vel mortem Regis, Imperatoris, Pontificis, Archiepiscopi, vel Proregis, quia eo tempore fuit natus, Item ex libro Baptismi, vt per [pragm. Regni sub tit. de Parochis, & per Sacrum Concilium Tridentinum,] quæ iubet fieri tales libros Baptismi, & cõsequenter debet dari fides libris scriptis auctoritate publica, quas probationes omnes docent [Doctor. in l. natales C.de probat. Bart. in l. de ætate num.8. & seq. & l. minor ætas ff. de minor. Alex.consil.29.vol.7. Alciat. reg.2.præsumpt.24. de præsump. Card. Parisius noster Patritius consil.10.num.58. vol.2. Anna in dicto singul. & ibi eius Filius l. neque natales C. de probat. l. etiam ff.de probat. Bart. & Bald. in l.de tutela, C. de restit. in integr. quã refert, & sequitur Marcell. Cala in glos. vni. §.2. nu. 169. cum plurib. sequent. de modo articu-

ticulandi,& probandi, Petra ad decis.Grammat.48.nu.3.& seq. & citat Verall.decis.314.Anton. Cioff.consil.118.num.8. vol. secundo,Caldas in l. si curatorem num.35. C.de in integr.restitut. Caualcan.in tractat. de tutor. &
3 curat.nu.294.& seq.] Sed aduertendum,quod testes deponentes per dictionem,circa,non concludunt,quia illud verbum,circa,licet plus, vel minus secundum aliquos includat quinque, vel sex [Petra in d.decis.48. num.8.]

Secundò quæro cum statutum nostrum dicat homines de familia gaudentium debere congregari, & eligere vnum de ipsa familia ætatis vigintiquinque annorum magis idoneum, & sufficientem in gubernando,in qua
4 persona eligenda debet concurrere maior pars ipsorum de eadē familia, & si habuerint æquales voces,debeant poni in bussula ad iudiciū sortis,& is, cui sors tetigerit,debet interuenire parlamēto faciendo Kalēdas Maij, nec exprimat,cuius ætatis debet esse is,qui debet congregari pro electione facienda, quid dicendum, an debeat esse ætatis vigintiquinque annorum prout dicitur de eo, qui debet eligi, vel alterius ætatis, pro qua quæstione decidenda primo dico, leges secundum varia officia varia genera ætatum requirere, nam
5 alia sunt munera,in quibus nòn vertitur aliqua administratio,ad quam etiam pupillus habilis videtur, & experiētia docuit filios regum fieri milites,& in Ecclesia Cathedrali videmus pupillos habere Canonicatum,licet vocem dare non possint [c.ex eo de electio.in 6.]& neq; de contemptu possunt agere, cum discretione careāt,vnde[Seneca in Epist.37. ad Lucill.]ait, Si vis tibi omnia subijcere: te subijcias rationi,& videas [Diuum Augustinū in 33. q.6.] dicentem rationem vincēdum, quos allegauit[glosa in dicto cap.ex eo,] quod si esset officium requirens administrationem, tunc deberet esse ætatis vigintiquinque annorum [l. fęmi-
6 næ §.item impuberes, & ibi Decius num.5. ff. de reg. iuris,] sed in nostro statuto dicitur debere eligi maiorem vigintiquinque annis ex verbis *d'età d'anni ventitinque in sù*,[& infra in cap.5.] & consequenter concordat cum iure communi dixit [Napodanus] omnino videndus in [glos. Consuetud. Neap. in prohęmio Caroli num.282.] ibi quandoq; à vigintiquinque annis in antea, vt in suffragio Reipublicæ, & [Castaldus in tract. de Imperat. quæst.73. num.14.] & licet de iure Regni ætas perfecta maiorum dicatur post decimum octauum annum,vt per [Constit. Regni minorum iura] potuit tamē per statutum nostrum augeri tēpus hoc legitimæ ætatis, & redigi ad ius commune, sicut etiam potest

poteſt minui [Bald.in tract.Statutorũ in verbo ſtatuere nu.12. Dec.in cap. ex parte ſub num.9. de appellat. & Caualcan. in tractat. de tutor. & curat. num.7.]
7 & ſemper rationabilior erit ratio, quæ requirit maiorem ætatem, nam eſt præſumptio violēta contra iuuenes, cum non nouerint gubernare ſe ipſos[arg.c. indecorum de ętate,& qualitat.] & ideo ſcriptum eſt, nemo iuuenes eligit Duces,quia conſtat eſſe eos non prudentes, vnde [Salamon] dicebat [Prouerb.c.30.] tria ſibi difficilia,& quartum pęnitus ignorare,viam viri in adoleſcētia ſua,&[Prouerb.cap.22.] ſtultitia colligata eſt in corde pueri, & ideo Altiſſimus comminando peruerſis dicebat[Iſaię cap.3. in princip.] & dabo pueros Principes eorum; & [Eccleſiaſt.] clamabat dolens [cap. 10.
8 in princ.] Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis eſt ſecundum Iudicem populi, & miniſtri eius; & qualis rector eſt Ciuitatis, tales, & inhabitantes in ea, & Sapientia in canitie conſiſtit, & in ſenibus, vnde ab ipſis maiores noſtri appellati ſunt, & Pius Imperator in publicis vtilitatibus reprobauit imbecillis admodum ætatis homines [l.ſemper §. penult.ff.de iure immunitat.] vnde eſt,quod dicitur plus valere vmbram ſenis,quam gladium iuuenis [Bal.in cap.1.de renunciat.] hinc bos vetus firmius figit pedē
9 [Diuus Hieronymus in epiſt. ad Auguſtinum 1.par.c.109.] & cū minores vigintiquinq; annis nō habeant ſuffragium in Republica [l.ad Rempublicam ff.de muner. & honor.] videtur mihi dicendum rationabilius eſſe, & ſecundum ius,quod is etiam, qui debet dare vocē in eligendo vnū ex eadem familia, debeat eſſe vigintiquinq; annorum, quia ſem-
10 per in dubijs debemus eligere benigniorem intellectum [l. benignius,ff.de legibus] benignior autem intellectus eſt is, qui habet maiorem bonitatem rationis,nam benignum dicitur,quod eſt bonum,& benignius id, quod melius eſt, & ſic cum ex ſupradictis habeamus melius eſſe Rempublicam regi per maiorem, quam per minorem,dicendum eſt debere admitti tantum maiorem, & non minorem, & nec obſtat, quod quis poſſit contrarium adducere,dicēdo,quod nos non loquimur in adminiſtrante Rempublicam, ſed in eligenda perſona, quæ debeat interuenire in parlamento generali, vt diximus,nam facilis eſt reſponſio,licet non loquamur, niſi in eligenda perſona,tamen caſus eſt eiuſdem rationis, quia dicitur generaliter in officijs Reipublicæ nō poſſe interuenire, niſi maiorem vigintiquinque annis, vt firmauimus ſupra, ſed nulli dubium hoc officium eligendi eſſe officiū publi-

ticulandi, & probandi, Petra ad decis. Grammat. 48. nu. 3. & seq. & citat Verall. decis. 314. Anton. Cioff. consil. 118. num. 8. vol. secundo, Caldas in l. si curatorem num. 35. C. de in integr. restitut. Caualcan. in tractat. de tutor. & curat. nu. 294. & seq.]

3 Sed aduertendum, quod testes deponentes per dictionem, circa, non concludunt, quia illud verbum, circa, licet plus, vel minus secundum aliquos includat quinque, vel sex [Petra in d. decis. 48. num. 8.]

Secundò quæro cum statutum nostrum dicat homines de familia gaudentium debere congregari, & eligere vnum de ipsa familia ætatis vigintiquinque annorum magis idoneum, & sufficientem in gubernando, in qua

4 persona eligenda debet concurrere maior pars ipsorum de eadẽ familia, & si habuerint æquales voces, debeant poni in bussula ad iudiciũ sortis, & is, cui sors tetigerit, debet interuenire parlamẽto faciendo Kalẽdas Maij, nec exprimat, cuius ætatis debet esse is, qui debet congregari pro electione facienda, quid dicendum, an debeat esse ætatis vigintiquinque annorum prout dicitur de eo, qui debet eligi, vel alterius ætatis, pro qua quæstione decidenda primo dico, leges secundum varia officia varia genera ætatum requirere, nam

5 alia sunt munera, in quibus non vertitur aliqua administratio, ad quam etiam pupillus habilis videtur, & experiẽtia docuit filios regum fieri milites, & in Ecclesia Cathedrali videmus pupillos habere Canonicatum, licet vocem dare non possint [c. ex eo de electio. in 6.] & neq; de contemptu possunt agere, cum discretione careãt, vnde [Seneca in Epist. 37. ad Lucill.] ait, Si vis tibi omnia subijcere: te subijcias rationi, & videas [Diuum Augustinũ in 33. q. 6.] dicentem rationem vincẽdum, quos allegauit [glosa in dicto cap. ex eo,] quod si esset officium requirens administrationem, tunc deberet esse ætatis vigintiquinque annorum [l. fęminæ §. item impuberes, & ibi Decius num. 5. ff. de reg. iuris,]

6 sed in nostro statuto dicitur debere eligi maiorem vigintiquinque annis ex verbis *d'età d'anni ventitinque in sù*, [& infra in cap. 5.] & consequenter concordat cum iure communi dixit [Napodanus] omnino videndus in [glos. Consuetud. Neap. in prohęmio Caroli num. 282.] ibi quandoq; à vigintiquinque annis in antea, vt in suffragio Reipublicæ, & [Castaldus in tract. de Imperat. quæst. 73. num. 14.] & licet de iure Regni ætas perfecta maiorum dicatur post decimum octauum annum, vt per [Constit. Regni minorum iura] potuit tamẽ per statutum nostrum augeri tẽpus hoc legitimæ ætatis, & redigi ad ius commune, sicut etiam

potest

potest minui [Bald. in tract. Statutorũ in verbo statuere nu. 12. Dec. in cap. ex parte sub num. 9. de appellat. & Caualcan. in tract. de tutor. & curat. num. 7.]
7 & semper rationabilior erit ratio, quæ requirit maiorem ætatem, nam est præsumptio violẽta contra iuuenes, cum non nouerint gubernare se ipsos [arg. c. indecorum de ętate, & qualitat.] & ideo scriptum est, nemo iuuenes eligit Duces, quia constat esse eos non prudentes, vnde [Salamon] dicebat [Prouerb. c. 30.] tria sibi difficilia, & quartum pęnitus ignorare, viam viri in adolescẽtia sua, & [Prouerb. cap. 22.] stultitia colligata est in corde pueri, & ideo Altissimus comminando peruersis dicebat [Isaię cap. 3. in princip.] & dabo pueros Principes eorum; & [Ecclesiast.] clamabat dolens [cap. 10.
8 in princ.] Iudex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis est secundum Iudicem populi, & ministri eius; & qualis rector est Ciuitatis, tales, & inhabitantes in ea, & Sapientia in canitie consistit, & in senibus, vnde ab ipsis maiores nostri appellati sunt, & Pius Imperator in publicis vtilitatibus reprobauit imbecillis admodum ætatis homines [l. semper §. penult. ff. de iure immunitat.] vnde est, quod dicitur plus valere vmbram senis, quam gladium iuuenis [Bal. in cap. 1. de renunciat.] hinc bos vetus firmius figit pedẽ
9 [Diuus Hieronymus in epist. ad Augustinum 1. par. c. 109.] & cũ minores vigintiquinq; annis nõ habeant suffragium in Republica [l. ad Rempublicam ff. de muner. & honor.] videtur mihi dicendum rationabilius esse, & secundum ius, quod is etiam, qui debet dare vocẽ in eligendo vnũ ex eadem familia, debeat esse vigintiquinq; annorum, quia sem-
10 per in dubijs debemus eligere benigniorem intellectum [l. benignius, ff. de legibus] benignior autem intellectus est is, qui habet maiorem bonitatem rationis, nam benignum dicitur, quod est bonum, & benignius id, quod melius est, & sic cum ex supradictis habeamus melius esse Rempublicam regi per maiorem, quam per minorem, dicendum est debere admitti tantum maiorem, & non minorem, & nec obstat, quod quis possit contrarium adducere, dicẽdo, quod nos non loquimur in administrante Rempublicam, sed in eligenda persona, quæ debeat interuenire in parlamento generali, vt diximus, nam facilis est responsio, licet non loquamur, nisi in eligenda persona, tamen casus est eiusdem rationis, quia dicitur generaliter in officijs Reipublicæ nõ posse interuenire, nisi maiorem vigintiquinque annis, vt firmauimus supra, sed nulli dubium hoc officium eligendi esse officiũ publi-

publicum, & sic requirere ætatē requisitam in publicis, præterea
11 correlatiuorum idem debet esse iudiciū, sed eligere, & eligi sunt correlatiua, ergo si quis non potest eligi, dum est minor 25. annis, ergo non potest eligere, & ita colligitur ex doctrina [Io. Baptistæ de Sancto Blasio in tract. correlatiuorū.] Porrò licet minor dicatur habere intellectū, tñ eius intellectus, non reputatur
12 omninò perfectus, sed talis qui est subiectus multis fallacijs, & insidijs, & propterea lex minori concessit beneficium restitutionis in integrum, tanquam tali personæ, quæ indiget auxilio alterius, & subiecta insidijs, & fallacijs, vt [l. 1. ff. de minor.] & in Iudicijs, in quibus solent fieri multę captiones ipsi minores nō admittuntur, & indigent omninò curatore, etiam inuiti [Instit. de curator. in princ.] etsi hoc est in iudicijs, tanto magis debet esse in publicis negotijs, in quibus minores tanquam non exercitati, neque experientiam habentes de personis faciliter remanent decepti, & sic non debet in præiudicium Reipublicæ admitti, quod possit eligere, qui est minor vigintiquinque annis, & sic omninò crederem esse dicēdum debere esse eum qui eligit ætatis
13 vigintiquinque annorum, vidi tamen pluries fuisse admissos ad eligendum eos, qui erant ætatis tātum quatuordecim annorum, & sic fuisse sæpius practicatum in nostro sedili, sed tamen, vt dixi, non sine bona ratione, posset tamen dici, quando maiores vigintiquinque annis idonei deficiunt posse admitti minores [gl. in l. 1. in verbo vrgentibus C. qui et aduersus quos in integ. restit. non poss. & Paschal. in 4. par. c. 4. num. 5. de patr. potest.] etiā possunt admitti minores ad vocem actiuam, & passiuam, aut si esset
14 consuetudo in contrarium, ne impediatur parlamentum generale [l. 2. & ibi glos. C. qui ætate, vel profess. se excus. lib. 10. & Castaldus in d. quæst. num. 4. 22. & 27.] & sic vidi obseruari in parlamēto generali Ciuium popularium, ad quod fuerunt admissi minores vigintiquinq; annis, nā licet sint familiæ adscriptæ in libro in maximo numero, tamen pudet eos interuenire, fortè, quia sunt effecti diuites, aut nobiles ex priuilegio, siuè exempti, quinimò desiderant deleri à libro, in quo fuerūt descripti eorū patres, qui prius diù desidera-
15 uerunt, quos dico ingratos, & ignaros, exēpli P. Helij Pertinacis vilissimè nati ex patre artifta, qui sua virtute ascendit ad Romanum Imperium, & in memoria eius originis iussit apothecam marmoream patris cōstrui, cum extimaret magis esse nobilem ostendendo vilitatē eius patris, quam si foret nobilis natus, vt refert [Iustinopolitanus in dialog.

dialog.nobilit.lib.1.fol.32.] vbi enumerat multa alia exēpla sci-
16 tu digna,posset etiam dici non ꝓcedere in minore vigintiquinq; annis filios habente, nam singuli anni per singulos liberos remittuntur,faciunt dicta per [Pascal. in d.c.4.nu.4.et 5.et l.2.ff.de minor.]ibi vt singuli anni per singulos liberos remittantur,sic etiā dicendū est de Doctoribus,quod debent admitti,etiā quod essent minores, vti approbati à Collegio,pro quorū prudentia præsumitur, [argum.decis.Ricc.222. par.1.num.10.& seqq] in alijs verò casibus minores nullo modo possunt interuenire,aut creari Sindici, seù officiales de regimine, et si fuerint creati vti inhabiles non debent exercere, [Castaldus in dicta quæstione num.4.et 22.]

Tertio quæro vtrum debeant numerari anni tempore quo quis eligitur,vel tempore quo debeat
17 administrari,veluti quis quando eligitur erit minor vigintiquinq; annis,sed tamen quando administrat,vel quādo interuenit in parlamēto generali reperitur vigintiquinq; annorū,an debeat attendi tempus administrationis , vel electionis,& in hoc reperio similē quæstionem factā de bussula, quæ etiā poterat procedere priscis tēporib. in nostro sedili, vbi obseruabatur bussula,vt ad præsens sedile Nidi obseruat, vnde DD.dicunt,qđ si quis est inhabilis tēpore bussulationis , habilis verò tēpore, quo debet extrahi à bussula , nō poterit repelli ab ad-
18 ministratione, idcircò tempore bussulationis bussulandi sunt habiles, et inhabiles reseruata exceptione inhabilitatis ad tēpus extractionis à bussula,secus vero si in aliquo statuto prohibetur bussulari inhabilis, quia tunc requiritur habilitas tēpore bussulationis [Consiliar. Rouitus in pragm.5.nu.31.de administrat. Vniuers.et Intrigl.sing.80.lib.j.] et sic esset dicēdū in casu nostro, quod cū statutum nostrum dicat non posse eligi minorem vigintiquinq; annis, consequenter etiā quod tēpore administrationis esset maior, non potest eligi, quia statutū dicit, qđ tēpore electionis debet esse maior, ex verbis *si debbiano congregare frà loro, & eligere vno di detta famiglia d'età d'anni venticinque in sù*, et ex his ergo clarissimè patet statutum nostrum numerare annos vigintiquinque annorum tēpore electionis, et non sufficere habere ipsos annos tempore administrationis, prout loquuntur iura,et Doctores supra à me allegati,et hanc esse verissimam doctrinam,corroboraui, quicquid aliter sensissent Doctores, qui nō loquuti fuerunt malè, sed secundum auctoritatem in principio nostræ quæstionis.

DE

dialog.nobilit.lib.1.fol.32.] vbi enumerat multa alia exẽpla sci-
16 tu digna,posset etiam dici non ꝓcedere in minore vigintiquinq; annis filios habente, nam singuli anni per singulos liberos remittuntur,faciunt dicta per [Pascal. in d.c.4.nu.4.et 5.et l.2.ff.de minor.]ibi vt singuli anni per singulos liberos remittantur,sic etiã dicendũ est de Doctoribus,quod debent admitti,etiã quod essent minores, vti approbati à Collegio,pro quorũ prudentia præsumitur, [argum.decis.Ricc.222. par.1.num.10.& seqq] in alijs verò casibus minores nullo modo possunt interuenire,aut creari Sindici, seù officiales de regimine, et si fuerint creati vti inhabiles non debent exercere, [Castaldus in dicta quæstione num.4.et 22.]

Tertio quæro vtrum debeant numerari anni tempore quo quis eligitur,vel tempore quo debeat
17 administrari,veluti quis quando eligitur erit minor vigintiquinq; annis,sed tamen quando administrat,vel quãdo interuenit in parlamẽto generali reperitur vigintiquinq; annorũ,an debeat attendi tempus administrationis, vel electionis,& in hoc reperio similẽ quæstionem factã de bussula, quæ etiã poterat procedere priscis tẽporib. in nostro sedili, vbi obseruabatur bussula,vt ad præsens sedile Nidi obseruat, vnde DD.dicunt,qđ si quis est inhabilis tẽpore bussulationis, habilis verò tẽpore, quo debet extrahi à bussula, nõ poterit repelli ab ad-
18 ministratione, idcircò tempore bussulationis bussulandi sunt habiles, et inhabiles reseruata exceptione inhabilitatis ad tẽpus extractionis à bussula,secus vero si in aliquo statuto prohibetur bussulari inhabilis; quia tunc requiritur habilitas tẽpore bussulationis [Consiliar. Rouitus in pragm.5.nu.31.de administrat. Vniuers.et Intrigl.sing.80.lib.j.] et sic esset dicẽdũ in casu nostro, quod cũ statutum nostrum dicat non posse eligi minorem vigintiquinq; annis, consequenter etiã quod tẽpore administrationis esset maior, non potest eligi, quia statutũ dicit, qđ tẽpore electionis debet esse maior, ex verbis *se debbiano congregare frà loro, & eligere vno di detta famiglia d'età d'anni venticinque in sù*, et ex his ergo clarissimè patet statutum nostrum numerare annos vigintiquinque annorum tẽpore electionis, et non sufficere habere ipsos annos tempore administrationis, prout loquuntur iura,et Doctores supra à me allegati,et hanc esse verissimam doctrinam,corroboraui, quicquid aliter sensissent Doctores, qui nõ loquuti fuerunt malè, sed secundum auctoritatem in principio nostræ quæstionis.

DE

Caput Tertium.

Item che dette Famiglie de nobili al primo di de Maggio vno per famiglia se debbiano congregare nel Seggio della Città con interuento d'vno delli Magnifici Auditori, e congregati scriuere tutte le persone, e scritte che saranno, se pigliano tante ballotte, quante sono persone, doue ne siano tre indorate, e sei d'argento, e si mettono in vna cassetta, e ciascheduno delli cógregati debbia stare al suo luoco, e dopò vno figliuolo con il Cancelliero della Città habbia d'andare attorno, e dare a ciascuno la sua ballotta, e quello a chi tocchera quella indorata, habbia potesta di nominare il Mastro giurato, & il Sindico, e quelli a' quali toccheranno quelli d'argento habbiano potesta di nominare gli Eletti, e dopò li tre haranno hauuti le palle indorate eligano due per huomo, vno, all'officio del Sindicato, e l'altro, all'officio del Mastro giurato.

Di modo che quel tale che nomina non sia della medesima famiglia, nè parente in secondo grado, e di più fatta detta nominatione si debbia dare il giuramento per gli officiali, che per seruitio di nostro Signore Iddio, di Sua Maesta, e beneficio della Citta ogn'vno habbia di dare il voto senza rispetto di parentado, amicitia, & odio ad eligere persona, & idonea a gouernare per lo sudetto seruitio, e prima si debbia nominare il Mastro giurato, appresso il Sindico, e dopò gli eletti nel modo sussequente.

Modus nominandi personas in materia Gubernij demonstratur, & ibi explicatur, quid sit parlamentum, Concilium, et Consilium, et quæ debeant interuenire in conuocatione parlamenti, cum multis quæstionibus, atque notabilibus pertinentibus ad prælationem, excusationem, & exclusionem.

SVMMARIVM.

Modus nominandi personas consistit in libertate nominantium, nu. 1. & seq. vbi dicitur in Ciuitate libera debere esse libertatem à metu, gratia, ambitione, & precibus.

Quid

Quid sit parlamentum, Concilium, *&* Consilium, *num.* 3. 4. *&* 5.

*In præstando consilio debet attendi veritas, vt fidele præstetur, vbi etiam dicitur celeritatem inimicam esse consilio, nu.*5.

*Quæ debent interuenire in conuocatione parlamenti, nu.*6. *&* 7.

*Secundùm nostrum statutum duæ partes ex tribus debent concurrere ad obtinendam viuam vocem, alibi verò maior pars, num.*7.

*Electus in numero maioris partis computatur nu.*8.

Tardans in aggrediendo ad parlamentum, admittitur in eo statu, in quo reperitur parlamentum, verum Sindicus debet declarare viuam vocem ex illa noua voce, num. eod.

Si duo habuerint duas partes ex tribus, & sic viuam vocem, ille erit eligendus, qui maiorem vocem habuit, num. eod.

*Puer vocatur in parlamento ad accipiendam sortem, quando duo fuerint nominati in æquali numero, nu.*9.

Parlamentum non potest fieri eodem die, quo pulsatur campana, sed die sequenti, nu. eod.

*Parlamentum cœptum in vno die, si non fuerit completum, potest die sequenti continuari, nu.*10.

*Si contenditur, an vnus possit votare, & quæstio non potest resolui statim, quomodo admittatur votum illius, declaratur num.*10.

Assignatur sufficiens ratio statuti, quare iussit fieri parlamentum in festiuitate Sanctorum Philippi, & *Iacobi Apostolorum* Kalendis Maij, *nu.*11.

Sedilia Capuani, *&* N*idi obseruāt conuocare parlamentum in festiuitatibus Sācti* Io. *Baptistæ, & Sancti Syluestri, nu.*12.

Kalendis Maij est tempus lætitiæ, num. eod.

*Annus administrationis, an sit vtilis, vel continuus, nu.*13.

Noua electio nō impeditur per prouisiones, quod per dies supersedeatur in eligendo, nu. eod.

*Vna persona pro qualibet familia interuenire debet parlamento, num.*14.

Sedilia debent construi in medio Ciuitatis, *nu.*15.

Sedilis constructioni magis fauendum est, quam debitis publicis, num. eod.

Parlamentum debet fieri cum interuentu officialis iustitiæ, numero 16. *&* 17.

*Officialis iustitiæ non præbet votum in parlamento, nu.*16.

*Officialis iurisdictionis tenetur interuenire in actu, & tempore actus, nu.*17.

Officiales iurisdictionis interueniunt omnibus parlamētis absque salario, nu. eod.

Parlamentum absque interuentu officialis Regij non potest fieri, alias decernetur conuenticula, nu. 18.

Nobilissima Sedilia Ciuitatis *Neapolis*

Indi-

Indignus excusatur, nu.89.
Qui filij prosunt Patri *ad excusationem administrationis Reipublicæ, nu.eod. & 90.*
Maiores septuaginta annorum excusantur ab officio requirente residentiam, nu.91.
Excusantur omnes ratione infirmitatis, item qui carent vtroq; lumine, non autem excusantur ex infirmitate aliorum, nu.92.
Iudex an possit se excusare, nu.93.
Pauper excusatur, & qui dicitur, num.94.
Excusationes debẽt proponi specificè, nõ autẽ generaliter, nu.eo.
Ciuis originarius electus ad officiũ, licet habitet in alia Ciuitate, tenetur ad munera personalia, num.eod.
Debitores, & litigantes cum Republica non possunt eligi tanquã suspecti, cũ pluribus ampliat. & limit. nu.95. vsq; ad nu.100.
Actuarij, & familiares Baronis excluduntur ab officijs vti suspecti, nu.100.
Affectatio quando efficiat aliquem suspectum, vt remoueatur ab officijs, nu.eod.
Non cõtribuentes in functionibus fiscalibus carent voce actiua, & passiua, & ponitur limit. n.101.
Congregatio Ciuium de mane, an de sero debet fieri, nu.102.
Eloquentia sine scientia nocet Reipublicæ, scientia verò sine eloquentia parũ prodest, nu.103.
Electus ad officiũ si est indignus nõ debet id suscipere, nu.104.

IN hoc tertio capite demonstratur modus nominãdi personas eligẽdas, & quia in Ciuitatibus potissima ratio est in libertate,
1 propterea statuitur quidam modus, qui arguit libertatem in ciuibus nominandi, nam cum non possit quis nominari, nisi prius sors tetigerit in personã, quæ nominare debeat, hoc modo datur libertas, quia non potest esse quis certus, ad quem spectabit nominatio, cum pendeat à fortuna, & propterea nõ erit sollicitus in procurando fauores, ad hoc vt nominetur, licet in Ciuitate nostra maximo nostro incommodo contrarium euenerit, nã licet quis nesciat, quis debeat nominare, tamẽ procurat singulos, qui interuenire debent in parlamento adstrictos habere, vt in casu quo ad aliquem eorum pertineat nominare, ipsum nominet, & hoc modo laborat, annis continuis in procurando voces, & multos nominare possem, quos verecundiæ causa non no-
2 mino, sed quicquid sit optimè fuit statutum, vt nominatio procederet tali modo, vt in textu, nã primo non habetur ratio personarum, sed totum negotium cõmittitur sortibus, quæ ab homine in sinum nutriatur, sed à Domino tẽperãtur, vt dicit [Sapiẽs.]

Præterea in libera Ciuitate, idest tali Ciuitate, vbi sunt homines liberæ conditionis, debet vnusquisq; libertatem habere in om-
3 nibus, ita, vt liber sit non solum à metu potentum, sed etiam à gratia, & ambitione, & precibus cuiusque, & hoc modo fit officium liberi hominis, & hæc circa rationem statuti, cæterum antequam ingrediamur quæstiones.

Primo videndum est quid sit parlamentum, & quæ debent interuenire in conuocatione parlamenti, & circa primum dico parlamentum esse nomen magis vulgare, quam iuridicum non tamen negligendum, cum in significatione, & interpretatione verborum vulgi auctoritatem sequamur [l. librorum §. quod tamen Cassius vbi gl. & Bar. ff. de leg. 3.] diuersimodè tamen nos Itali a Longobardis, Gallis, Cisalpinis, & Gallis transalpinis vtimur hoc verbo parlamenti vt videre poteritis [Montaignum in tract. de parlamentis vers. ante ingressum] dicentem Vltramontanos parlamentum vocare congregationem populi, dicitur
4 enim parlamētū a parlādo Gallicè, & Italicè vel loquendo, & qui curiæ supremæ Collegio incorporati sunt inter se ad negotiorum publicorum, & priuatorum expeditionem hi dicuntur constituere parlamentum, vel dicitur parlamentum quasi pariū lamentū, quia pares Galliæ qui sunt de numero officialium querelas, & planctus audiunt [Boetius in addit. ad Montaig. lo. cit.] dicitur autem parlamentum in texto nostro ad similitudinem talium parlamentorum, & potest dici Concilium, quod nihil est aliud, quam conuocatio prudentum ad consilium exquirendum [c. multis 17. dist. late per Ægidium Romanum in cap. 17. par. 2. lib. 3. de regim. princip.] & dictum est a con quod est simul, & cilium quasi a similitudine ciliorum, quia sicut cilia iunguntur, cum oculi quiescere cupiũt, ita concorditer coniungi debent homines in concilio [gl. in c. 1.
5 vers. concilium de Immunit. Eccles.] Consilium vero per s. est sententia, siuè opinio, vel suasio quædam ad alium benè regēdum, & in hoc præstando consilio semper attendi debet veritas vt fidele præstetur, & qui bonum præstiterit præsentis vitæ habet subsidium, & æternæ remunerationis consequetur præmium [c. bonæ 12. quæst. 2.] potissime enim tale consilium impendendum est malis, quorum consulendum potius est vtilitati, quam voluntati [c. 1. de constitutionib. xi. quæst. 3. & l. 1. §. 1. ff. ad legem Corneliam de falsis, & c. paratus 23. quæst. 1.] & nulla res est adeo inimica consilio, quam celeritas, cum res non possit esse festinata simul, & examinata [Ti

tus

tus Liuius de bello Mac. lib. 6.] & celeritas vt plurimum reprobatur,quamuis in multis recom-
6 mendetur [Luc.de Pen.in l.2. C. quando & quib.quar.par.li.10.] & dicit [Afflict.in dec.72.] fraudem ex celeritate induci;Quo ad secundum dico in omni parlamento ad ipsum conuocandum debere pulsari campanam, cuius pulsatio vocat homines ad parlamentum, & talis vsus fuit antiquissimus vt refert [Diuus Hieronym.scribens ad Eustoch.] Romani tamen vtebantur præcone loco campanæ [Liuius lib. 7. de cad. 3.] quos refert [Surgens in cap.11.num.33. vsque ad nu.38.
7 de Neap. Illustr.] & pragmatica nostra iubet ad persequutionem bannitorum debere vocari omnes de Vniuersitatibus,& cõuicinis ad sonum cãpanę, quod est etiam de iure communi, vt dicit [Decius in cap. patentibus num. 2. de priuileg.] requiritur etiam ultra hoc pręsentia duarũ partium ex tribus partibus Vniuersitatis, seù reg minis, & non suffic:t omnes fuisse vocatos,aut præcessisse sonum campanę, nisi etiam interueniant duæ partes [Bar. in l. omnes populi in 2. quest. num. 16.ff. de Iust.& iure] quę duę partes diuidũtur in tres partes, & duæ partes ex tribus debent concurrere ad obtinendam viuam uocem ut diximus supra[in cap.1.]alibi tamen extra nostrum sedile sufficeret maior pars istarum duarum partiũ [l. nominationi C. de decurion. gl. in l. aliud §.refertur ff. de regulis iuris ubi Cagnolus,& Montanar. in prag. 2. nu. 286. de administr. Vniuer.] & in numero
8 maioris partis etiam electus cõputabitur [l.plane ff.quod cuiusque Vniuersitatis nomine,] sed quid si vnus tardet in ingrediendo ad parlamentum,certè admittetur in eo statu, in quo reperitur parlamentum, vnde debet statim Syndicus declarare viuã vocem, ne aliquod præiudicium aut dubium oriatur ex illa noua voce, [arg. cap. 1. §. sed si pars, & glosa ibi de electione in 6.] Vnde si fuerint electi tres Syndici, qui habuerunt duas partes ex tribus, & sic viuam vocem,ille erit Syndicus, qui maiorem pallam alijs habet, & si omnes fuerint in æquali numero sorte
9 dirimitur, vt dicam [infra in cap. 4.] Et sic obseruari vidi in patria mea vocando puerum sine malitia, qui accipiat sortem, quæ obseruantia fuit deriuata ab ordinationibus Ducis Calabriæ [in anno 1472. fol. 25. num.2.] Tertio post sonitum Campanæ non eodem die, sed die sequenti debet fieri parlamentum,vt personæ veniant instructæ, & paratæ, & in officialibus creandis a Republica datur certum tempus anni, quo ipsi creari solent secũdum regionis consuetudinem, qui præstituta die eligi solent,

quod tempus nullo modo est mu
tandum [de Franchis decis. 419.
num. 3.] alias electio non vale-
bit [arg. l. si eo tempore C. de
remiss. pignor. & Cæpolla cau-
10 tela 232.] nisi parlamentum in-
coeptum in uno die, non fuerit
completum, quia tunc sequenti
die erit continuandum, sed quid
si forte cōtendatur, an unus pos-
sit uotum pręstare, & allegetur
contra ipsum, quod non potest,
& fiat contentio de hoc, & pro-
ba tiones non sunt incontinenti
paratæ, quid faciendum hoc ca-
su, dic quod ne differatur nomi-
natio sunt præstanda vota, & ad-
mittetur uotum illius, contra
quem opponitur si & inquantum
de iure ualeat, & non per hoc no
cebit nominationi, si postea ap-
pareat non habuisse eum ius uo-
tandi [Barz. decis. 58. & Auen-
dann. in 1. par. cap. 19. num. 18.
uers. aduertere debent de exe-
quend. mand.]
11 Secundo principaliter quæro
cum in statuto nostro dicatur de-
bere parlamentum fieri in Ka-
lendis Maij, quo tempore cele-
bratur festum Diuorum Philippi
& Iacobi Apostolorum, an tale
statutum ualeat, & habeat suffi-
cientem rationem, & dicendum
non sine causa statuētes nostros
statuisse tale tempus, nec posse
dici de nullitate propter festum
quia tractatur de regimine Rei-
publicæ, in quo non tractatur o-
pus seruile, sed opus pietatis
[Auendann. loc. cit. nu. 14. vers.
tempus autem,] sicut etiam ob-
seruatur in sedili Capuani, in
quo eligitur electus tempore fe-
stiuitatis Sancti Ioannis Bapti-
stæ die 24. Iunij, & in sedili Nidi
in festiuitate Diui Syluestri die
31. Decembris, & olim Cosen-
tiæ parlamentum fiebat in festi-
uitate Diuæ Mariæ Assumptæ in
12 medietate Augusti ex ordinatio
nibus Ducis Calabrię [anno 1472
fol. 25. num. 2.] tamen nunc tē-
pus fuit immutatum maiori ra-
tione, tum quia omnes ciues re-
periuntur in Ciuitate, cum Ka-
lendis Maij sit tempns lætitiæ,
quo tempore omnes vtuntur in
fenestris diuersis floribus, & ele-
ctus ad officium habet lætitiam
ex dignitate acquisita, tum etiā
quia incipit annus renouari, nā
tempus Maij est tempus ueris,
& futuræ recollectionis, quo tem
pore debent noui Syndici creari
ad nouas faciendas præparatio-
nes pro annona Ciuitatis, pri-
scis verò temporibus Decurio-
nes Ciuitatum deponebant offi-
cia Kalendis Ianuarij, vt capite
anni dixit [Martin. Laudens. in
quæst. 5. de official.] quod re-
gimen nouum durat per annum.
13 Tertio quæro si quis fuit ele-
ctus, & impeditus administrare,
quia prætendebatur electio nul-
la, & demum fuit declaratum ele
ctionem esse ualidam, an annus
computetur à die electionis, vel
à die administrationis, & vtrum
debeat

debeat computari tempus, quo nõ potuit administrare propter illud impedimentum, & dicendum est annum esse continuum, & currere à die electionis, & sic non esse deducendum tempus litis, & non administrationis, & ita dicunt [Bar.in l.si prius in 10. quæst.ff. de noui operis nunciat. Idem Bart. Alex. & Ias. in l.si ita stipulatus essem ff. de uerborum obligationibus, Dominus Vincentius de Franch. decis. 419. & Montanar. in d. prag.2. nu.367. & 371.] nam de Iure officiales regiminis constituuntur per annum continuum [l.1. C. ut omnes Iudices, & l. neminem C. de susceptor. lib. 10.] Et dum fit mentio de anno, in dubio intelligitur de continuo, & non de vtili [Bal.in cons.71.incip.quando tempus in 3. uol.] nota tamẽ quod tempore Ducis Calabriæ administratio nostrorum officialium incipiebat Kalendis Septẽbris ut per capit. ipsius Ducis [d. fol. 25. num. 2.] In Regno uerò est consuetum electiones Officialium fieri de mense Augusti, & nota quod non potest impediri per prouisionem noua electio, quod per dies supersedeatur in eligendo, nam hoc modo per indirectum contraueniretur nostro capitulo, vt dixit [de Franchis in alleg. decis.]

14 Primo noto ex verbis ibi, *vno per famiglia* priscis temporibus interuenire solere omnes personas familiæ, nunc vero interuenit tantum vna persona pro qualibet familia, aliàs orietur absurdum, quod aliquę familiæ numerosę semper administrarent, & crearent officiales ad earum libitum in damnum, & præiudicium aliarum familiarũ, [Auendan.in 1.par.c.19.nu.23. & seq.de exequend.mand.] & ante eum [Bart.in l.fin.num.16.de decret.ab ordin.faciẽd. Cagnol. in l.2.num.145.de origine iuris, & Crauetta consil. 581. num.8. versic.4.]

Secundo noto sedilia debere fabricari in medio Ciuitatum [Bald.in l.1.ff.de offic. præfecti]
15 & fauendum esse potius fabricationi Sedilis, quam debitis publicis soluendis [Bald. in rubr. versic.sed hic quæritur ff.de rer. diuis. & l.nulli C.de off. Rector. Prouinc. Nouell. Constit. 15.§. conficiat,] & antequam nobiles ingrediantur ad sedile, in Ecclesia Metropolitana Missam Spiritus Sancti decantari faciant pro vtili electione futura [arg. c. vbi periculum maius, §. quią vero fidelibus, & ibi glosa de electione in 6.]

Tertio noto non posse fieri parlamentum, nisi interuentu vnius ex Magnificis Auditori-
16 bus, quod concordat cum [l.2. C.de decurion.lib.10.] quia Auditor, seù officialis iurisdictionis, vt est dispositum [per capitul. Regis Alphonsi de anno 1489.

1489. fol.62. num.14.] non dat votum, & magna cum ratione, nam nostrum statutum dixit cum interuentu, non autem cum consensu.

Quarto noto interuentum officialis iurisdictionis non posse interuenire nisi in actu, & tẽpore
17 actus [l.obligari, §.tutor, ff. de auctor.tutor. Innoc. in c consuetudinis de consuet. Bart. Soccin. in l.1. num.24. & 25. ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine, & Losæus in 1.par. cap.3. num.67. de iure Vniuersitatis,] verbum verò consentire importat, quod possit interuenire quandocunq; [Alex. in l.1. eod. tit.] & consuetum est in nostro parlamento generali interuenire nõ solum vnũ Auditorem, sed totam Regiam Audientiam cum Præside absque aliquo salario, quod procedit in quolibet parlamento, etiam particulari, in quo interuenire debet vnus ex Magnificis Officialibus iurisdictionis, sine quo non potest Vniuersitas se congregare, vt per [Capitul. Ducis Calabriæ de anno 1472. fol.25. nu.1.]

Quinto noto debere interuenire officialem Iurisdictionis, nã aliàs non diceretur parlamen-
18 tum, sed conuenticula, & cõspiratio, quæ fieri non debent, [arg. c. Synodũ, c. Regula, c. nec licuit, & c. multis distinct. 17. & Cassan. in Consuet. Burgund. Des Forest rub.15. §.6. in text. de Poete n.6.] sicut Barones Regni in parlamẽto generali non possunt congregari, nisi præuia licentia Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Proregis [Minadous in Cõstit. in aliquibus in verbo Comitum, & Baronum num.56.] nec possunt etiam Vniuersitates, & plateæ se congregare absq; expressa licentia Proregis pro faciẽdo aliquo donatiuo [prag. 9. de administr. Vniuers. & Rouit. in d.pragm.5. num.37. eod. titul.] posset tamen per consuetudinem, & priuilegiũ induci, quod Vniuersitas possit se congregare absq; interuentu superioris, & eligere Syndicum [Guid. Papa decis. 106. Ioan. Fab. Instit. de rerũ diuision. in §. Vniuersitatis, & Mõtan. in d. prag. 2. nu.264. & seq.] & ita Sedilia, siuè Plateę nobilissimę Ciuitatis Neapolis liberè se possunt congregare absque licentia [de Franchis decis.446. & de Ponte de potest.
19 Proreg. in §.7. num.16. de abundant. Ciuit. & Regni,] vel nisi vassalli litigarent cum Barone, nam tunc petita licentia, & non obtẽta se congregant, dummodo loquantur de causis contra Baronẽ tantùm, & ita fuisse decisum in S.C. refert [Anna in sing. 367.] sed ad maiorem securitatẽ Vniuersitas solet impetrari saluas guardias à Principe, vel eius Collaterali Consilio, & licentias, vt possint eius homines se cõgregare ad tractãdum negotium contra ipsum Baronem, vel eius officiales, quod non interueniat officialis

ficialis

ficialis [Montanar.in d. pragm. num.272. & Amendola ad decis. de Franchis 210. nu.25.] Potest tamen congregari etiam sine licentia pro capiendis malefactoribus,[Vrsil.ad Afflic. decis.265. num.5. & seq.] Item pro necessitatibus priuatis inter illos de re-
20 gimine,sic fuisse decisum in S.C. refert [Capibl.in prag.10.n.57. in fin. de Baron.] Item in donatione,quæ fieret ab Vniuersitate Baroni, vt ab eo eligatur in suam Cameram reseruatam,nam talis donatio valet,& sic fuisse decisũ in S.C. iunctis aulis refert [Rouit.in d. pragm.5. nu.38. & seq.] Itẽ in donatione quæ fieret Principi,nam illam facere possunt solum administratores Vniuersitatum,etiam non congregata Vniuersitate, & ad eam possunt omnes collectari, etiam dissentiẽtes [Thesaur. decis. 257.] qui allegat [Bart. in l.1.§.quod si nemo ff. quod cuiusq; Vniuers. & in l. vnica col.3. vers. quæro hic primo C.de mulier. & in quo loco lib.10.& alios.] Item si officialis esset mortuus,vel absens,& esset tempus faciendæ nouæ electionis potest Vniuersitas se cõgregare, non obstante quod non adesset auctoritas Superioris [Montanar.in dicta pragm.2.nu.308.] Item si apparet Vniuersitatem esse coadunatam, præsumitur coadunata cum interuentu officialis iurisdictionis [Losæus in prima parte cap.3.num.66. de iure Vniuersitatis, & d. prag.2.]

21 Quarto quæro,q̃d si in vna terra adsint officiales ciuiles,& criminales, quis eorum debeat interuenire dico, officialem ciuilẽ, nam dicitur Dominus territorij, & non officialis criminalis [Anna sing. 368. & Carrabba singul. 146.] sed si ambo interueniant vigore priuilegij,vel consuetudinis, criminalis sedebit a dextris, & ciuilis à sinistris [Amendola ad decis. de Franchis 446.nu.3.] Baro autem nullo modo potest interuenire in electione noui regiminis, sic refert fuisse decisum in S.C.[Amendola ad decis. de Franch. 210. num.78.]

Quinto quæro an officiales iurisdictionis possint cogere Vniuersitates ad faciẽdum Syndicos,
22 & dicendũ quod sic [Montanar. in d.prag.2.num.306. l.4. §.creditoribus,vbi Bar. notat ff.de fideicommiss.liber.& in l.solent in fine ff.de adim.& cib.leg. latissimè Ias.in l. explicito §. si autem Collegium num.7.ff. ad Senatus Cõs.Trebell.& alios allegat Alexander in addit.in d.§.creditoribus.]

Sexto quæro officialis interuenit in parlamento,postea contingit appellari per aliquem in-
23 teressatum, & appellatio defertur ad Tribunal, in quo residet ipse idem officialis, an hic officialis possit interuenire in causa appellationis, & dico posse,dum vocem, seu votum non dedit, vt con-

contingit in parlamento nostræ Ciuitatis, vbi officialis non habet votum, vt supra diximus [Rouit. in pragm. 1. nu. 34. de suspit. official. Losæus in 1. par. cap. 3. num. 97. & ante hos Bart. in l. 1. §. solent, ff. quando appell. sit.]

Sexto noto in textu ibi, *& cōgregati scriuere tutte le persone,* quod debent describi sigillatim nomina, & cognomina cōgregatorum à Cācellario Ciuitatis ad suggestionem Porterij incipiēdo ab ordine, idest Syndico, Magistro iurato, & alijs electis, deinde
24 à persona, quæ sedet propè vltimum electum, & sic continuare vsque ad finem, & non obstant [l. 1. & l. 2. ff. de albo scriben.] qđ scriptus primus præsumatur nobilior, quia hoc procedit nō data consuetudine, vt hic, et instrumētum continens talia nomina, et cognomina congregatorum cōseruatur in libro parlamentorū, alibi verò obseruatur consuetudo, nam si esset multitudo numerosa ciuium, tunc sufficeret nomina aliquorum principaliū exprimere, et demum subnectere clausulam, et plures alij facientes maiorem, et saniorem partē Vniuersitatis [l. vlt. C. de vendēdis rebus Ciuit. lib. 11. et Montanar. in d. pragm. 2. num. 300. citans Bart. in l. 1. ff. de albo scribēdo, Bald. in l. neque in fine, C. de Procuratoribus, et Ias. in l. place in 2. lect. C. de sacr. sanct. Eccles.]

Septimò noto debere nomina, tim scribi nomina nominantiū, et nominatorum, et eligendorū,
25 nisi aliud sit de consuetudine, [Bart. in d. l. 1. ff. de albo scriben. et l. fin. C. de priuileg. curialium lib. 10. Bald. in l. nulli, ff. quod cuiusq; Vniuersitatis nomine, l. fi. et C. qui bon. ced. poss. et Corneus in consil. 189. col. fin. volum. 3.]

Octauo noto hoc statutum de-
26 putare vigore pallæ beneficiatæ tres ad nominandum, et isti tres videntur deputati à toto parlamento, et sic illi qui nominantur per eos, vidētur nominati ab ipso parlamēto generali [l. itē eorū §. si decuriones ff. qđ cuiusq; Vniuersitatis noīe, et Bal. in l. vnū ex familia §. si de falcidia, ff. de leg. 2.]

Septimò quæro vtrū tales nominantes teneantur de culpa, et defectibus nominati, et electi, et dicendum triplicem reperiri nominationem [secundum Rouitū in d. pragm. 2. num. 28.] prima
27 ex qua nullum ius tribuitur electo quia non importat aliud illa simplex nominatio, quam vera propositio personæ nominatæ, et quemadmodum propositùs fuit vnus, sic poterat alius proponi, et nominans non subit periculū à se nominati, licet Vniuersitas eius fidem in eligendo sequuta fuit, sic fuisse decisum in S.C. refert [Rouit. ibidem nu. 31. et 33.] Secunda est nominatio, quæ tribuit ius, sed nō perfectum, vtpotè quæ eget confirmatione superioris, et hæc vocatur electio, et superior

perior ad quem ſpectat cõfirma-
tio non poteſt eligere alium,quã
nominatum, licet ex iuſta cauſa
poſsit denegare cõfirmationem,
ſicut priſcis temporibus ad Du-
cem Calabriæ, ſeù eius Genitorẽ
ſpectabat electio, et cõfirmatio,
quia habebant poteſtatem iuben
di, quod iterum fieret nomina-
tio,quando nominationes eis nõ
placebant,vt per capitula[in an-
no 1472. fol. 25. num.4.]

Tertia eſt nominatio,quæ tri-
buit ius perfectum,cum nõ egeat
aliqua cõfirmatione,quæ duæ vl-
timæ differunt à prima, quia in
28 illis ſemper qui nominat ſucceſ-
ſorem, ſeù alium Magiſtratum
tenetur de culpa, et defectibus
ſuorum nominatorum, ſecus in
prima,item in illis nominare idẽ
eſt ac eligere [Rouit. in loc.cit.]
nunc vero Ciuitas noſtra habet
poteſtatem nominandi,eligendi,
et confirmandi officiales vigore
horum ſtatutorum, quæ tñ de iu-
re cõi procedũt [l. ſuper creãdis
C.de iure fiſci lib. 10. et l.2.C.de
decur.lib.10.et procedunt etiam
de iure Regni, vt [in d.prag.2.]

Octauo quæro vtrum ſi quis
nominauerit incapacem priua-
bitur iure nominandi,et dicendũ
29 poſſe alium nominare capacem,
vt probant [gloſ.in c. fin. de iure
patron. l.at ſi quis §. diuus ff.de
relig.et ſumpt.fune. §.optimum
in Auth. de non eligend. ſecund.
nub. et Ripa in 3.par. num.424.
in tract.de peſte,] et ita ſeruatur
in Ciuitate noſtra.

Nono quæro vtrum nomina-
tus ſi fuerit contradictus à tertia
parte,et electus à duabus partib.
ſeruata forma noſtri ſtatuti,po ſ-
ſit dici electus ab Vniuerſitate,&
dicendũ,qđ electus à duab⁹ par-
tibus videtur electus à tota Vni-
uerſitate,quia Concilium repre-
ſentat totũ ſedile [l.nulli ff.quod
cuiuſq; Vniuerſitatis, et ibi Ca-
ſtrenſis,Platea in l.2.C. de decu-
rion. lib.10. Auendan. in 1. par.
c.19.nu.23. de exequend. mand.
et notatur [in capitul. Ducis Ca-
labriæ de anno 1472. fol.25. n.3.
et d.prag.2.]ſecus verò ſi nomi-
30 nati ab anteceſſoribus omninò
non debeant admitti, quia talis
conſuetudo eos admittendi eſt ir-
rationabilis, & non valet, et no-
minantes videntur nominare ſe
ipſos [Auendan.loc.citat.verſ.ſi
vero, et de Franchis deciſ. 210.]
quia electio non datur niſi inter
plures [l.fiſci,et l. ſi tibi electio
§.1. ff. de optione legat. et Mar-
tin. Laudenſ.in q. 5. de official.]
quia tales nominationes eſſent
in damno Reipublicæ, et odio
particulari [l. iſtud ff. quod cu-
iuſq; Vniuerſitatis nomine,] ſi-
cut neq; valet conſuetudo, quod
Ciues eligebant duos Syndicos,
et duodecim electos,Baro autem
eligebat ex Sindicis duobus vnũ,
& ex duodecim electis ſex,& fuit
deciſum in S.C.quod electio ſpe-
ctaret ad Vniuerſitatem,non ob-
ſtante poſſeſſione continuata per
Baro-

Baronē [de Franchis decis.210.]. hinc etiam cōsuetudo sedilis Capuani, quod sex nobiles illius anni electi nominant sex eligendos
31 in sequenti anno, ne esset irrationabilis, fuit interpretata, qđ illi nobiles proponant tantum personas eligendas pro anno sequenti, & tractetur inter omnes an habiles, & admittendi sint, tunc si approbentur nominati videtur à sedili ex DD supra relatis & [d.l.nulli ff.quod cuiusque Vniuersitatis nomine.]

Nono noto in text. ibi *di mo-*
32 *do, che quel tale, che nomina non sia della medesima famiglia*, non posse nominari personam eiusdē familię, nec officiales iurisdictionis huiusmodi nominationes pati debent [Auendan. loc. citat. num.23.] sed nominatus potest sibi ipsi dare vocem, sicut Electores Imperatoris possunt vnum ex sex eligere, & dare vocem sibi ipsi, [arg. l. quod autem §. verū ff. de in diem adiect. Castald. in quæst. 12. num. 4. de Imperat. & Signorolus cons. 64.] secus autē si duo ad inuicem se nominarent ad officium, quia quis non potest se ipsum nominare, vt diximus, sed tantum est nominare ad inuicem, quantum est dicere ego ipse me nomino [l. 1. ff. de Senator. arg. l. obligatione, ff. de pignor. & l. omnibus, C. de testibus] fortius iure reperitur cautum, quod ambientes puniuntur [de Franchis decis. 364.] sed maximum signū est ambitionis nominare ad inuicem, ergo talis nominatio admitti non debet, & neq; admittitur electus, si dederit aliquid electoribus, vt ipsum ad aliquod officium, vel dignitatem eligerent, & incidit in legem Iuliam de ambitu [Ægid. Columnn. in cap. 8. par. 1. lib. 1. de regim. Princ.] qđ ab omnibus est abhorritum.

Decimo noto in text. ibi, *nè parente in secondo grado*, non posse nominari coniunctum vsq;
33 ad secundum gradum, quod intelligitur de iure Ciuili, & non de iure Canonico, nam computatio secundum ius Canonicum fuit introducta ex causa speciali matrimonij tantum [Bald. in l. fin. C. de success. edict.] valebit tamen statutum, quod computatio debeat fieri secundum ius canonicum [c. ad sedem 25. quæst. 5. & Bald. in l. si à me ff. de success. edict.] sed in dubio statutum faciēs mentionē de gradibus intelligitur secundum ius Ciuile, quia statuta sunt partes iuris ciuilis [l. omnes populi ff. de iust. & iure, Viuius opin. 329. lib. 1. in antiquis, Bart. in l. Iurisconsultus §. 1. ff. de gradibus affin. Salyc. & Iason in dicta l. finali num. 12. & Brunus in tractatu, quod stantibus masculis artic. 5. num. 20. sub quæst. 2. vbi latè distinguit ante num. 20.]

Decimo quæro quid in affine,
34 & dicendum est habere locum in affine, dummodò duret affinitas,

secus

ſecus ſi ſit ſoluta per mortem vxoris, licet ſecundum Doctor. remanſerint quædam reliquiæ Bald. in l.an eorum §.affinitatis ff.de poſthu.arg.l. ſuggeſtioni C. de legatis Bald.in l.affinitatis C. communia de ſucceſs. & Camillus Borrell.in pragm.de compromiſs. §.1.gloſ.3. num.131.] vbi allegat multos Doctores more ſuo.

Vndecimo noto in text. ibi, *ſi debbia dare il giuramento*, qđ iuramentum debet precedere ad uotandũ de rectè eligẽdo [Auendan.lo c.cit.nu.14.verſic.quarto debet]& ea, quæ tractantur in parlamento,debent fieri ſecretè, & iuramentum datur de non re-
35 uelando,aliàs ſi poſtea reuelent, debent puniri priuatione officij, [Bald. in §.in Chriſti nomine in verſ. credentias monetur in tit. de pace Conſtant. & Ioannes Franciſcus Scaglionus in ritu 3. Magnæ Cur.Vic. num.6.] & puniuntur, vt periuri [Cæpolla conſil.crim.40. & Carauita in d. ritu num.8.]& ante hos [Luc.de Penn. in rubr. C. de ſilentiarijs num.2.lib.12.verſ. qua auctoritate pęna] quod amplio etiam ſi non iuraſſent tenere in ſecreto, adhuc ab officio remouendi eſſent, ſi ſecreta Reipublicæ reuelarent ad ſimilitudinem vaſſalli, qui priuatur feudo non enim cẽſendi ſunt illi officium Vniuerſitatis exercere,qui in ipſam Vniuerſitatem commiſerunt,[arg.l. auxilium,ff.de minor.]& officiales non poſſunt exercere officiũ, in quo ſemel deliquerunt [l.ſi aliquid,& ibi Bar.& Luc.de Penn. C. de ſuſcept. lib.10.] Imo procedit in quocumq; homine ſciẽte ſecretum alicuius, & reuelanti,licet expreſsè non promiſerit
36 tenere ſecretum [Afflict. in c.1. num.5. verſ. ſed iuxta hoc quib. mod. feud. amitt.] quia eo ipſo quod ſibi fuit dictũ aliquod tanquam ſecretum,erat in poteſtate ſua dicere, non mihi dicas in ſecreto, quia non tenebo ſecretum, videtur illud audiuiſſe, & recepiſſe eo modo,quo ſibi dictũ fuit [l.1.§.fin.ff.nautæ,caupo.& ſtabularij,] quæ non procedunt, ſi ſecretũ tenderet contra Rempublicam,tunc licet iuraſſet,non eſſet in periurio, & pœna reuelando, imo non reuelando incideret in peccatum,& iuramentũ tenderet in diſpendium ſuæ ſalutis,quod eſſe non debet[c.quẽadmodum de iure iurand.]& ſecretum dicitur illud, quod pro-
37 bari non poteſt,[DiuusThomas in 2.2.quæſt.67.artic.1.in fine, ſed tantum notum eſt regimini Ciuitatis,quia rem ipſam tractauerunt,vel ſecretũ dicitur, quod vulgus ignorat [Io.Franc. Scaglionus dicto ritu num.5.]& inter alias rationes propter quas mulieres excludũtur à parlamẽto, potiſſima eſt, quia fœminæ rem aliquam ſub ſecreto tenere non poſſunt, vnde [Cato] de tri-

bus

bus rebus pœnitentiam agebat primo, si quid arcanum mulieri tradidisset, secundo si per aquam traiecisset, quo poterat per terram pertransire, Tertio si aliquã diem per incuriam amisisset, vt refert [Plutarchus] in eius vita.

38 Vnde rectè dicitur statutum nostrũ processisse dum vult præcedere iuramentum, & [Luc. de Penna in l. penult. C. de profess. & Medic. lib. 10.] dicit, quod si regna regunt vuluæ, gens tota proclamat, & [Ægid. Columna in cap. 18. 23. & 24. par. 1. lib. 2. & c. 7. par. 2. lib. 1. de regim. Princ. & Reg. Conf. Iacobutius de Frãchis in §. hoc autem nu. 7. in tit. de his qui feudum dare possunt, & qui non,]

Duodecimo noto in textu, ibi ***dare il voto***, quod quiibet debet dare votum liberũ ab odio, amicitia, consanguinitate, pretio, pacto, aut promisso [c. tua vbi Doctor. de his, quæ fiunt à Prælatis, & c. vbi periculum, & ibi glosa de elect. in 6. & Capiblan. in pragm. 4. num. 39. de Baron.] & votum est exprimendum in ipso scrutinio, non ante; secretè, & sigillatim, simplex, & non conditionale, [glosa in cap. penult. §. fin. & cap. 2. de elect. in

39 sexto,] neque alternatiuum, & incertum, vtpotè si dixerit eligo illum, quem nominauerit Petrus vel eligo Petrum, vel Paulum, vel eligo Petrum, si Paulus eum elegerit, [de Franch. decis. 439.] & priscis temporibus in electionibus officialium nostrorum dabantur vota in scriptis, & in fine anni tenebantur reddere rationem voti, & sic iussit Rex Ferdinandus [de anno 1509. in Capitulis nostris fol. 87. à tergo num. 6.] & vellem hodierno die obseruari, quia multa, & multa non dicerentur, neque fierent à nonnullis præsumentibus circa gubernium scire, vt ita dicam, maria, & magna, vnum addam, quod eorum scientia redundabit in perniciem guberni), ac populi, vt vidimus, & vtinam non videremus.

Vndecimo quero vtrum absentes possint mittere procuratorem, qui det votum nomine

40 ipsorum, & dicendum est, quod non, vt dixit [Roman. in singul. 794.]

Decimotertio noto in textu ibi ***ad eligere persona, & idonea à gouernare***, idoneum accipi secundum subiectam materiam, vnus potest esse idoneus in vno exercitio, & non idoneus in alio exercitio, & sic idoneus dicitur ille, qui sapit ea, de quibus agitur [Regens Valenz. in introduct. par. 2. nu. 12. & seq. in tractat. de status, & belli ratione,] & debet esse idoneus ad officiũ, ad quod debet admitti, licet persona sit pauper, si tamen sit bonis moribus prædita dicetur idonea attẽta qualitate morum [Capiblan. in d. prag. 10. nu. 70.]

&

& in his debet attendi iustitia distributiua,& consequẽter eligens minus dignum prætermisso digniore, & idoneore peccat
41 mortaliter[Gaiet.in 2.2. q.18. artic.3. & Couar.in regula peccatum §.7. fusè per Lodouicum Molinam in cap.5.nu.57. lib.3. in tractatu de Hispan.Primogenijs, & Baiardum ad quæst. Clari 97. §. fin.] & tenetur eligens minus dignum ad damna, & restitutionem [Couar. ibid.nu.2.] quinimò indignus peccat mortaliter, si concurrat cum eo, qui est notoriè, vel manifestè dignior [l. fin.ff. pro socio Nauar. in vol.2. in 2.par. decreti in 59. miscell. fol.379.]

Vnde duodecimo quero ex quibus potest cognosci idoneitas alicuius, & an debeat præferri quis ex ratione maioris nobilitatis,doctrinæ,seruitij facti Reipublicæ,ætatis, vel propter bo-
42 nos mores, & qui dicantur non idonei,nec eligendi, ad cuius rei euidentiam est sciendum id, quod supradiximus idoneum debere esse respectu eius rei,de qua agitur,& ad regimen Reipblicæ debemus scire, quæ sint necessaria, vt rectè regatur in persona regentium, & reperio primo in simili à Domino nostro Iesu Christo fuisse dictum fidelis seruus,& prudens,quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illi triticum in tempore, & sic Dominus noster Iesus Christus laudauit seruum constitutum super sua familia de fidelitate,& prudentia, ita qui debet constitui Officialis Regiminis, debet esse fidelis, & prudens, & dare Reipublicæ triticum in tempore, & reputare Rempublicam tanquam vnam domum [Ægid. Columna loc.cit.in cap.14.p.1. lib.2.]reperimus etiam de prudentia fuisse dictum [in Euangelio] estote prudentes sicut serpẽtes, & simplices sicut Columbæ,& de fidelibus fuit etiam dictum [in Euãgelio,]quia in pauca fuisti fidelis super multa te constituam,ex quibus dictis ego infero necessaria esse considerã-
43 da circa eligendos hæc requisita, primum requisitum est,quod quis non eligatur ad maiores ordines, nisi prius fuerit cognitus fidelis in minorib. ex dicto [Euãgelij] quia in pauca, vt supra, & facit text. [in l honor, §. gerendorum ff.de muner.& honor.l.2. C. quẽadmodum ciuilia lib. 10. l.quæ vtiliter in princip.ff.de negotijs gestis,] vbi habetur quod quis debet gradatim ad honores admitti,& dicitur[in l.nulli,C.de muner.lib.12.&ibi Luc.de Pen.] quod qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus quærit ascensum per arrupta dicitur pertrãsire,[Ægid.Columna in c.19. par.3.lib.2.loc.cit.] & sic in ordinibus,& honoribus conferendis sunt seruanda interstitia, exorbitãs enim est, vt regrediatur

tur quis ad illud officium, vnde
44 exiuit [Surgës in cap. 12. nu. 14. de Neapol. Illustr.] & secundum requisitum est prudentia similis serpenti cũ simplicitate Columbæ, nam serpens semper defendit caput, & exponit totum corpus ictibus, parum curans de reliqua parte corporis, dum caput est integrum, in quo notatur officium prudentiæ esse semper respicere ad caput, idest illud, qđ est principale, & superius, quo saluato omnia saluantur, principale verò, & superius in homine, est timor Dei, nam dicitur initium sapientiæ est timor Domini, & propterea debet videri in persona eligenda, quomodo se habeat circa religionem, & pietatem, ac conscientiam, vnde Saul, qui fuit Rex electus super Israel dicitur fuisse altiorem alijs, & superiorem, in qua superioritate denotatur tendentia quędam ad diui-
45 na, & Ietro socer Moysi persuasit Moysi, quod eligeret ad gubernationem Ciuitatis viros sapientes, & Deum timentes, coniungens ista duo, timorem Domini, & sapientiam, & sapientia quidem vocatur quasi sapida scientia, nam in [Euangelio] cum Dominus noster Iesus Christus voluit iustitiã describere, dixit, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, propterea annuës iustitiam esse cibum animæ nostræ sapidũ, quo saturari debemus, & [Ioannes Antonius Palatius Conciuis meus *nel trattato de ragion di stato* par. 2 cap. 12.] dicit inter sapientiam, & regimen nullum discrimen dari, nisi tantum in nomine, [Ægid. Columna in c. 4. par. 1. lib. 1. in dicto tract.] debet etiam prudentia eligendi esse iuncta cum simplicitate Columbæ, in quo significatur debere esse prudentiam sine dolo, nam aliqui videntur prudentes, qui tamen non sunt prudentes, sed dolosi, & ita debent esse simplices sicut Columbæ, cuius proprietas est eligere in comedẽdo cibum purum sine immunditia, & in Columba apparuit Spiritus Sanctus, vt habemus in scriptura.

Tertium requisitũ, est morum honestas, & fidelitas, vnde dicitur [in l. magistros C. de profes-
46 sor. & medic. lib. 10. & l. vni. C. de professor. qui in vrbe Costãt. lib. 12.] quod ad electionem officialium considerari debet morum honestas, quæ magnoperè est æstimanda.

His statutis quis debet pręferri, facilè cognosci potest, nam non debet attendi, quod aliquis sit diues, nam cum diuitijs debet etiam concurrere fidelitas, diuitës tamen qui acquisiuerunt diuitias bona conscientia præsumuntur fideliores pauperibus [cap. fidelior. 56. dist.] nam indigentes vti reiecto animo nesciunt Magistratum gerere

[Arist.

[Arist. lib. 2. Politic. cap. 9. &
lib. 4. & Palatius Ruuios de do-
nat. int. vir. & vxor. §. 9. num. 4.]
imò propter paupertatem effi-
ciuntur suspecti [Luc. de Penn. in
l. fin. C. de spectacul. lib. 11.] &
47 tales pauperes semper vetera
oderunt, & noua exoptāt, & odio
suarū rerum omnia mutari stu-
dent, [Cassan. in 2. par. 27. con-
sid. Catal. glor. mund.] Diuites
autem ex vsu recepto apud orbē
terrarum semper magis honorā-
tur [l. splendidiores C. de diuers.
offic. lib. 12.] sēper tamen atten-
dendum est ad mores, nam dici-
tur [in §. fin. Inst. de suspect. tut.]
quod tutor quamuis pauper sit,
fidelis tamen, & diligens remo-
uendus tamen non est quasi su-
spectus, & sic arbitrium electorū
erit considerare mores vtriusq;
48 scilicet pauperis, & diuitis, & si
viderit pauperem bonę famę, di-
uitem verò, qui accumulauit di-
uitias ex vsuris, debet eligere pau
perem, & repellere diuitē, & sic
quis debet pręferri, vel non, com-
mittitur arbitrio electorum, vt
dicit [Innoc. in cap. cum terra
de elect.] sed concurrentibus in
aliqua persona diuitijs, & bona
conscientia, debet præferri diues
pauperi [Capiblanc. in prag. 10.
nu. 71. de Baron.] nec propterea
quis debet laudari, vel vitupera-
49 ri ex paupertate, sed potius de-
bet vti paupertate tanquam
à Deo missa ad bonum, nam id
quod dicitur de fortuna a Vir-
gilio.

Fortuna immeritos auget hono-
ribus,
Fortuna innocuos cladibus af-
ficit.

Non est dictum conforme Chri-
stianæ Religioni, dicimus enim
nos Christiani, quod omnis po-
testas, & omnia bona à Deo, hinc
bona, & mala, vita, mors, pauper-
tas, & honestas à Deo sunt [Cas-
san. in d. 1. par. 43. consid.]

Nota tamen, quod si talis esset
paupertas in aliquo, quod opor-
50 teret toto die laborare pro vi-
ctu quærendo sibi, & familię, talis
non deberet eligi, quia potest se
excusare à muneribus patrimo-
nialibus, & personalibus, si verò
esset talis paupertas, quod die-
tim nō oporteret quærere victū,
sed haberet necessaria, tunc per-
sonalia onera substineret, patri-
monialia verò minimè, [§. sed &
propter paupertatem Instit. de
excusationibus tutorum, Ioānes
de Platea in l. final. C. quemadm.
Ciuil. mun. in d. l. cura, §. inopes,
ff. de muner. & honoribus, & Mō-
tanar. in d. prag. 2. nu. 332.]

Præterea si quæramus, an de-
beat præferri litteratus, vel po-
tius illiteratus, dicendum quod
51 litterati sunt digni maximo ho-
nore, quia inuenerunt sapientiā,
& scientiam, & per hoc merētur
non palmas, seù coronas, sed
triumphos, cum laborauerint nō
solum sibi sed omnibus exqui-
rentibus veritatem, vnde [Boe-

tius] dixit [in 8. prosa in tract. de consolat. Phylosoph.] Beatas fore Respublicas si eas, vel studiosi sapientiæ regerent, vel eorum Rectores studere sapientiæ contingat, [& Auth. habita C. ne filius pro patre] debet tamen in litteratis non solum esse sal scientiæ, sed etiam bonæ conscientiæ, & hoc casu omnibus debent præferri, & in dubio semper præsumitur pro litteratis, quod sint meliores conscientiæ, quam illiterati, quod potest probari authoritate, & ratione latè per [Ægidiũ Column. in cap. 13. par. 3. lib. 2. eod. tract. & D. Bernar. de obseruant. Sabbati, artic. 3. cap. 2.]

Nota etiam, quod is qui præsumitur magis diligere Rempublicam debet omnibus præferri, & propterea habentes filios pre-
52 feruntur ijs, qui non habẽt filios quia presumuntur magis Ciuitatem diligere, vnde [Diuus Augustinus (meus patronus, in cuius festiuitate die 28. Augusti 1594. Cosentiæ natus sum die dominicali oriente Sole, quã propter Marius Caputus, & Lucretia de Sancto Blasio parentes mei obseruandissimi ad eius laudẽ mihi imposuerunt nomen ipsius Sancti) ait, qđ procreare filios propter patriã pertinet ad officium virtutis [lib. 19. de Ciuit. Dei.]

Sic etiam originarij præferuntur incolis propter maiorem affectionem, quam habent ad patriam vti matrem, & propterea præferuntur incolis etiam magis idoneis [Freccia lib. 2. quæst. 23. de subfeud. & Grammat. cons. ciuil. 6. Rouit. in pragm. 2. num. 3. de administrat. Vniuers. & Valẽz. cons. 73. nu 39.] tum etiam, quia prælatio ad honores datur eis, quia subierunt onera antiquitus [Anna in allegat. 57. num. 8. et 9. et Valenz. in d. cons. num. 34. et seq. & cons. 55. num. 56.]

Nota etiam, quod Ciuitas Ciuis originarij præfertur Ciuitati Ciuis domicilij, quando idẽ Ci-
53 uis simul, et semel vocatur ad munera à Ciuitate originis, et domicilij, et potest se excusare respectu loci domicilij [l. assumptio ff. ad municipal. Platea in l. semper C. de decurio, et l. Ciues C. de incolis lib. 10. Montanar. in d. pragm. 2. num. 335. et Capiblan. in d. pragm. 10. nu. 75.

Nota etiam, quod inter æquales dignitate ille dicitur maior alijs, seu debet præferri alijs, qui est in suo territorio [glos.
54 vlt. in l. apud eũ ff. de manumiss. et l. nihil C. de palatijs lib. 12. et ibi Luc. de Penna col. 1.] vnde cũ tempore mortis Reginæ Margaritæ felicis recordationis in Ecclesia nostra metropolitana factæ fuissent exequiæ, vt moris est prætendebant Syndici, seu deputati Casalium nostræ Ciuitatis preferri Syndico, et electis popularibus nostræ patriæ, sed tamen propter hanc rationem fuerunt exclusi, vnde Syndicus, et electi

in-

in propria patria præcedunt etiã Ciues primariæ Ciuitatis [Surgens in cap.12.num.54.de Neapol.Illustr.] quia dignitas nõ est tribuenda genti alienæ exclamat enim [Propheta Baruch in c.4.] ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienę, [& Isaiæ cap.23.]gloriam meam alteri non dabo,quos refert[Valenz.in conf.70.num.75.]

Nota etiam quod data paritate inter plures circa eligendos
55 pulchrior præferendus est, & sic pulchritudo iuuat [Rouit: in d. pragm. 2. num.7. allegans [Baldum in prohęmio decretalium]

Nota quod data paritate in omnibus verum,& verissimum est officium Ciuitatis debere distribui per circulũ, ita vt omnes de eis participent [l.honorem §. de honoribus ff.de muner. & honor. & Bald.in l.nemini C.de ad-
56 uocat.diuersf.Iudic.] Vnde is,qui multis annis non fuit electus ad regimẽ præfertur illi, qui habuit aliàs officium.

Nota quod mandatum generalę de eligendo aliquem ad regimen nõ includit, quod per hoc
57 possit eligere personam inhabilem [Valenz.cons.73. num.1.]

Nota quod potẽtes excluduntur ab officijs,& hi sunt potẽtes,
58 qui secundum consuetudinem tales reputantur [Auendan. in prima parte cap.19. num.18. de exequend.mand.]

Porrò magis sunt senes quam iuuenes eligendi,nam antiquitati bene ordinatæ, & compositæ
59 est deferendum officium Ciuitatis [l.semper ff.de iure immunit. & Ægid.Column.in cap.7.par.2. lib.1.& in cap.3.par.4.lib.1.eod. tractat.] antiquitas autem in illo textu vocatur senectus,dum tamen,vt dicit textus sit benè ordinata,& composita ad differentiam aliquorum senum, qui describuntur in Comedijs,qui quęrunt mores puellarum, & veniũt in derisum populi, vnde dixit [Reg. peritissimus Valenz. in tract. de status,& belli ratione in introduct.par.2.num.14.]multũ præualere consilia senum, & arma iuuenum,nam in senibus pręsumitur prudentia, prudentia enim nascitur ex experientia, & vsu,Napodan.in Consuet. Neap. ad prohęm. Caroli in verbo vt igitur num.269. vsq; ad nu.282. fol.mihi 13. in antiquis ,] vnde dicit Phylosophus in 1.Metaph. experientia fecit artes, & in experientia casum, præterea senes tanquam homines,qui sæpè passi
60 sunt multas deceptiones, & experti sunt naturam hominum prauam ad malũ,sunt magis cauti,& procedunt cum maiore prudentia in eligẽdo id,quod tutius est, & non se exponunt faciliter periculis, vt faciunt iuuenes inexperti , qui multoties causant ruinas Vniuersitatum, sunt enim præcipites in consilio, neque aduertunt mala,quæ possunt succe-

tius] dixit [in 8. prosa in tract. de consolat. Phylosoph.] Beatas fore Respublicas si eas, vel studiosi sapientiæ regerent, vel eorum Rectores studere sapientiæ contingat,[& Auth. habita C. ne filius pro patre] debet tamen in litteratis non solum esse sal scientiæ,sed etiam bonæ conscientiæ, & hoc casu omnibus debent præferri, & in dubio semper præsumitur pro litteratis,quod sint meliores conscientię,quam illiterati, quod potest probari authoritate, & ratione latè per [Ægidiũ Column.in cap.13. par.3. lib.2. eod.tract.& D.Bernar. de obseruant.Sabbati, artic.3.cap.2.]

Nota etiam, quod is qui præsumitur magis diligere Rempublicam debet omnibus præferri, & propterea habentes filios pre-
52 feruntur ijs,qui non habẽt filios quia pręsumuntur magis Ciuitatem diligere, vnde[Diuus Augustinus (meus patronus, in cuius festiuitate die 28.Augusti 1594. Cosentiæ natus sum die dominicali oriente Sole, qua propter Marius Caputus, & Lucretia de Sancto Blasio parentes mei obseruandissimi ad eius laudẽ mihi imposuerunt nomen ipsius Sancti)ait,qđ procreare filios propter patriã pertinet ad officium virtutis [lib.19. de Ciuit. Dei.]

Sic etiam originarij præferuntur incolis propter maiorem affectionem, quam habent ad patriam vti matrem, & propterea præferuntur incolis etiam magis idoneis [Freccia lib 2. quæst.23. de subfeud.& Grammat.cons. ciuil.6.Rouit. in pragm.2. num.3. de administrat.Vniuers.& Valẽz. cons.73.nu 39.]tum etiam,quia prælatio ad honores datur eis, quia subierunt onera antiquitus [Anna in allegat.57.num.8.et 9. et Valenz. in d. cons. num.34. et seq.& cons.55.num.56.]

Nota etiam,quod Ciuitas Ciuis originarij præfertur Ciuitati Ciuis domicilij, quando idẽ Ci-
53 uis simul, et semel vocatur ad munera à Ciuitate originis, et domicilij, et potest se excusare respectu loci domicilij [l.assumptio ff. ad municipal. Platea in l.semper C.de decurio,et l.Ciues C.de incolis lib. 10. Montanar. in d.pragm.2.num.335.et Capiblan.in d.pragm.10.nu.75.

Nota etiam,quod inter æquales dignitate ille dicitur maior alijs, seu debet præferri alijs, qui est in suo territorio [glos.
54 vlt. in l.apud eũ ff.de manumiss, et l.nihil C. de palatijs lib.12. et ibi Luc. de Penna col.1.]vnde cũ tempore mortis Reginæ Margaritæ fęlicis recordationis in Ecclesia nostra metropolitana factæ fuissent exequiæ, vt moris est prætendebant Syndici, seu deputati Casalium nostræ Ciuitatis pręferri Syndico,et electis popularibus nostræ patriæ, sed tamen propter hanc rationem fuerunt exclusi, vnde Syndicus, et electi

in

in propria patria præcedunt etiã Ciues primariæ Ciuitatis [Surgens in cap.12.num.54.de Neapol.Illustr.] quia dignitas nõ est tribuenda genti alienæ exclamat enim [Propheta Baruch in c.4.] ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienę, [& Isaiæ cap.23.]gloriam meam alteri non dabo,quos refert[Valenz.in conf.70.num.75.]

Nota etiam quod data paritate inter plures circa eligendos
55 pulchrior præferendus est, & sic pulchritudo iuuat [Rouit: in d. pragm. 2. num.7. allegans [Baldum in prohęmio decretalium]

Nota quod data paritate in omnibus verum,& verissimum est officium Ciuitatis debere distribui per circulũ, ità vt omnes de eis participent [l.honorem §. de honoribus ff.de muner. & honor. & Bald.in l.nemini C.de ad-
56 uocat.diuers.Iudic.] Vnde is,qui multis annis non fuit electus ad regimẽ præfertur illi, qui habuit aliàs officium.

Nota quod mandatum generalę de eligendo aliquem ad regimen nõ includit, quod per hoc
57 possit eligere personam inhabilem [Valenz.conf.73. num.1.]

Nota quod potẽtes excluduntur ab officijs,& hi sunt potẽtes,
58 qui secundum consuetudinem tales reputantur [Auendan. in prima parte cap.19. num.18. de exequend.mand.]

Porrò magis sunt senes quam iuuenes eligendi,nam antiquitati bene ordinatæ, & compositæ
59 est deferendum officium Ciuitatis [l.semper ff.de iure immunit. & Ægid.Column.in cap.7.par.2. lib.1.& in cap.3.par.4.lib.1.eod. tract.] antiquitas autem in illo textu vocatur senectus,dummodo tamen,vt dicit textus sit benè ordinata,& composita ad differentiam aliquorum senum, qui describuntur in Comedijs,qui quęrunt mores puellarum, & veniũt in derisum populi, vnde dixit [Reg. peritissimus Valenz. in tract. de status,& belli ratione in introduct.par.2.num.14.]multũ præualere consilia senũm, & arma iuuenum,nam in senibus pręsumitur prudentia, prudentia enim nascitur ex experientia, & vsu,Napodan.in Consuet. Neap. ad prohęm. Caroli in verbo vt igitur num.269. vsq; ad nu.282. fol.mihi 13. in antiquis,] vnde dicit Phylosophus in 1.Metaph. experientia fecit artes, & in experientia casum, præterea senes tanquam homines,qui sæpè passi
60 sunt multas deceptiones, & experti sunt naturam hominum prauam ad malũ,sunt magis cauti,& procedunt cum maiore prudentia in eligẽdo id,quod tutius est, & non se exponunt faciliter periculis, vt faciunt iuuenes inexperti, qui multoties causant ruinas Vniuersitatum, sunt enim præcipites in consilio, neque aduertunt mala,quæ possunt succe-

dere ex rebus nouis, [Ægidius Column. in d. cap. 2. par. 4. lib. 1.] tamen ego dicerem optimum esse, si eligantur iuuenes insimul cum senibus, & exercitatis, quia iuuenes sunt cupidi glorię, & per hoc toto studio incumberent ad bonum Reipublicę, cum iuuenes parum viuant memoria, & multum viuant spe, sperant enim se magna facere, quare contingit eos animosos esse, & bonæ spei, vt latè per [Ægidium in cap. 1. dicta 4. par. lib. 1.] & à senibus retraherentur in casu, quo aliquid noui vellent statuere, quando tamen concurrerent iuuenes, & senes, seniores sunt præferendi [gl. in l. vt gradatim ff. de muner. & honor. & Afflict. in Constit. Regni incipien. vt Vniuersos nu. 50. de reseruanda indemnitate comit. &c.]

Decimotertio dico de his qui eligi debent, sequitur quæstio de his, qui eligi non possunt, item
61 de his, qui licet possint eligi possunt tamen se excusare, & ad hoc, vt recto ordine more solito meo procedat talis quęstio, dicendum eos esse inhabiles, qui non habēt requisita in persona eligenda, & quia ad hoc vt quis possit alium regere, requiritur prudentia, & fidelitas, ac honestas, vt diximus, si quis erit, qui nullam pœnitus prudentiam habeat, vel nullam honestatem, vel fidelitatem excluditur à voce actiua, & passiua, & ab omnibus officijs concedēdis ab Administratoribus Reipublicæ, excluduntur etiam hi, qui amiserunt ius Ciuitatis, nam ad hoc, vt quis possit eligi, & eligere oportet quod sit de numero ciuium, & consequenter ij, qui amiserunt ius Ciuitatis non poterunt nec eligere, nec eligi; propterea totam hāc quæstionem reducendam duxi ad quatuor capita, primum caput erit de his, qui nullam prudentiam habent, secundum caput de his qui nullam fidem habent, tertium caput de his, qui non possunt eligere, nec eligi propter infamiam, quartū caput de his, qui non possunt eligere, nec eligi propter amissionem iuris Ciuitatis.

Quoad primum non possunt eligi, nec eligere ij, qui amiserunt vsum rationis, nam cum omnis
62 nostra cognitio ortum habuit à sensu, vt dicit [Arist.] consequenter ij, qui sensum aliquem amiserunt, non possunt circa illud sensibile, quod est obiectum talis sensus prudentiam habere, & sic primo furiosi, quibus propter infirmitatem cerebri ex quo eis est immutata fantasia non possunt, nec eligere, nec eligi vllo modo, ita vt neque etiam possunt dare vocem ijs, qui debent ingredi ad parlamentum generale seruata forma [cap. 1.] nam furiosus æquiparatur infanti, ex quo nullum intellectum habet, & nihil gerere potest, & habetur loco absentis, ignorātis, muti,

ti,& mortui[Tiraquell.in 3.causa n.2. & 3.de pœnis legũ Reg. Valéz.conf.31.nu.19.20.& 21.] furor enim est cęcitas mentis ad omnia[Valenz.d.consil.num.48. & seq.] & furor talis est morbus, qui reputatur insanabilis,& pręsumitur durare quousq; contrarium legitimè probetur[Valenz. d.conf.num.37.& seq.]præsumitur autem furiosus is; qui curatorem habet cum Iudicis confirmatione [Decius in l.furiosi n.3. ff.de regul.iuris,] item qui habet memoriam inordinatam, item qui lapides proiecit more insanorum, item is quem parens,& consanguinei reputẽt furiosum, & nouissimè qualiter probetur furor, dicit [Marcell. Calà in gl. vnic.§.2.nu.288.vsq; ad nu.304. de modo art. & proband.]

Aduertendum est tamen,quod si furiosus haberet dilucida interualla,& demonstraretur fides
63 medicorum, tunc hæc inhabilitas respicietur tempore officij, non autem quod ex aliquo tractu temporis possit resipiscere [argum.§.in extraneis Instit. de hæred.qualitat. & differentia,] Vnde sufficit habilitas tempore vnionis inter omnes eiusdem familiæ ad vnum eligendum,vt interueniat ad kalendas Maij seruata forma[dicti secundi capitis] secus vero si eo tempore fuerit inhabilis, quia tunc non potest concurrere, hinc onus probandi spectat ad partem negantem,quę debet afferre fidem medici de inhabilitate,vt habeat suum intentũ,aliàs succumberet [Syluester in §.furiosus Instit. qui testam. tutores dari possunt.]

Furiosis æquiparantur prodigi vt plurimum,nam furiosus ille dicitur, qui actum furoris, &
64 non quietæ mentis exercet,prodigus verò dicitur ille,qui non habet tempus, vel modum, siuè finem expensarum inhonestarũ, & indecentium [l.1.§.1.ff.de curat.furios.& Decius in d.l.furiosi Ang.in §.cum vero col.1. Auth. vt determin.sit numer.Clericor. Marcell.Calà loc.cit.nu.1291.] allegans [Bald.] omnino videndum[in l.vbi adhuc nu.124.versic. pone enim quod fama est,C. de iure dot.& ante Innoc.in cap. fin.in glos.in verbo vtilitatem de supplend.negligen.Prælat.& glo. in Constitut. Regni incip. minoribus.]

Secundo furiosus cognoscitur ex sermonibus, prodigus ex factis [Dec.in d.l. furiosi nu.2.]

Tertio furiosus statim,& ipso iure est sub curatore,prodigo vero opus est, quod fiat interdictio bonorum [Bart. & Doctor. in l. is qui bonis ff. de verb. obligat.]
65 & valet contractus factus à prodigo non declarato per sententiam,licet patentes actus prodigalitatis exerceãt,& sic fuisse decisum in causa Illustris Principis Bisiniani refert [Capiblanc. in pragmat.4.num.48. de Baron.]

 vide

vide [de Franchis decis.672. per totam; & de Ponte in consil.67. & Couar. variar. resolut. lib.3. cap.7. & Annam cons.39.& 81.]

Quarto, furiosus caret vtraq; voce in sedili, prodigus verò ante sententiam minimè [Anna dicto cons.39. & cons.81.& Valenz.consil.31. num.10. & seq.]

66 vnde noto, quod prodigus post sententiam, & furiosus æquiparantur pupillo tàm in iudicijs, quàm in priuilegijs, & non possunt consentire, nec tacitè, nec expressè [Decius in l.in eo §. pupillus de regul. iuris, de Franch. decis.598.608.& 672. et Galterius in 1.par.rubr.2.num.24.in praxi tutelari.] Noto secundo quod prodigo etiam non petenti dari potest curator, & nec furiosus,nec prodigus, quibus dati sunt curatores possunt dicere,nec audiuntur, si dicant illos non esse furiosos,nec prodigos,[Dec.in d.l.furiosi num.3.et 4.]

67 Ebrij quoque excluduntur ab vtraq; voce, quia nesciunt quid loquantur, et æquiparantur furiosis,et infantibus[Tiraquell.in causa 6.n.8. de pœnis legũ,et assigno rationem,quare supradicti excluduntur, quia si sunt inhabiles ad tuendum se ipsos, quanto magis ad regẽdam Rempublicã, [arg.d.§.furiosi Instit. de Curat. Dec.in d.l.furiosi num.4. et seq. et Galter. in d. 1. par. rubr. 2. num.27. in praxi tutelari.]

Eadem ratione excluduntur Tumultuosi, idest qui suscitant tumultum,nam dicuntur imprudentes [Bald. in cap.vt iuxta de offic. ordinar. Arnonus in singul.57. et Carrabba sing.252.]

Item ridẽtes sunt etiam expellendi [Luc.de Penn.in rubr.C.de Silentiar.lib.12.num.2.]

Itẽ mutus,et surdus insimul à natura caret vtraque voce, licet intelligat ad motum labiorũ, quia

68 debet audire,quæ fiunt,et audiri non dicitur quod per sensum auditus non percipitur [Bart. in l.1.§.mutus,ff.de tutelis,Galter. in d.1.par. rub.2.num.25.] licet matrimonium possit cõtrahere, et in hoc est melioris cõditionis, pupillo,qui non potest contrahere [c.cum apud vbi Ioan. Andr. et Butr. de sponsal.et Costa in 1. par.Prax.cõuentionalis, n.289.] sic etiam potest expressè profiteri religionem,et valet donatio bonorum in consequentiam ingressus,etiam sine decreto Iudicis [Socc Senior cons.62.nu.14. volum. 1. et Costa loco citato num.290.]

Quod si quis non sit mutus,et surdus à natura,sed mutaster, vel surdaster tantum, vel vitio accidentali, tunc dicendum habere vocem actiuam, et passiuam, et posse esse de regimine, sicut possunt testari [l.quoniam indignũ,

69 et l.in aduersa, l.discretis C.qui test.face. possunt §.mutum Inst. de inutil. stipulat. §. dari autem Instit. qui test. tutor. dar.poss. Galter.

Galter.in d.par.1.rubr.2.nu.25. in fin.et Aret.in dicto §.dari autem num.3.]

Si quis etiam propter aliquã aliam infirmitatem amisit vsum rationis, non poterit eadem ratione interuenire in parlamēto, nec eligere, nec eligi, non enim datur prudentia sine ratione,& si minor viginti quinque annis repellitur,qui habet vsum rationis, tamen est subditus varijs captionibus, licet omnia possit facere eadē ratione,isti tales, qui propter aliquam infirmitatem nō possunt perfectè vti ratione, à simili non debent eligere, nec eligi, & sic dicendum de his, quos vocamus stultos, mentecaptos, & fatuos, sunt enim asperi ad correptionem.

Nota tandem, quod filius familias potest eligi,& eligere,nam patria potestas cum sit iuris pri-
70 uati,nō pertinet ad ea, quæ sunt iuris publici, [l. illud, & ibi Castrensis ff. quod cuiusq; Vniuersitatis nomine,] quinimò pater obligatur pro filij decurionatu, [Montanar. in d. pragm. 5. §.16. num. 2.]

Quoad secundum caput non possunt eligere,nec eligi infideles vt diximus supra [in d.cap.ibi in ij notab. *si debbia dare il giuramento*.]

Quoad tertium, & quartum quæ fundantur in ratione infamiæ, & amissionis Ciuitatis, est sciendum,quod lex,quę vtitur iustitia distributiuā multos homines ratione amissæ dignitatis pri-
71 uat iure Ciuium, & facit eos tales ac si nō forent Ciues,& propterea nō possunt, nec eligere,nec eligi,neque etiam possunt dare vocem; vt aliquis de sua familia interueniat parlamento generali vt diximus.

Quoad primum rebelles perdunt priuilegia, consuetudines, ius Reipublicæ, & beneficiū Ciuitatis, & quo ad ciuilia habentur pro mortuis,perdunt nobilitatem, & sunt infames, quorum
72 arma existentia in Ciuitate delentur, & per hoc repelluntur etiam à voce actiua,& passiua, [l.infamia,C.de decurio. lib.10. Afflict.decis.14.nu.16.& in Constic.Regni Comitibus quæst. 4. Roman. sing.471. Bon.de Curt. in tract.de nobil.in 7.par.nu.28. &Reg.Valenz.in par.2.consid.2. num.11.& seq. de status, & belli ratione.]

Banniti etiam ex eadem causa,quia amittunt iura Ciuitatis, fiunt infames, repelluntur à dignitate, consequenter desinunt habere vocem actiuam, & passiuam [Alberic.in tract.de statu.in 4.par.quęst.88.Martin.Laudens. in quæst.21.de dignitat.Bombin. consil.18.num.32. & 43. & Fab.
73 de Anna consil. 94. num.38. in 2. volum.]

Amplio etiam in eo, qui esset bānitus alterius loci, tamen subditi nostro Regi,tunc enim repu-

tatur bannitus in omnibus locis Domini nostri Regis [l. frater à fratre ff. de condit. indeb.]

Amplio etiam si bannitus prętenderet nulliter fuisse bannitũ; nam interim caret omni voce, donec per sententiam fuerit declaratum [de Franch. decis. 419. & ibi Amendola, & Montanar. in d. pragm. 2. num. 364.] qui allegat [l. eum quem C. de suspect. tutor. §. si quis autem Instit. eod. titul. & Bald. in l. si vt proponis C. quãdo prouoca. non est necess.]

Amplio etiam si Præses Prouinciæ concessisset fidantiam bãnitis, nam dare fidantiam spe-
74 ctat ad solum Principem [Martin. Laudens. in quæst. 20. de dignitat.]

Limito primo, non procedere in bannito declarato Romæ, vel alijs locis nõ subditis nostro Regi, nam potest eligi ad honores, & officia [l. 2. §. ex actis ff. de origin. iuris, & l. Mathematicos, C. de Episcopali Audient.]

Limito secundo, nam rebelles, & banniti licet priuentur voce actiua, & passiua, intelligitur in fauorabilibus non in damnosis, seu in honoribus non in oneribus, nam possunt habere onera Ciuitatis [glos. & Bald. in l. si quis solidum ff. de hæred. instituend. Bon. de Curt. in 7. par. num. 29. de nobil. glos. in rubr. C. de decurionibus lib. 10. Iason in rubrica num. 16. ff. de iustitia, & iure, Loseus in 1. par. cap. 3. num. 24. de
75 Iure Vniuersitatis, & c. ad mensam ij quæst. 3.]

Relegati etiam confinati, & iussi exulare, inquisiti criminaliter, & carcerati excluduntur ab vtraq; voce, etiam si carceratus detineatur loco carceris per palatium cum fideiussione [de Fran-
76 chis decis. 709. num. 2. in 4. tom. & Amendola ad decis. de Franch. 210. num. 20. per text. in l. 2. ff. de capitis diminut. l. 1. in fin. ff. de bonor. possess. contra tabulas, l. verum §. societas ff. pro socio, glos. in §. hi enim Instit. de excusat. tutor. §. cum autem is Instit. quib. mod. patr. potest. sol. l. vni. C. de reis postulan. lib. 10. Platea in l. ad tempus C. de his qui in exil. dat. lib. 10. & de Franch. decis. 689.] ratio est, quia prædicti non possunt sine contrauentione mandatorum in publicis honoribus versari.

Filij etiam, & fratres carnales committentium recattum non possunt admitti ad officia regiminis, ex speciali [pragm. 10. §. penult. de exulibus.]

Excommunicatus excluditur à voce actiua, & passiua, ex quo est membrum abscissum à corpore Ecclesiæ [Ripa in respons. c. 21. de rescriptis, Petra ad Gramm. decis. 65. num. 21. nouissimè Nouar. de elect. fori q. 33. sect. 2. & Vantius de nullitat. ex defect. iud. de leg. nu. 61. cum seq. & de nullitat. ex defect. iud. ordin. numero 137.]

Con-

Condemnati ad remigandum ad Regias triremes excluduntur ab vtraque voce [per text. in l. quoad statum, & l.in metallum, ff.de pœnis,] nam tales possunt
77 dici effecti serui pœnæ, & licet apud Christianos sit abolita seruitus[Bar.in l.hostes ff.de capt.] tamen est aliquo modo seruus, quia non potest discedere à loco deputato pro pœna, [& Platea in d.l. ad tempus] dicit non valere statutum, quod confinatus habeat vocem, sed si non valet tale statutum, ergo à simili non valebit de condemnato ad remigandum in triremibus, quia licet non esset effectus seruus pœnæ, tamen dicitur quodammodo confinatus ad seruiendum in triremibus.

Contumax nullam vocem habet per dicta [Carau.in rit.220. nu.2.& 269.nu.4.Foller.in praxi in verbo banniantur nu.55. Clarus in §.1.fol.2. à terg.vers. quæro etiam in praxi, latè per Thesaurum in decis.265. & Rouit.in pragm.de contumac.] nam contumax ex ipsa contumacia amittit beneficium iuris cinilis dum durat contumacia, & non potest
78 habere dignitatem, [Paris de Puteo in tract. de Syndic. in verbo inquisitio cap.3. nu.3.] vnde statimatque Baro est contumax suspenditur eius iurisdictio, & Prorex constituit Capitaneum pro exercitio iurisdictionis [Anna in singul.52.]

Iudæi non possunt esse de regimine, etiam si de nouo sint facti Christiani, ex quo adhuc primordia Iudaica durare præsumuntur,& magna iniuria fit Vniuersitati, et cuilibet de populo, cum habeant Christianos vti Iudæis [Iason in rubr.ff.de iustit.& iure; glosa in l. omnes in verbo munera C.de decurionib. lib.10. Castaldus quæst.75. num. 5. de Imperat.Campag. in cap.Regni Itē statuimus quod Iudæis 109. nu.6.et Rouit.in rubr. de Iudæis num.4.] possent tamen admitti ad onera, vt diximus, de rebellibus, dicit tamen [Amendola ad de Franchis decis.210.num.75.] quod Iudæus conuersus insignis, et persona decorata potest esse de regimine etiam si sit honor, et nota quod Christiani antiquiores sine difficultate præferri debent descendentibus Iudæorum, licet Christiani descendentes de genere Iudæorum posśint admitti ad regimen, secundum [Auendan.in d.1.par.cap.19.num.20.]
79 dicit tamen [Paschal. in 1. par. cap.10. num.54. et seq. de patr. potest.] descendentes à prosapia Iudęorum adeo esse exosos, quod hi ad nobilitatis iura nunquam aspirare possunt, et ideo magna est iniuria dicere, quod descendit de prosapia Iudæorum, et allegat [Ludouicum Pegueram in quæst.crim.13. per tot.]
80 Possunt tamen Iudæi effecti Christiani, et eorum descendentes

tes impetrare per Regem iura omnia Christianorum, et effici nobiles ex priuilegio, quemadmodum in simili dicimus, quod si adest statutum, quod Gebellini non admittantur ad aliquod officium, si hic prohibitus impetrauit per Regem iura Guelforum poterit ad officium promoueri, ac si esset verus Guelfus [l.3. ff. de interdictis, et relegat.]

Nota, quod si per statutum quis fuerit priuatus voce actiua, et passiua vna cum eius filijs, et nepotibus ob pœnam aliquam, filij, et nepotes non concepti nō comprehendūtur, nam ad hoc vt comprehendantur, oportet dici, et eorum posthumi, nam appellatione poststumorum comprehenduntur omnes descenden-
81 tes [l. Iuriscōsultus ff. de gradib.] et tandem circa materiam exclusionis obseruatur loci consuetudo, vt supra diximus non esse mutandam.

Quoad secundum, Clerici, milites Hierosolymitani, siuè Rhodienses, Sancti Iacobi, Sancti Stephani, Sancti Mauritij, et similes an possint eligi, et eligere, vide [de Grass. in tract. de effect. Cleric. in prælud. num.251. vsque ad num.256. Valenz. cons.5. nu.73. Campag. super Clemen. num.2.
82 fol.47. Auendan. in 1. par. c.19. num.22. de exequend. mandat. Campag. in d. clem. nu.13. fol.9. et Vrsill. ad Afflic. in decis.2. n.2.] et quid in Monacis, qui voluntariè abdicauerunt omnia temporalia, vide [Guid. Papa decis.563. Quid autem dicendum si adsit contraria consuetudo patriæ: dico illam seruandam si sit rationabilis, et præscripta iuxta regulas iuris, nam omne in consuetum videtur quasi turpè, et inordinatum, ex auctoritate Arist. in 7. Polit. cap.12. quod semper prima magis amamus, et sic obseruari audiui in diuersis Regionibus, et latè per [Ægidiū Columnam in par.2. lib.3. cap.31. de regimin. Princip.]

Circa materiam excusationū nota, quod valet argumentum à tutore, seù curatore ad officium Ciuitatis, seù Syndicos, et eius Electos, et propterea in omnibus
83 casibus, in quibus de iure reperimus quem admitti ad petendam excusationem à munere tutelæ, vel curæ, in eisdem casibus poterit petere excusationem à munere Syndici, seù Electi Vniuersitatis, ita etiam in omnibus casibus, in quibus quis remouetur tanquam suspectus ab officio tutelæ, vel curæ, remouetur etiam tāquam suspectus ab officio Reipublicæ, et propterea omnia iura, quæ loquuntur de excusationibus tutorum, vel curatorum, et de suspectis tutoribus, & curatoribus possunt induci ad materiam nostram [Bart. in l.4. ff. de fideiussor. et nominatoribus, et tot. titul. de excusar. tutor. et de suspectis tutor. in ff.] nam omnes

nes leges loquentes in illa materia inducunt ad materiam Syndicorum,& officialium,vt aliqua tamen specialiter dicamus, dicendum.

Primò excusari eum, qui habet priuilegium à Principe, ne ad munera eligatur [l.Senatus ff.
84 de officio præsidis.]

Secundò qui habet aliud officium publicum,vt potè est Iudex alicuius loci [l.his oneribus in fin.ff.de vacat.muner.& l.semper §.negotiatores ff. de iure immunitat.]

Tertio in absente causa ipsius Reipublicæ, nam excusatur ab officio nouo [d.§. negotiatores & d.l.his oneribus,]quod amplio procedere in absentaturo de proximo [l.penult.& ibi Bart.& Bal. ff. de test. milit.] secus si non esset de proximo absentaturus,sed longo tempore staret in Ciuitate,quia interim non habet vacationem ab officio antequam recedat,vel præparet se ad recedẽdum, [l.committuntur §. similiter ff.ex quib.caus. manumiss. & l. legato, ff. de legatio.] Amplio procedere in absentia causa ducendi in vxorem, prout in facto contingenti successit in personã Decij de Gaieta descendentis ex Masillo de Neapoli compatritio nostro,qui anno 1616. Kalendis Maij fuit nominatus Syndicus nobilium, & se excusauit vti absentaturus infra paucos dies per terram Maluiti,nam ibi expectabat cum alijs dare [Bald.in l.de-lem Secu nu.2.C. de Sacrosanct. sponsam, & Mondan.loc.cit.nu.24. Don Francisci ... Regij Auditoris nolunt ratione Iudicis meritissimi causarum criminalium Magnæ Curiæ Vicariæ
85 fuit recepta hæc excusatio, postea ipsemet Decius fuit nominatus ad officium Magistri iurati, & cum sit officium vtilitatis,noluit se excusare, verum ab ipso Auditore hæc nominatio non fuit admissa, quæ de iure admittenda erat, cum officium Magistri iurati non requirat residentiam, vti requirit officium Syndici[l.final.C.de decurion.l.1.ff. de decurionibus, & arg. l.1.C. quando, & quibus quarta pars, Montanar. in d.pragm.2.nu.15. de administrat.Vniuers.] sed solum residentia requiritur à Magistro iurato tempore nundinarum, & ad eius libitum potest proficisci Cosentia, & à regimine debet expectari vsque ad diẽ nundinarum, & interim non debet eligi alius, verum tempore necessitatis subrogatur seruata forma [cap.11.]vt infra dicemus quod amplio procedere etiam si ipse Magister iuratus ingressus est religionem militum Hierosolymitanorum, seù aliam religionem, nam intra annum professionis non dicitur Mona-
86 chus, aut religiosus [Bart. in auth. si qua mulier col. fin. C. de Sacrosanct.Eccl.& Bon.de Curt. in

tatur bannitus in omnibus locis Domini nostri Regis [l. frater à fratre ff. de condit. indeb.]

Amplio etiam si bannitus prętenderet nulliter fuisse bannitũ, nam interim caret omni voce, do nec per sententiam fuerit declaratum [de Franch. decis. 419. & ibi Amendola, & Montanar. in d. pragm. 2. num. 364.] qui allegat [l. eum quem C. de suspect. tutor. §. si quis autem Instit. eod. titul. & Bald. in l. si vt proponis C. quãdo prouoca. non est necess.]

Amplio etiam si Præses Prouinciæ concessisset fidantiam bãnitis, nam dare fidantiam spe-
74 ctat ad solum Principem [Martin. Laudens. in quæst. 20. de dignitat.]

Limito primo, non procedere in bannito declarato Romæ, vel alijs locis nõ subditis nostro Regi, nam potest eligi ad honores, & officia [l. 2. §. ex actis ff. de origin. iuris, & l. Mathematicos, C. de Episcopali Audient.]

Limito secundo, nam rebelles, & banniti licet priuentur voce actiua, & passiua, intelligitur in fauorabilibus non in damnosis, seù in honoribus non in oneribus, nam possunt habere onera Ciuitatis [glos. & Bald. in l. si quis solidum ff. de hæred. instituend. Bon. de Curt. in 7. par. num. 29. de nobil. glos. in rubr. C. de decurionibus lib. 10. Iason in rubrica num. 16. ff. de iustitia, & iure, Losæus in 1. par. cap. 3. num. 24. de
75 Iure Vniuersitatis, & c. ad mensam ij quæst. 3.]

Relegati etiam confinati, & iussi exulare, inquisiti criminaliter, & carcerati excluduntur ab vtraq; voce, etiam si carceratus detineatur loco carceris per palatium cum fideiussione [de Fran-
76 chis decis. 709. num. 2. in 4. tom. & Amendola ad decis. de Franch. 210. num. 20. per text. in l. 2. ff. de capitis diminut. l. 1. in fin. ff. de bonor. possess. contra tabulas, l. verum §. societas ff. pro socio, glos. in §. hi enim Instit. de excusat. tutor. §. cum autem is Instit. quib. mod. patr. potest. sol. l. vni. C. de reis postulan. lib. 10. Platea in l. ad tempus C. de his qui in exil. dat. lib. 10. & de Franch. decis. 689.] ratio est, quia prædicti non possunt sine contrauentione mandatorum in publicis honoribus versari.

Filij etiam, & fratres carnales committentium recattum non possunt admitti ad officia regiminis, ex speciali [pragm. 10. §. penult. de exulibus.]

Excommunicatus excluditur à voce actiua, & passiua, ex quo est membrum abscissum à corpore Ecclesiæ [Ripa in respons. c. 21. de rescriptis, Petra ad Gramm. decis. 65. num. 21. nouissimè Nouar. de elect. fori q. 33. sect. 2. & Vantius de nullitat. ex defect. iud. de leg. nu. 61. cum seq. & de nullitat. ex defect. iud. ordin. numero 137.]

Con-

Condemnati ad remigandum ad Regias triremes excluduntur ab vtraque voce [per text. in l. quoad ſtatum, & l.in metallum, ff.de pœnis,] nam tales poſſunt
77 dici effecti ſerui pœnæ, & licet apud Chriſtianos ſit abolita ſeruitus[Bar.in l.hoſtes ff.de capt.] tamen eſt aliquo modo ſeruus, quia non poteſt diſcedere à loco deputato pro pœna, [& Platea in d.l. ad tempus] dicit non valere ſtatutum, quod confinatus habeat vocem, ſed ſi non valet tale ſtatutum, ergo à ſimili non valebit de condemnato ad remigandum in triremibus, quia licet non eſſet effectus ſeruus pęnæ, tamen dicitur quodammodo confinatus ad ſeruiendum in triremibus.

Contumax nullam vocem habet per dicta [Carau.in rit.220. nu.2.& 269.nu.4.Foller.in praxi in verbo banniantur nu.55. Clarus in §.1.fol.2. à terg.verſ. quæro etiam in praxi, latè per Theſaurum in deciſ.265. & Rouit.in pragm.de contumac.] nam contumax ex ipſa contumacia amittit beneficium iuris ciuilis dum durat contumacia, & non poteſt
78 habere dignitatem, [Paris de Puteo in tract. de Syndic. in verbo inquiſitio cap.3.nu.3.] vnde ſtatim atque Baro eſt contumax ſuſpenditur eius iuriſdictio, & Prorex conſtituit Capitaneum pro exercitio iuriſdictionis [Anna in ſingul.52.]

Iudæi non poſſunt eſſe de regimine, etiam ſi de nouo ſint facti Chriſtiani, ex quo adhuc primordia Iudaica durare præſumuntur, & magna iniuria fit Vniuerſitati, et cuilibet de populo, cum habeant Chriſtianos vti Iudæis [Iaſon in rubr.ff.de iuſtit.& iure; gloſa in l. omnes in verbo munera C.de decurionib.lib.10. Caſtaldus quæſt.75. num. 5.de Imperat.Campag. in cap.Regni Itē ſtatuimus quod Iudæis 109. nu.6.et Rouit.in rubr. de Iudæis num.4.] poſſent tamen admitti ad onera, vt diximus, de rebellibus, dicit tamen [Amendola ad de Franchis deciſ.210.num.75.] quod Iudæus conuerſus inſignis, et perſona decorata poteſt eſſe de regimine etiam ſi ſit honor, et nota quod Chriſtiani antiquiores ſine difficultate præferri debent deſcendentibus Iudæorum, licet Chriſtiani deſcendentes de genere Iudæorum poſſint admitti ad regimen, ſecundum [Auendan.in d.1.par.cap.19.num.20.]
79 dicit tamen [Paſchal. in 1.par. cap.10. num.54. et ſeq. de patr. poteſt.] deſcendentes à proſapia Iudęorum adeo eſſe exoſos, quod hi ad nobilitatis iura nunquam aſpirare poſſunt, et ideo magna eſt iniuria dicere, quod deſcendit de proſapia Iudæorum, et allegat [Ludouicum Pegueram in quæſt.crim.13.per tot.]

80 Poſſunt tamen Iudæi effecti Chriſtiani, et eorum deſcendentes

tes impetrare per Regem iura omnia Christianorum, et effici nobiles ex priuilegio, quemadmodum in simili dicimus, quod si adest statutum, quod Gebellini non admittantur ad aliquod officium, si hic prohibitus impetrauit per Regem iura Guelforum poterit ad officium promoueri, ac si esset verus Guelfus [l.3. ff. de interdictis, et relegat.]

Nota, quod si per statutum quis fuerit priuatus voce actiua, et passiua vna cum eius filijs, et nepotibus ob pœnam aliquam, filij, et nepotes non concepti nō comprehenduntur, nam ad hoc vt comprehendantur, oportet dici, et eorum posthumi, nam appellatione posthumorum comprehenduntur omnes descenden-
81 tes [l. Iuriscōsultus ff. de gradib.] et tandem circa materiam exclusionis obseruatur loci consuetudo, vt supra diximus non esse mutandam.

Quoad secundum, Clerici, milites Hierosolymitani, siuè Rhodienses, Sancti Iacobi, Sancti Stephani, Sancti Mauritij, et similes an possint eligi, et eligere, vide [de Grass. in tract. de effect. Cleric. in prælud. num. 251. vsque ad num. 256. Valenz. cons. 5. nu. 73. Campag. super Clemen. num. 2.
82 fol. 47. Auendan. in 1. par. c. 19. num. 22. de exequend. mandat. Campag. in d. clem. nu. 13. fol. 9. et Vrsill. ad Afflic. in decis. 2. n. 2.] et quid in Monacis, qui voluntariè abdicauerunt omnia temporalia, vide [Guid. Papa decis. 563. Quid autem dicendum si adsit contraria consuetudo patriæ: dico illam seruandam si sit rationabilis, et præscripta iuxta regulas iuris, nam omne in consuetum videtur quasi turpè, et inordinatum, ex auctoritate Arist. in 7. Polit. cap. 12. quod semper prima magis amamus, et sic obseruari audiui in diuersis Regionibus, et latè per [Ægidiū Columnam in par. 2. lib. 3. cap. 31. de regimin. Princip.]

Circa materiam excusationū nota, quod valet argumentum à tutore, seù curatore ad officium Ciuitatis, seù Syndicos, et eius Electos, et propterea in omnibus
83 casibus, in quibus de iure reperimus quem admitti ad petendam excusationem à munere tutelæ, vel curæ, in eisdem casibus poterit petere excusationem à munere Syndici, seù Electi Vniuersitatis, ita etiam in omnibus casibus, in quibus quis remouetur tanquam suspectus ab officio tutelæ, vel curæ, remouetur etiam tāquam suspectus ab officio Reipublicæ, et propterea omnia iura, quæ loquuntur de excusationibus tutorum, vel curatorum; et de suspectis tutoribus, & curatoribus possunt induci ad materiam nostram [Bart. in l. 4. ff. de fideiussor. et nominatoribus, et tot. titul. de excusar. tutor. et de suspectis tutor. in ff.] nam omnes

nes leges loquentes in illa materia inducunt ad materiam Syndicorum,& officialium,vt aliqua tamen specialiter dicamus, dicendum.

Primò excusari eum, qui habet priuilegium à Principe, ne ad munera eligatur [l.Senatus ff.
84 de officio præsidis.]

Secundò qui habet aliud officium publicum,vt potè est Iudex alicuius loci [l.his oneribus in fin.ff.de vacat.muner.& l.semper §.negotiatores ff. de iure immunitat.]

Tertio in absente causa ipsius Reipublicæ, nam excusatur ab officio nouo [d.§. negotiatores & d.l.his oneribus,]quod amplio procedere in absentaturo de proximo [l.penult.& ibi Bart.& Bal. ff. de test. milit.] secus si non esset de proximo absentaturus,sed longo tempore staret in Ciuitate,quia interim non habet vacationem ab officio antequam recedat,vel præparet se ad recedēdum, [l.committuntur §. similiter ff.ex quib.caus. manumiss. & l.legato, ff. de legatio.] Amplio procedere in absentia causa ducendi in vxorem, prout in facto contingenti successit in personā Decij de Gaieta descendentis ex Masillo de Neapoli compatritio nostro,qui anno 1616. Kalendis Maij fuit nominatus Syndicus nobilium, & se excusauit vti absentaturus infra paucos dies per terram Maluiti,nam ibi expectabat Domicillam de Cosso nobilem Sedilis Capuani eius tunc sponsam, & à Præside cum voto Don Francisci de Ocampo tunc Regij Auditoris nostri, deinde Iudicis meritissimi causarum criminalium Magnæ Curiæ Vicariæ
85 fuit recepta hæc excusatio, postea ipsemet Decius fuit nominatus ad officium Magistri iurati, & cum sit officium vtilitatis,noluit se excusare, verum ab ipso Auditore hæc nominatio non fuit admissa, quæ de iure admittenda erat, cum officium Magistri iurati non requirat residentiam, vti requirit officium Syndici[l.final.C.de decurion.l.1.ff. de decurionibus, & arg. l.1. C. quando, & quibus quarta pars, Montanar. in d.pragm.2.nu.15. de administrat.Vniuers.] sed solum residentia requiritur à Magistro iurato tempore nundinarum, & ad eius libitum potest proficisci Cosentia, & à regimine debet expectari vsque ad diē nundinarum, & interim non debet eligi alius, verum tempore necessitatis subrogatur seruata forma [cap.11.]vt infra dicemus quod amplio procedere etiam si ipse Magister iuratus ingressus est religionem militum Hierosolymitanorum, seù aliam religionem, nam intra annum professionis non dicitur Mona-
86 chus, aut religiosus [Bart. in auth. si qua mulier col. fin. C. de Sacrosanct.Eccl.& Bon.de Curt. in-

in d.7.par.num.32.] & ratio est, quia in dicto tempore ante professionem potest contrahere matrimonium, [Decius consf. 330. num.4. Abbas in cap. non dubiū de sentent.excommunicat.Guid. Papa decif.363.in fin.Iulius Clarus §.testamētum,quæst.28.Phānucc.in tract.de lucro dot.glo.5. nu.24. quos sequitur Caualcan. in tract. de tut.& curat.nu.156.] propè verò diem nundinarum alius potest eligi ab ipso regimine,obseruando tamen[cap.8.infra] creato verò nouo Magistro iurato, si vetus Magister iuratus egrediatur a religione,non recuperat eandem dignitatem, & honorem, idest officium Magistri iurati(non loquor de alijs rebus, in quibus non est difficultas) [ex Concil.Trident.sess.25.cap.16.] vti ius quæsitum tertio, [l.non amplius in princ. ff.de legat.1. l. seruus C.de pact. & Caualcan. in tract.de vsufruct.nu.185. in fin.] & quoque ob tacitam renunciationem, ita colligitur ex [Cra-
87 uetta consil.241.] cum quilibet possit renunciare suo priuilegio, & præsumitur quoq; renunciasse gerendo actum contrarium ipsi officio Magistri iurati [Dec. in l.creditor nu.4.ff. de reg.iuris.]

Quarto in administrante rès fisci durante ipsa administratione [§.item Diuus Instit.de excusat. tutor. & ibi Angel.] limito non procedere in officio cœpto nam licet postea fiat administrator fisci, non excusatur [l.administrantes,& l.propter Magistratum ff.de excusat.tutor. & §. itē qui Reipublicæ Instit.eod.titul.]

Quinto in gaudētibus in duobus sedilibus, prout sunt pauci in Ciuitate Neapolis, & alijs locis[de Franch.decis.207.nu.16.] si dictus nobilis reperiatur ele-
88 ctus potest se excusare in alio sedili, ne duplici onere grauetur, sed si eodem tempore fuerit electus in duobus sedilibus,attenditur prioritas temporis [arg.l.1. ff.de albo scriben.]

Sexto in nobilibus magnatibus [Ottalor. in 5.par.cap. vlt. num.8. de nobil.]

Septimò in personis habentibus dignitatem,quia non sunt eis danda officia vilia, vt puta si nobilis eligeretur ad officium populare, seù vile [Bart.in l.vlt.C. de susceptor. lib.10.] verum potest compelli cum clausula citra præiudicium prætensæ nobilitatis,pluries fuisse decisum refert [de Ponte de potest. Proreg.in §.1. tit.2. de abundant. Ciuit. & Reg. num.4.]

Octauo excusatur indignus ad officium, si eligeretur, ne incurreret in pœnam acceptando,neq; cogitur acceptare [Auendan.in 1.par.cap.19.num.24. vers.2. de
89 exequend.mandat.] fallit nisi ad officium honoris eligeretur infamis, nam illud officium, licet habeat annexum honorem, non potest recusare infamis,pra textu infa-

infamiæ,nam ex pœna præmium consequi non potest [Plat. in l. nec infamis C.de decuri. lib.10.]

Nono ad excusationem administrationis Reipublicæ prosunt patri filia monialis, filij in bello amissi, filij mortui pro seruitio Dei,& filij religiosi,nam Monaci computantur in numero filiorū, vt pater excusetur à muneribus [doctissimus Viscontus ad decis. de Franchis 532.& l.2.§. numerus ff.de vacat. & excus. muner.] Quilibet enim quinque filios habēs ab omnibus muneribus personalibus excusatur, & procedit quoq; in quinque nepotibus na-
90 tis ex quinque filijs,secus autem si essent quinque nepotes nati ex vno filio,quia pro vno reputātur, non tamen excusatur à publicis muneribus habentibus dignitatē annexam [Martin. Laudens. in quæst.38.de dignitat.de Franchis decis.65. num.4. Amendola ad decis.de Franch.210. num.60.& Paschal.in 4. par. cap.4. num.6. de patr. potest.]

Decimo excusantur maiores septuaginta annis ab officio Syndicorum requirente residentiam [text.& ibi glos.in l.2.§. fin.ff. de decurion. & l.sextum decimum §.corporis, & ibi Alberic. ff. de
91 vacat.muner.] secus autem in alijs officijs non requirentibus residentiam, vt sunt omnia officia ferè Ciuitatis præter officia Syndicorum,& assistentium,& c.qui possunt præstare consilium, & votum cum alijs dare [Bald.in l.decernimus nu.2.C. de Sacrosanct. Eccles.& Auendan.loc.cit.nu.24. vers. isti tamen.]

Vndecimo excusatur ratione infirmitatis, quæ est impedimentum,vt etiam rebus suis superesse non possit [l.quæsitum, & ibi Bart. & Doctor. ff. de re iudic.] quæ infirmitas duplex est, aut est morbus perpetuus,& præstat vacationem, & excusationem perpetuam [glos. in l.1. C.qui morbo se excus.] quinimò etiam volens excluditur,& morbus perpetuus dicitur, quando non subest sanitatis spes, licet possit tolli per diuinum miraculum [l.luminibus C.qui dare tutor.& Valez.
92 cons.25.nu.37.] non inelegāter ponuntur duo carmina [Ioannis Mariæ Bernaudæ in libro vocato la Zotica fol.35.]

Dunque non hauran fine i dolor miei,
Nò nò, dice il mio core.

Et eadem regula procedit in eo, qui caret vtroque lumine qui se excusat, secus si altero tantum l.fratri C.de excusat.tutor.& gl. in d.l.1. C. qui morbo] sed si est morbus superueniens,qui differt à morbo perpetuo non remouet ab officio regiminis, sed potest excusari,& si non se excusat, potest Iudex eligere alterum, [l.si tutor ff. de auctor. tutor. l. post susceptum,ff. de excusat.tutor.l. quam plura ff.de tutel.]

Sed

Sed quæro quid in infirmitatibus familiæ, aut parentũ, an præstent excusationem, & dicendum quod non [l. fin. C. qui morbo lib. 10.]

Quid in Iudice, & dicendum aut est impedimentum leue, & breui tempore duraturum, et
93 tunc non remouetur aliàs secus l.penult.§.fin.& ibi Bar. ff.de vacat. muner. & l.si longius §.1. ff. de Iudicijs, & ibi Bart.]

Decimosecundo in paupertate, quæ præstet vacationem ab officio, & quis dicatur pauper relinquitur arbitrio Iudicis, & adest priuilegium [Regis Alphonsi in anno 1473.nu.5.circa fin.fol.28. à ter. Bart. & Doctor. in l.si constante ff. solut. matrim.] pauper
94 enim oportet omni die laborare in persona, & victum pro se, & filijs suis quærere, & per consequens, vt sibi victum quærere habeat non est condignum, vt aliena negotia administrare cogatur. [l.præsens C.de seruitut.] & officium suum nemini debet esse dãnosum [l.si quis ex signatoribus ff.si quis omiss. caus. testam.]

Nota, quod hæ excusationes debent specificè proponi, nec sufficit eas proponi generales, [glo. in cap. et circa electiones de electione in sexto Bald. in l.scire, & l.oportet §.scire ff.de excusat.tutor.] nonnulli vero arte se excusant, vt habeant viuam vocẽ, hi verò dubitant habere vocem, & hac arte vidi nonnullos admitti.

Nota quod Ciuis originarius electus ad officium Reipublicæ licet habitet in alia Ciuitate tenetur ad munera personalia [Afflict.decis.384.] quia omne naturale est immutabile, et cum ciuilitas originis sit naturalis, consequẽter dicitur immutabilis [l.assumptio, et l.si §.penult.ff.ad municipal. et l. origine C. de municip. et originarijs libro vndecimo, et l. filios C. de municip. et originar.]

His expositis circa excusationem, dicendum est de his, qui remouentur tanquam suspecti, et
95 licet possit hæc quæstio generaliter terminari, ex ijs, quæ dicuntur in suspectis tutoribus, et curatoribus proportionaliter, vt diximus supra, tamen aliqua dicenda nobis sunt hic specialiter, vnde debitores, et litigantes cum Republica non possunt eligi tanquam suspecti [l.1.C.de debitor. lib.11.et l.rescripto §.debitores, ff.de muner. et honor. Losæus in 3.par.cap.6.num.18.de iure Vniuersitatis, et prag.5.§.17. et 18. de administr. Vniuers. et ibi Foller. et Montanar.] et nouissimè [Rouit.] refert fuisse decisum in Regio Collaterali Consilio [in d.pragm. num.32. in fin.] quam opinionẽ amplio procedere quoque in creditore, qui licet non perdat creditum, tamen electio erit nulla, et sic remouẽdus [Mõtanar.in loc.citat. num.7.] et iuuatur ex auctoritate [Auth. mi-

noris

noris debitor C. qui dare tutor. poss.] vbi loquitur non solum de debitore, sed etiam de creditore, qui non possunt exercere tutelã pupilli, alias creditor actionem perdit, & debitor solutione non defenditur.

Amplio etiamsi debitor daret pignus, vel fideiussores, & hoc procedit de iure Regni [Foller.
96 in d.§.nu.41.] & ratio est, quia pignus pro debitore liberando nõ datur insolutum Vniuersitati [l. sed et si pater, vbi glos. ff. ad Maced. & ibi Alberic. num. 2.] de iure cõmuni admittitur [Martinus Laudens. quæst. 27. de dignitat.]

97 Amplio, quod debitores, & litigantes non solum sunt remouendi, & carent voce actiua, & passiua, verum etiam excluduntur ab officijs concessis ab ipso regimine, vt puta ab officijs grasseriorum, Aduocati, seù Consultoris, Procuratoris, Secretarij, Rationalium, Assistentium, & similium, [Zappull. in dicto §.17. num.16.]

Amplio procedere etiam in officialibus, qui non dederunt rationem [Auendan. in loc. citat. num.25.] & ex eadem regula administratores Reipublicæ fiunt ineligibiles ad quæcumque officia, si fraudem commiserint, & fuerint conuicti [Foller. in dicta pragmat. §.5. num. 16. & §. 16. num.40. in fin.]

Limito non procedere in debitore, & litigante volentibus tàm Vniuersitate, quàm ipsis tex.
98 [in l.2.C.de muner. & honor. nõ continuand.& Capiblan.in pragmat. 10. num. 73. de Baron.] & ratio est, quod valet argumentum de tutore ad administratores Reipublicæ, & tamen tutor testamentarius potest administrare, si testator sciebat illum esse debitorem, seù creditorem, [Bart.consil.148. vol.1. Aret. in §.actionum Instit.de actionibus, & Zappull.in d.prag.§.16.nu.2.] Item infames repelluntur à regimine [l.infamia C. de decurion. lib. 10.] Et tamen si fuit electus potest esse propter vtrumq; consensum Reipublicæ, scilicet, & infamis [Iason in l.Vniuersis nu.2. C. de precib. Imperat. offerend. Paulus de Castro in l.1.num.6.ff. ad legem Falcidiam, Losæus in d.1.par. cap.3. num.89.] meritò igitur Carolus Ferrarus in anno 1602. fuit admissus ad officium Syndici nobilium, qui litigabat cum nostra patria.

Limito Cosentiæ, nam propter consuetudinem litigantes, aut debitores habent vocem
99 actiuam in sedili, & non obstat decisio S. R. C. vt refert [Amendola ad decis. de Franchis 210. num. 16.] nam hi eligerent sibi coniunctos, & amicos, vnde consuetudo multum præualet in materia nostra.

Limito

Limito non procedere si debitor electus sit modicæ quantitatis [de Franchis decis.404. nu.6. Zappull. in dicto §.16. num.6. & seq. & Iason in l.sciendum nu.15. ff. qui satisdar. cogan.]

Limito, quando non reperiuntur alij idonei, qui negotia Reipublicæ administrarent [Foller. in dicto §.17.& 18.& Montanar. ibi. num.5.] per auctoritatem [l.vt gradatim §.quotiens ff. de muner. & honor. l.3. §.spurios ff. de muner. & l. honor §. fin. ff. de muner. & honor.]

Limito non procedere in litigante cum Barone, ita fuisse decisum in Sac.Cōs.refert [Capibl.
100 in prag.10.nu.80. de Baron.]

Limito non procedere in condemnatis, si postea fuerunt absoluti, & sic obseruatur vbique [l. si reus paratus ff. de procurat.] quicquid dixit [glos. in l. vtique autem ff. de rei vendic.]

Nota tamen, quod si electus renunciat liti, quæ adhuc non est finita, stante ipsa renunciatione debet admitti ad officium, & idem in debitore, qui ante tempus administrandi soluerit [glos. in Authent. minoris debitor versic. prohibetur C. qui dar. tutor. vel curat. poss.]

Actuarij etiam, & familiares vti adhærentes Baroni excluduntur ab officijs Reipublicæ, & procedit in terra baronali, sunt enim suspecti Reipublicæ, propter adhærentiam, quam habent cum Barone, cum quo solent semper esse lites [Amendola ad decis. de Franchis 210. numero 16.]

Affectatio etiam facit aliquem suspectum, veluti si quis est nominatus ad aliquod officium, & est debitor Reipublicæ si in promptu offerat soluere, est in arbitrio Iudicis illum admittere, vel non admittere, quia illa solutio promptuaria indicat affectationem, [Paschal. in 3. par. cap. 9. nu.43.]

Noto, quod non contribuentes in functionibus fiscalibus non habent vocem actiuam, nec pas-
101 siuam, ita placuit Regi Ferdinando in anno . . . . fol. 47. à terg. num.8.] nisi ex priuilegio, vt dicam [in cap.13. & 15.] sed caueant se in libro æstimi, seù registri describi, quia sibi præiudicant, & si reperitur inscriptus, debet appellari infra decem dies, aliàs dicitur consentire [Gabriel. in libro Conclus. titul. de immunitat. & Thesaurus decis. 159.]

Decimoquarto quæro quo tempore debeat fieri congregatio Ciuium de mane, vel de sero, & dicendum est, quod de-
102 bet fieri de mane, nam consilium debet accipi oriente Sole, & occidente debet fieri conuiuium, quia de mane per septem horas homo est melioris

intel-

intellectus, quam alia parte diei, & deliberatio debet fieri stomacho ieiuno, quia tunc melius vigent sensus [glos. in l.2. §. primo, ff.de verb. signific. & l.2. ff. de annuis legat. & cap. sanè 25. quæst. 1. & Bald. in rubric. C.de operis libert.]

Nota, quod eloquentia sine scientia multum Reipublicæ nocet, scientia vero sine eloquen-
103 tia parum proficit [Paris de Puteo in tractat. de Sindicat. in verbo Sindicatorum officium cap.4.num.4.fol.102.]

104 Nota quod litigans cum Vniuersitate, & si est electus ab ea ad aliquod officium, & ipse dissimulans suum impedimentum suscipit officium debet puniri, vt indignus consentiendo electioni de se factæ, [l. qui cum vno §. insulam, ff. de re milit. Baldus in l. Cassius num. 8. versic. sed certè, ff. de Senat. & Zappull. in pragmatica quinta, §. 17. num. 7. de administrat. Vniuers.]

I DE

DE REGIMINE REIPVBLICÆ, &c.

Caput Quartum.

Che si faccia vna cassetta spartita in due parti, & vna con la scrittura del Sì di sopra, e nell'altra del Nò, e standosi ciascuno nel suo luogo, il Cancelliero debbia andare à torno con la cassetta, nella quale ogn'vno ponga la sua ballotta, e quello c'hauerà le due parti delle ballotte sia ammesso nell'officio, che si fauella tanto di Mastro giurato, quanto di Sindico, & eletto, & essendoci alcuni pari di ballotte, si debbiano inbussulare, & vscire a sorte, & occorrendo che non hauesse le due parti si debbiano pigliare delli Sindici, & Mastro giurato due di quelli, che haueranno più voci, e quelli inbussulare, e farli vscire a sorte: e così de gli Eletti si debbiano inbussulare secondo la quantità che manca, come saria a dire, manca vno eletto, se ne debbiano pigliare due di quelli, c'haueranno più voci, & inbussularli, & farli vscire a sorte, e mancandone due se ne pigliano quattro, e così ne gli altri, che sempre siano due parti di quelli, che s'inbussulano, con conditione che tanto Sindico, come Mastro giurato che non haue la terza parte delle voci non possa essere inbussulato per vscire a sorte; E che nel medesimo modo si debbia fare nel Sindico, & eletti de gli honorati Cittadini, dummodo che non siano artigiani, & idioti, che siano Eletti, dichiarando, che quando occorresse, che alcuno delli nominati non hauesse la terza parte delle voci, che all'hora si debbia denominare altro, affine che venga ad hauere la terza parte delle voci, vt supra.

Cum

Cum superius explicata sint, quæ ad nominationem, & quæ ad conuocationem parlamenti pertinent, transit nunc Author ad materiam, scilicet electionis, & quæ sint consideranda circa validitatem ipsius, ne fiat nulla, & ibi proponuntur multæ quæstiones circa appellationem, iudicium sortis, ac quoque exclusionem officiorum Gubernij.

SVMMARIVM.

Actus electionis explicatur, & primo diffinitur electio, nu. 1.

In electione quæ sunt consideranda circa validitatem ipsius, ne fiat nulla, nu. 2.

De electione contra formam statutorum, consuetudinis, & Pragmatica omnes de Republica possunt appellare, nu. 3.

Appellatio huiusmodi quanto tempore durat quoad instantiam prosequendam, nu. eod

Proponenti excusationes legitimè datur appellatio si non fuerit admissus, nu. eod.

Expensæ factæ circa appellationē quando tenentur soluere à nominatore, nu. eod.

Appellatio, quæ proponitur à proponente excusationes interponitur infra quinque dies, n. 4.

Electus, vt obtineat excusationem, debet citare officiales de regimine, nu. eod.

Appellatio est cognita ab omnibus gentibus, nu. eod.

Electus ad officium nobile, dum non esset nobilis, an interim sit manutenendus, nu. 5.

Solutio facta Syndico pendente lite super eius electione, an valeat, nu. 6.

Priuatus, aut suspensus ab officio per sententiam durante appellatione non potest exercere, nec eligi ad aliud officium, nu. eod.

Priuatus officijs à Principe potest compelli ad acceptandum officium, nu. 7.

Electus ab inimico, & volens potest appellare, nu. eod.

Statutum reducens officiales Reipublicæ ad minorem numerum nō præiudicat electis tempore statuti, nu. 8.

Parlamentum populare constituitur in secunda die mensis Maij, num. eod.

Familiæ populares sunt scriptæ in libro in numero certo, & non possunt aggregare, nec reintegrare, nisi consensu duarum partium ex tribus, num. eod. & in cap. 1.

Baro non habet electionem circa eligendum quem ad officiū Vniuersitatis, nu. 9.

Baro habens quasi possessionem cōfirmandi, manutenendus est in illa quasi possessione, numero eodem.

Baro habens ius eligendi vnum ex

nominatis cum clausula, quod si nullus sibi placuerit, debeat alius nominari, an possit semper respuere, nu. 10.

In causa electionis potest procedi die feriato, nu. 11.

Tempus appellandi in dicta causa, an possit prorogari, nu. 12.

Statutum excludens filiumfamilias ab vtraque voce valet. num. 13.

Quid sit sors, & quis sit Iudex in iudicio sortis, & in quib. casibus admittatur tale iudicium, & in quibus non admittatur, nu. 14. & seq.

Si duo Canonici pari numero discordarent in eligendo, potest superior compellere eos ad concordandum sorte, nu. 17.

Nobiles Sedilium Neapolis *non vtuntur sorte, sed quo, docet, num. 18.*

Iudicium sortis est iudicium fortunæ, cuius Dux *est Deus, nu. 19.*

Author respondet argumentis de iudicio sortis, nu. 20.

Maior natu debet diuidere, & minor eligere de consuetudine, non autem de iure, nu. 21.

A iudicio sortis non datur appellatio, nec restitutio in integrum, nu. 22.

Reprobatur dictum, quod fortuna sit similis ludo perditionis, numero 23.

Electio non valet ad applausum hominum, nu. 24.

Habens minorem numerum votorum eijcitur, cæteri vero duo ponuntur in sorte, nu. 25.

Minor pars Vniuersitatis si aliquid faciat, & postea illud idem sit ratificatum ab alijs partibus non valet, nu. 26. Et adducitur simile de compromisso, vt ibi declaratur.

Id quod dispositum est in materia nobiliũ proportionabiliter habet locum in platea populari, num. 27.

Dictio, eadem, facit relationem specificam ad præcedentia, numero eodem.

In Gubernio Reipublicæ eliguntur nobiles, & populares, nu. 28. 29. & 30.

Consuetudo, seu priuilegium quod nobiles excluduntur ab officijs, non valet, nu. 31.

Artifices excluduntur à voce passiua, nu. 32.

Statutum nostrum excludit artificem manualem; & qui dicitur artifex manualis, & qui scientificus, nu. eod.

Ad cognoscendum artium vilitates consuetudine locorum standum est, nu. 33.

Mercatura an sit ars, & causet ignobilitatem, & ibi diffinitur ars quæ sit, nu. 34.

Mercatura Venetorum, & Ianuensium non obest nobilitati, numero eodem.

Nobilitas non amittitur ab exercente mercaturam per interpositam personam, neque in vendendo triticum, vinum, aut oleum proprium, nu. 35.

Ex necessitate loci permittitur mercatura, nu. eod. No-

Nobilibus licet exercere agricultu-ram, & adducitur exemplum Cyri *iunioris Regis Persarum, num. 36. ac affertur limitatio, num. 37.*

Mercatura detrahit aliquid nobili-tati, quidquid sit de statuto, & consuetudine, nu. eod.

Nobilissimæ familiæ Sedilium Nea-polis nobiles censentur, quia mercatura vacent, nu. eod.

Medicina est ars liberalis, & affert dignitatem, nu 38.

Author reprobat argumenta oppo-sita contra medicinam, nu. 39.

Artifex quomodo probetur, nu. 40.

Aromatarij habent vocem passiuam sed per exercitium artis amit-titur nobilitas in patria mea, In Ciuitate verò Sulmonæ *non amittitur nobilitas, num. eod. & ibi dicitur quod Ciuitates Tabernæ, & Sulmonæ vtun-tur nostris Statutis.*

Vsus loci multum praualet ad de-clarandas personas viles, & inter viles cõnumerantur pro-xenetæ, lenones, pistores, liber-ti, serui, & auarus, & exclu-duntur ab omni voce, nu. 41.

Ambientes officia excluduntur ab illis, nu. 42.

Præceptor Grammaticæ, & Chiru-gicus possunt eligi, nu. 43.

Notarij, Procuratores ad lites, Ga-bellotti, Actuarij, Argentarij, Scribæ, & illi qui propter pœ-nam seruierunt Regijs triremi-bus, admittuntur ad officia po-pularia, nu. 44.

Officia tangentia populares afferũt quandam præeminentiam, nu-mero 45.

Idiotæ excluduntur ab officijs, & describitur idiota, & imperi-tus, & quomodo differant in-ter se, & quare fuerunt exclusi num. 46.

Et quid si reperiatur persona tam sufficiens, & diligens in admi-nistrando negotio, & affertur limitatio, nu. 47. & seq.

Illiteratus quomodo probatur, nu-mero 49.

Priuilegium, seù consuetudo quod eligitur tantum vnus Syndi-cus ex parte nobilium, valet, & producitur priuilegium con-cessum Ciuitati Tarenti, nu-mero 50.

EXPLICAVIMVS primum actum videlicet nominationem, nunc videamus de electione, qui est secundus a-
1 ctus post nominationem, cum nominare multoties idem sit ac eligere [Rouit. in prag. 2. nu. 27. de administr. Vniuers.] sed in nostro textu nominare pręcedit electionem, nam vnus nominat, & cæteri de Republica eligunt, & electio nihil aliud est, nisi assumere aliquos ex pluribus nominatis ad dignitatem [Doctor. in rubr. de elect. in 6. Clement. statutum de elect.] & est multiplex,

[vt per Doctor. in d.rubr.] ſed vt diſtinctè, ac ordinatè procedamus videndum eſt, quæ ſint conſideranda ad validitatem electionis, quibus omiſſis electio eſſet nulla, vel ſaltim eſſet inualidanda, & de forma electionis eſt, vt obſeruentur omnia requiſita in textu noſtro, aliàs electio eſſet nulla, nam ea quæ ſunt de forma, niſi interueniant, annullant actũ [cap. cum dilecta, vbi Felin. de elect.] quæ autem ſint obſeruanda in electione officialium Reipublicæ de iure communi, & de iure Regni ſunt videndæ [Regia pragm.5. de adminiſtr. Vniuerſ.] & præcipuè conſuetudo illorum locorum [l. item eorum in princ. & ibi Bar. ff. quod cuiuſq; Vniuerſitatis nomine, & Reg. Valenz. cõſil.73. nu.33. gl. & Plat. in rub. C. quemadmodum Ciuil. muner. in d.lib.10. Bal. in l.1. nu.44. C. qui admitti Capolla in tract. de Imperat. in fin. verſ. circa hanc, & latè Auendan. in 1 par. c.19. nu.14. cum pluribus ſeqq. de exequend. mandat. Princip.] Si verò fieret electio contra formam Pragmaticæ, Statutorum, & conſuetudinis tunc quilibet de Sedili, ſeu de Republica poteſt appellare de hac electione [l. vnica, C. de potior. ad munera nominandis lib. 10. l. ſi reus delatus §. fin. & ibi gloſ. ff. de muner. & honor. Ang. in §. fin. in Auth. quomodo oportet Epiſc.] & talis appellatio quo ad inſtantiã ad eam proſequendã durabit p duos menſes, & non vltra [l.1. C. de tempor. appell.] quæ appellatio datur etiam, quãdo quis pꝓpoſuerit excuſationes, & non fuerit admiſſus, nam tunc poterit appellari, et expenſæ factę circa huiuſmodi appellationem ſoluentur proponenti excuſationem à nominatore ſi cauſa odij fuerit nominatus [Rouit. in pragm.2. nu.18. de adminiſtrat. Vniuerſ.] in alijs vero caſibus vide [Oldradum conſil.38.] & iſta appellatio, quæ proponitur à proponente excuſationes interponetur infra quinque dies ſecundum formam textus [in l. qui ad ciuilia, & l. nominationes C. de appellat.] quas refert [Auendan. in loco citat. nu.28. verſ. his caſibus,] tamen electus nunquam obtinebit excuſationẽ niſi fuerint citati ipſi de regimine, & obtinuerit decretum [Auendan. loco citato num.26.] & non valebit ſtatutum factum ne appelletur [c. veniẽtes de iure iurand. & Bald. in l. fin. C. de ſentent.] & habebit locum appellatio de ſententia lata auctoritate ipſius ſtatuti [Alberic. in tract. de ſtatu. in 3. par quęſt.56.] quia appellatio eſt de iure naturæ, vnde dixit [Diuus Paulus] appello ad Cæſarem [Bal. in l. ſi appellationem ff. de appellat.] & ab omnibus gentibus cognita, à Caligula tamen impiè fuit ſublata [doctiſſimus Reg. Conſil. Georg. in cap.20. num.9. & ſeq. in repet. feudal.] & ſic malè dixerunt Socrates

Margin numbers: 2 (beside "mus videndum eſt"), 3 (beside "ticæ, Statutorum"), 4 (beside "lat.] quas refert").

crates [teste Plat.] quod vetuit iudicia in Ciuitate multiplicari, ne daretur Ciuibus ansa litigandi, quoniam humanus effectus ad contrauertendum natura facilis est [l.item si vnus §. vlt. ff.de arbitr.& Strabo lib.6.] refert eos, quibus plurimæ sunt leges,& iudicia plerumque viuendi ritu deprauatos inueniri; nutritur enim controuertendi libido, multitudine legum,& iudiciorum,neglecta interim Ciuili vita; sicut Atheniensibus sæpè per iocum obijci solebat,& serio tandē exitio fuit, quod scriptitandi multo magis, quam obseruandis legibus animum intenderent. Horrenda hodie exempla sunt,si quis circumspiciat Iustinianus Cæsar inter bonos vtiq; Principes numerandus. Nunc admonendi sumus (inquit) magnam curam egisse, qui iura substinebant, ne facile homines ad litigandum procederent,quod & nobis studio est [Instit. de pœn.tem. litig. in princ.] concludamus itaq; necessaria esse plurima iudicia, & præcipuè quoad effectum appellandi,prout sunt in hac Ciuitate Neapolis quibus remitto me ad quæ scripsit [Marcus Antonius Caualerius doctissimus Iurisconsultus, ac maximus historiographus tertio volumine,seù supplemento historię huius Regni, licet sub nomine Summontis sit liber inscriptus.]

Sed primo quæro quid si quis fuerit electus ad officium nobile, ad quem non spectabat tale offi-
5 cium nobile, & fuerit oppositum & dictum de nullitate, an interim manutenendus sit in possessione, & dicendum est, quod est manutenendus in quasi possessione si reperitur in dicta quasi possessione, alias non, nisi probet se esse nobilem [Auendann. loc.cit. nu. 23.vers.nam si opponitur]& electus ne priuetur officio, in quo fuit electus, poterit intentare remedium interdicti retinēdæ possessionis, & probare duo,scilicet electionem factam rectè, & possessionem officij per ingressum [Bellamera decis. 17. & Afflict. in const. cum satis sub rubr.48.]

Secundo quæro quid si pendēte lite super electione facta de Sindico qui soluerit pecuniam debitam Reipublicæ ipsi Sindico & dicendum est, quod pendente
6 lite super electione solutio erit valida, si quis soluerit Sindico, si soluens probet pecuniam esse versam in beneficium Reipublicæ[Costa in tract.de portione ratæ quæst.67.num.6.] sic etiam si quis fuerit electus ex parte aduersa, & fuit dictum de nullitate electionis, si electus reperitur in possessione administrandi non poterit suspendi ab officio [de Franchis decis.264. in fin.]secus si administrare non cæpit,& ideo debet esse sollicitus in administranda,& non in verberibus [de Franchis decis. 419. num. 1.] Et vide omnino [Thorum in verbo

administratio Officij an ſit col. 1 fol. 20. in compend. deciſ. Neap.] ſed tamen ſi quis fuit priuatus, aut ſuſpenſus ab officio per ſententiam, tunc etiam ſi appellet, durante lite non poteſt exercere idem vel aliud officium, nec eligi [l. ſi vt proponis, C. quãdo prouoca. non licet Couar. variar. in lib. 1. cap. 16. num. 11. & Garſ. in gl. 35. num. 67. verſ. quod tamen de nobil.]

7 Nota tamen quod licet quis eſſet priuatus officijs a Principe tamen compelli poteſt ad acceptandum officium in fauorem Reipublicæ [Martin. Laudens. quæſt. 139. de officialib.]

Nota, quod electus ab inimico ſuo præſumitur electus propter odium, & inimicitiam, ſi vult poteſt appellare, vti electus in damnum Reipublicæ [Bar. in l. 1. C. ſi propter inimicitiã creat. fue. lib. x.]

8 Tertio quæro, an ſtatutum reducens officiales Reipublicæ ad minorem numerum præiudicet electis tempore ſtatuti, & dicendum eſt minime [Bald. conſ. 327. col. 1. & 2. vol. 1. & Caſſan. in cõſuet. Burgund. in tit. Des Iuſtices rub. 1. num. 105.] quæ poteſtas reducendi ſpectat ad Principem, vt ſupra allegaui priuilegiũ [Regis Federici in anno 1447. fol. 67. a ter. num. 16.] Et antea Dux Calabriæ reformauit numerum electorum quinquaginta in vigintiquatuor, & habebant eãdem põteſtatem, ſicut habebant quinquaginta, qui interueniebãt parlamento generali, & ſcribebant in cartula eorum voluntatẽ circa eligendos nouos officiales, qui poſtea ponebantur in duabus buſſulis, ſeu barrettis, in vna erant ſcripta nomina nobilium, & in altera nomina popularium, quia eodem tempore eligebantur omnes officiales, nunc vero parlamentum populare cõſtituitur in ſecunda die Menſis Maij ad euitandam confuſionem & ſunt nonnullæ familiæ ſcriptę in libro, quæ non poſſunt aggregare, nec reintegrare, niſi conſenſu duarum partiũ ex tribus, prout nobiles vtuntur, vt diximus in [cap. 1. & cap. vbi periculũ maius de electione in ſexto, & ibi largiſſimè notat gloſ.]

Quarto quæro an Baro habeat electionem circa eligendum quẽ ad aliquod officium Vniuerſitatis vigore poſſeſſionis, & dicendum quod [prag. 2. de adminiſtr.

9 Vniuerſ.] ordinat, quod electio fiat ſecundum ordinem conſuetum, ergo Baro habet electionẽ, ſed contrarium tenui, tam de iure communi, quam de Iure Regni, quia electiones debent fieri per Ciues liberè non autem per Barones, qui licet habeat vocem in opponendo, & nominando vti vnus ex ciuibus, non autem electionem, quæ ſpectat ad Ciues, confirmatio tamen pertinet ad eos ad quos de iure, & legitima

conſue-

consuetudine spectat [l. 2. C. de decurio. lib. 10. de Franchis decis. 264.] & ita fuisse decisum in S. C. refert [Capibl. in prag. 10. num. 44. de Baron.] & non obstat [d. prag.] quia intelligitur dũmodo non refragetur dispositio iuris [de Franchis decis. 210.] & sic Baro si habebit quasi possessionem confirmandi erit manutenendus in quasi possessione cõfirmationis circa electionem factam ab Vniuersitate [Rouit. in d. prag. 2. num. 46. & seq.] animaduertendum est, quod ista cõfirmatio non debet esse venalis, sed benemerito debet dari, vt Respublica sit benè gubernata, absq; spe futuri lucri, ita ordinat [Imperat. in l. si quos spontaneos C. de decurionibus lib. 10.]

Quinto quæro si Baro habet priuilegium eligendi aliquem officialem de pluribus nominatis ab Vniuersitate cũ expressa clausula in priuilegio, quod si nullus
10 ex nominatis sibi placuerit debeat Vniuersitas alios nominare, & sic successiuè donec vnus ex nominatis sibi placuerit, quid si Baro trib. vicib. respuerit nominationem factam ab Vniuersitate, quid faciendum, & dicendum est, quod ne detur processus in infinitum, quod ab omnibus abhorritum est, quia semper hoc modo Baro posset dicere, quod sibi non placet, propterea non poterit respuere vltra tertiam vicem [Rouit. in d. prag. 2. num. 48. Amendola ad decisionem Præsidis de Franchis 210. num. 34. & Silu. in consil. 34.]

Sexto quæro vtrum vertente lite super electione possit procedi etiam in dicta causa tempore
11 feriarum, & dicendum, quod cũ omnes officiales Reipublicæ sint annales, & tractetur de re, quæ est tempore peritura, propterea potest in ea procedi etiam tempore feriarum, quia debet tractari in dicta causa citissimè [Mõtanar. in d. pragm. 2. num. 362. & 363. cum seq. qui allegat cap. fin. & ibi not. de re iudicata, Bald. in l. 1. de tempore appellat. Romanum in l. si vero §. de viro, ff. soluto matrimonio in 40. fallent.]

Septimo quæro cum tempus appellandi in dicta causa debeat esse infra quinque dies, & prose-
12 quendi intra duos menses possit dictum tẽpus prorogari per statutum, & dicendum est, quod sic [Bald. in l. præscriptionem C. si contra ius, vel vtilitatem publicam.]

Octauo quæro, an valeat statutum, quod filiusfamilias non
13 habeat vocem actiuam, nec passiuã, & dicendũ quod sic [Amendola ad decis. de Franchis 210. num. 9.] refert fuisse decisum in Sacro Consilio, nam patria potestas non habet locum in materia guberni j ob beneficium publicũ, propter quod multa permittuntur, quæ non permitterentur ob priuatum beneficium, vt supra dixi.

Primo Noto in verbo, ibi

si debbiano bussulare, & vscire à sorte (de iudicio sortis) pro
14 cuius iudicij notitia, primo est considerandum quid sit sors, & quis sit Iudex competens in iudicio sortis, & quibus casibus admittatur tale iudicium, & quibus casibus non admittatur, & quoad primum [Diuus Augustinus in secunda concione eius Psalmi] sors, inquit, non aliquid mali est, sed res in dubitatione humana diuinam indicans voluntatem, vt in [cap. 1. 26. quæst. 2.] vnde idem [Augustinus infra] in sorte inquit, non est electio, sed voluntas Dei, [& Diuus Ambrosius] ait, sorte ergo eligebatur, vt introiret Sacerdos, quasi suum illi sacerdotium prius sorte obtigisset, [& Diuus Augustinus] cum Ciuitas quæpiam esset obsessa, & dubitaret Clerus, qui deberent aufugere, & qui remanere in Ci-
15 uitate obsessa, scripsit illud sorte esse dirimendũ, [& Prou. 18.] docetur melius, Deum in huiusmodi ambagibus iudicare, quam homines, tanquam scilicet iudicium sortis sit diuinum, vnde Matthias Apostolus fuit per iudicium sortis ad Apostolatum electus, vt dicitur in [actis Apostolorum, & Boerius in decis. 1.] & cecidit sors super Matthiam, & propterea non sine causa dicunt Doctor. non posse appellari à iudicio sortis, nam de essentia appellationis est, quod appelletur ad superiorem, vt dicunt [Doctor. in rubr. de appellat.] Sed sic est modo, quod iudicium sortis, dicitur iudicium Dei, & Deus non habet superiorẽ, propterea nõ potest à tali iudicio appellari, ex quo deducitur aliud, quod non potest recurri ad diuinum iudicium, nisi deficiat humanum auxilium, & sic non potest recurri ad iudicium sortis, nisi in subsidium deficiente auxilio humano [cap. quæritur 22. quæst. 2.] & per hoc, aut dubitatur de facto, aut de iure, si super facto, & tunc sorte non dirimi-
16 tur, sed probari debet factum, aliàs actore non probante fertur sententia in fauorem rei [l. actor C. de probat. & ibi Doctor. glos. singul. in l. 1. C. vti possidetis] aut dubium vertitur super iure, & tunc, aut lex dubitationẽ, vel incertitudinem declarat, & tunc illa seruatur [l. maiorem, & l. si plures ff. de pactis,] aut lex non declarat, & tunc aut isti discordant in præiudicium tertij, & Iudex ipsos compellet ad concordiam, aliquando præcisè diffiniendo, & sententiando inter eos, quis sit potior, aliquando non præcisè, sed causatiuè si volunt audiri, & sic per denegationem Iurisdictionis, [vt l. huiusmodi §. fin. & ibi Bar. ff. de leg. 1. & Imola ibi,] aut discordaret in præiudicium sui tantum, & tunc ad sortem recurritur, [vt l. fin. C. commun. de leg.] aut hoc non petit, & tunc se impedit [l. quoties ff. de

17 ff.de vsufruct.] sed si esset timor ad moram, tunc Iudex eos cogeret ad concordiam [arg.l.æquissimum,ff.de vsufruct.] & quando res est diuisibilis, posset diuidi, quia conceditur vtile iudicium communi diuidundo,& Iudex diuidet [l. Lucius ff. de aqua quotid.& æstiua Raphael Cuman.in in d. l. huiusmodi §.fin.] Vnde ex his possunt decidi multæ quæstiones,quod si duo Canonici pari numero discordarēt in eligendo,Superior cōpellet eos ad concordandum sorte[Borrel.in §.2. glos.1. num.343.de compromissis, adducens glos. in c. duobus extra de rescript. quam retulit etiam Angel. in l. fin. C. commun. de legat. Ioannes de Anania in cap. fin. col.7. de sortileg. & l.fin.C. commun. de legat. vbi Doctores,& præsertim Philippus Corneus in princ. in finalibus verbis.]

Nota tamen,quod in nobilissima Ciuitate Neapolis nobiles Sedilium non vtuntur sorte,sed si adsit paritas votorum in officialibus creādis in aliquo sedili pro publico beneficio conuocantur omnes nobiles illius sedilis, &
18 quod maior pars illorum terminauerit, illud exequetur, & ita obtinet in alijs negotijs tractandis à sex viris electis à sedilibus, & hoc iure vtitur sedile Montaneæ,at quando paritas suffragiorum oritur inter omnes sex, qui dant suffragia causa examinatur in Collaterali Consilio, nam in quocumque negotio,vel iudicio, vel extra iudicium peragendo propter partium discordiam recurritur ad Superiorē [l.1. C.de nuptijs,] cum ius superioritatis, nunquam censeatur sublatū[Ias. in l fin.ff. qui satisdar. cogantur, & Surgens in cap.25. num.29.de Neapol. Illustr.]

Non obstat iudicio sortis illud, quod dicitur diuinationem esse prohibitam,nam aliud est diuinatio,aliud iudicium sortis, nā diuinatio non est iudicium Dei,
19 sed Dęmoniorum, sors verò est Iudicium Dei, vt supradiximus, [& Bald. in l.sed cum ambo ff. de Iudic.]dicit,quod vbi non valet ingenium,res est committenda fortunæ,& idem [Bal. in l.vlt. C.commun. de legat.] ait,quod Iudicium sortis, dicitur Iudiciū fortunæ(intellige respectu causarū inferiorū,)cuius fortunę. Dux est Deus,[& Bald.] notat ibi mittere sortes non esse peccatum, & Bonum regimen dependet à Spiritu Sancto.

Nec obstat,quod iudiciū sortis non debet committi habenti maiorem numerum suffragiorum,
20 nam contrariū arguitur ex textu [in l.2. post princ. C.quando, & quibus quarta pars lib. 10.] vbi si hæredes, & socij non conueniunt in rei communis diuisione, ea sorte dirimenda est [Bal. in l.iubemus col.2. vers. quæro iste Iudex C. de Sacrosan. Eccl.]

quod

quod procedit generaliter etiam si Ecclesia sit socia, vel si vnus sociorum habeat maiorem partē,& facit textus [Numer.c.16.] pluribus maiorem partē, & paucioribus minorē,singulis vt nunc recensiti sunt,tradetur possessio, ita dumtaxat, vt sors terram tribubus diuidat, & familijs quicquid sorte contigerit hoc,vel plures accipiat,vel pauciores,& alia quāplurima exēpla, vide per [Tiraquell. de primogen. 17. quæst. opin. 1. num. 2. & seq.] ex quibus
21 sequitur sortes regulariter esse permissas [glos.in cap.vlt.in glo. vlt.de sortilegijs] nec verum est, quod plerique existimant in diuisionibus maiorem natu debere diuidere, & minorem eligere, nam hoc procedit de consuetudine, non autem de iure,vt dicunt [Bart.et Angel.in l.1.C.de his qui se deferunt libro 10.Bald.in l.penult.in princ.C.comm.diuid.Ripa in l.1.ff.si cert.petat.Petrus de Vbald. in tract. de duobus fratribus in vndecima parte, quæst. 12. num. 13. fol. paruo 133. et Franciscus Viuius in opin. 130. lib.2.commun.opin.] sed de iure potius res sorti est committenda [d.l.2.et idem Bal.in l.si quis hæredes in fin. ff. de hæred.Instit.et Leo Speluncanus in pract. artis Notarij in forma Instrumenti diuisionis duorū fratrum fol.283.] et latissimè [Ias. in l.1. nu.39.ff. si cert.petat.et Afflict.in tract.de iure protom.car.6.col.3.vers. itē quod pluribus] dicit, vbi humanum ingenium non sufficit, sors altercationē dirimit,vnde si duo æqualis gradus cōcurrant ad retractum,ambo sunt ęqualiter admittendi,secus si res sint indiuiduæ,quæ duobus competere non possunt, et hi simul eodem momento ad iudicium prouocauerint, et sint omnia paria, sorte tunc dirimendum est,vtrum eorū præferatur [l. si quæ ff. familiæ
22 Herciscundæ,Tiraquell.in tract. de retract.tit.1.§.2.gl.10.nu.4.] et sic cum agitur de tollenda cōtrouersia iuris, et deficit omne ius humanum,et auxilium humanum,eo casu,vt diximus,sors non erit peccatum, lege [S.Thomam in opusc.20. de sortibus præsertim cap.5.] sed peccatum est,cum vtimur sorte ad præscientiam,et diuinationem futurorum, nam hęc est diuinatio,quę est peccatū, et sic statuētes nostri iure approbauerunt iudicium sortis, quod nullum peccatum in se contulit, & id quod diximus à iudicio sortis non datur appellatio, procedit etiam, quod non datur restitutio in integrum, quia tunc vtitur iure communi, & contra aduersam fortunam non datur restitutio, vt [l. fideicommisso C. de transact.Bombin. consil.39.in fin.& ibi addens] aliqui tamen
23 dixerunt,quod fortuna similis sit ludo perditionis,vt maiori nullo modo subueniatur, minori autē sic [l. si minor ff. de minor.] sed

hęc

sed hæc non est bona similitudo, nam fortuna in hoc casu æquiparatur bono, et æquo Iudici [l.vlt. C.commun.de legat.] dum tamẽ in sorte nullus dolus, aut fraus interuenerit [l.maiorib.C.communia vtriusq; iudicij.et l.si vxori,ff.de auro,et argent. legat.]et adest prouerbium apud Sophoclem. *fugitiua sors.*

Secundo, Nota non esse aliquem eligendum ad officium ad applausum hominum absque cascietta,seù capsula, nam multoties euenire solet,vt q ad applausũ eligitur,postea in capsula proditrice reprobetur,& cum maxima ratione fuit ordinatum,quod fiat per cascietam, nam vt diximus in[Rubrica]proprium
24 Ciuitatis est libertas,& Ciues tunc dicũtur liberi, cum sunt liberi ab omnibus, idest tàm à potentia tyrannorum,quàm ab odio,amicitia, precibus, & alijs effectibus humanis,quæ cessant in cascietta in qua dantur suffragia libera, & quod non debet fieri ad applausum electio,tenet [Raudensis in decis.Pisan.40.nu.383. & glos. in verbo populi de electione, & electi potest .]

Tertio, Nota ibi in text.ex verbis *si debbiano pigliare due di quelli*, quod si Syndici nominati non habuerint duas partes ex tri-
25 bus, vnus ex Syndicis nominatis, qui habebit minorem partẽ, alijs duobus Syndicis eijcietur, reliqui vero duo Syndici ponentur ad iudicium sortis,concordat cum dicto[Caualcani in tract. de vsufruct.mulier.relict.num.134. & Ripæ in vlt.par.nu.426.fol.107 à ter.in tract.de peste,]& faciunt dicta,ac notata per [Bartolum in l.si is cui ff. de legat.2.l. si Titio fundus ff. de vsufruct. legat.l. cum filius varijs de legat.2. Soccinũ Iuniorem in cons.89.nu.26. & in consilio 122.num.10.vol.1. Martinum Laudens. in consil.32. num.2.Petr.Benintend.in Rota Bonon. decis. 72. Petrum Duen. regula 233. in verbo eligens,& Grammaticum decis.68.]

Nono,quæro,parum est, quod duæ partes possint facere omne id,quod totum commune potest, quid si minor pars aliquid fecit, & postea ratificent tot quot faciant duas partes,nunquid valeat parlamẽtum, dicendum est,quod non,quia peccauit in forma,nam minor pars non habet formam Vniuersitatis,ergo parlamentum
26 fuit nullum [c. in causis de elect. & Innoc. in cap. cum omnes de Constit.] & nec obstat ratificatio,cum non fuerit facta in sedili [c.in genesi de elect.]nam quando fit actus ab Vniuersitate debet fieri à Ciuibus congregatis in vnum ad sonum campanæ, vel tubæ, qui præstent consensum in communi, aliàs si homines de Vniuersitate forent in platea, non valeret actus gestus ab Vniuersitate, quia non diceretur factus ab Vniuersitate, sed à singulis,

lis,prout in simili dixit[Borrell.] in materia compromissi faciendi per Vniuersitatem [in §.1.glo.3.. num.288.&seq.de compromisso referens glosam in l. aliud §. referre ff.de regulis iuris,Bartolum in l.obseruare C.de decuri.lib.x. Bartolomęum Soccinum in consilio 95.in causa col.3. vol.3.]

Quarto, Nota ibi in textu ex verbis, *E che nel medesimo modo*, nota quod omne id,quod dispositum est in materia nobilium proportionaliter habet locũ in pla-
27 tea populari, nam dictio,eadem facit relationem specificam ad præcedentia [arg. l.cum hi §.vni ff.de transact.& Bart. in l. Iulianus ff.de hæred.Instit.] & idem est dicere,ac,sicut,quæ dictio importat omnimodam similitudinem [Anna sing.147.]

Decimo quęro,an in Gubernio Reipublicæ debeant eligi nobiles tantum,vel populares insimul cum nobilibus,prima opinio fuit
28 quod nobiles tantum debent admitti ad regimen ipsius,cum Reipublicæ intersit per nobiles, non autem per plebeios regi, nam tẽpore Romanorum cum fuit status in manu nobilium, Imperiũ Romanorum durauit,sed cum de statu nobilium fuit ventũ ad statum popularium,Respublica interijt, nam populares solent esse imprudentes, & timidi, dum sequuntur suos antecessores, nobiles verò sunt generosi,[Ægid.Columm. in cap.5. par.4. lib. 1. in d. tract.] vnde [Reg. de Ponte de potest. Proreg. §. 7. num. 19. & seq. in tit. de abundant. Ciuit. & Regni] refert dictum Anachersis,quod qui populo se committit,fortunam non rationem sequitur,qui fortunę fouet periculo,& aleæ se dedit, & qui in alea est ad ruinam,& cladem inclinat,&quę populi Imperio agebantur,breui interitura prædixit,& ideo populus non potest statuere,quia in eo semper sapiunt diuisiones, & æmulationes ad exterminandam concordiam,& mutuam societatem Ciuium,& populares sunt amici noua videndi [Bald. in cap. cũ accessissent nu. 11.de Constit.]
29 & per hoc non possunt exercere officium cum honore, & reputatione,sed cum magno dedecore, & eorum auctoritas vilescit[Capyc.decis.27. Ottalor. in 4. par. princ. cap.9. num.7. de nobil. & Surgens in cap.12. nu.4. & c.17. num.18.& seq. de Neap. Illustr.] & maxima ratione non debet admitti gubernatio popularium , sed nobilium,nam omnis ars debet imitari naturam in quantum potest, sed in naturalibus videmus,qnod gubernatio semper fit à partibus nobilioribus,& quem admodũ Respublica dicitur quoddam Corpus,vt dicit [Bar.& Castrẽ. in l.mortuo ff. de fideiussor.] sic debet gubernari, vt gubernatur corpus humanum,in quo videmus partes nobiliores imperare, & ignobiliores obedire, & sic

sic intellectus, & voluntas in su-
30 periore parte hominis constituti imperant, aliæ verò potentiæ, vt potentia irascibilis, & concupiscibil s obediunt, sed rationabiliter fuit ordinatum per statutum nostrum, quod admittantur etiam Ciues honorati ad gubernium, non autem plebs, [Nouell. c.15.§.cæterum si qua ibi, conuenit enim, vt honestiores, & [d.c.§. assumet verò] quia isti Ciues honorati licet non sint nobiles, tamen censentur personæ idoneæ ad gubernandum, & vniuntur in gubernio Ciuitatis cum nobilibus, tamen maior est numerus nobilium, quam istorum honoratorum, quemadmodum etiam in Ciuitate Neapolis cõstituuntur sex nobiles, & vnus popularis ad regimen, in Ciuitate vero nostra sunt octo nobiles, & septem populares, ex quibus conficitur numerus quindecim, [l.3. §. præses ff.de muner.& honor. & l. honor § 1.ff. eod.] & concordat cũ priuilegio [Regis Federici in anno 1497. fol.67.à terg.nu.16.] quo tempore creabantur octo electi nobilium, & quatuor populariũ, & vt sint plures nobiles, quam populares, dixit procedere de iure [Auendan. in 1. par. cap. 19. num. 18. vers. & quod æqualiter de exequend.mand.& Surgens in cap.24. num.9. & de Ponte loco citato num.19.]

Vndecimo, Sed incidẽter quęro, an valeat cõsuetudo, siuè priuilegium, quod nobiles excludantur ab officijs, & dicendum est non valere tanquam irrationabilem, & factam in damnum Reipublicæ, & procedit in vtroque tempore, belli, & pacis [Roman.
31 consil.436.Auendan.in d.1. par. cap.19.nu.18. vers. vtilissimum, & de Ponte de potest.Proreg.in §.7. num.20. in tit.de abundant. Ciuit.& Reg.] & ratio est clara, quia Respublica debet regi à nobilioribus sanguine, vel saltim æstimatione [Amendola ad decis. de Franchis 210. num.15. & Napodan.in prohęmio Caroli in verbo, vt igitur num.274. in fin. super Consuet.Neap.]

Quinto, Noto ibi *Artigiani* magna cum ratione excludit statutum nostrum artifices à voce passiua, quia cum administratio Reipublicæ habeat quandã pręheminentiã, nõ debet concedi artificibus, et antequam deueniam ad quæstiones, pro elucidatione ipsarum præmitto, quod artifex distinguitur à scientifico, nam artifex versatur in operando, & faciendo aliquid opus manuale, et propterea dũ dicit textus noster, quod debẽt excludi artifices, intellige de artifice manuali, non
32 autem de artifice sciẽtifico, nam hic debet eligi, et artifex scientificus potest dici is, qui exercet aliquam ex septem artibus liberalibus, quæ dicuntur liberales, quia sunt liberæ à manualibus, et conueniunt hominibus liberis,

et

et propterea isti tales debent honorari propter eorum artificiũ, vnde factum est, vt leges professoribus artium liberalium dent multa priuilegia, vt habetur [C. de professoribus art. liberal.] et iubeãt Pręsides extraordinem eis ius dicere [vt tot. tit. ff. de varijs, et extraord. cognit.]

Præmitto secundo, quoad cognoscendum artium vilitates, standum est consuetudini locorũ vt dicit [Bon. de Curtil. in 7. par. num. 7. Tiraquell. in cap. 34. in
33 princ. et num. 31. de nobil. et Paschal. in 4. par. cap. 2. num. 42. de patr. potest.]

Duodecimo, Quæro an mercatura sit ars, et causet ignobilitatem, dicendum mercaturam non esse artem, nam ars est illa, quæ cum recta ratione aliquod opus facit, vt dicit [Arist. in 6. Ethic. in c. de arte,] sed cum artes mechanicæ dicantur ignobilitatem causare dicuntur enim mechanicæ, quia faciunt mechari, idest adulteram fieri naturam humanam, nam cum homo sit animal rationale, et factus ad imaginem, et similitudinem Dei, eius operari est intelligere velle bonũ absolutum, cum itaque natura humana non vult bonum absolutum, sed bonum temporale, et vile dicitur adulterari, quemadmodum vxor est adultera, quando amat id, quod amare non debet, sic vt dico mercatura licet non sit ars, tamen quia æquiparatur artibus, quia amat vilia, propterea ignobilitat tanquã artes mechanicæ, quia facit hominẽ amatorem lucri, qui debet amare virtutes intellectiuas, et morales per quas tendit ad summum bo-
34 num [l. 3. C. de commercijs, et mercatorib.] et latè per [Ægid. Column. in cap. 32. in fin. par. 2. lib. 3. de regim. Princ.] et legitur [in vita Aurelij Imper.] in quadã Epistola [ad Cincinnatũ] translata in lingua Hispana ad linguã Italianam per [Mambrinum Roseum fol. 110.] per accidens autẽ quatenus mercatura exerceretur in rebus magnis, et copiosis, vtilibus ad augmentum nobilitatis, vt est mercatura Venetorum, et Ianuensium, tunc non obest nobilitati [Cic. in lib. de offic. Afflict. in cap. 1. col. 7. vers. Item hoc fallit tit. quis dicat Dux,] et ita dicit seruari in Regno [Cæpolla in in verbo nobilitatis nu. 12. vers. decima octaua de Imperat. milit. deligen. et Tiraquell. in cap. 33. nu. 21. de nobil. Cassan. in 8. par. consid. 16. in 2. col. Catal. glor. mund. et Tiraquell. loc. cit. nu. 4. et 20.] quid si nobilis exerceret mercaturam per interpositam personam non diceretur nobilitatem amittere [Tiraq. loc. cit. num. 22. Alciat. de præsumtionibus reg. 1. præsumpt. 48. nu. 10. et Paschal. in 4. par. cap. 2. nu. 46.
35 de patr. potest.] Eadem ratione non amittitur nobilitas, si quis vendat triticum, vinũ, aut oleum pro-

proprium non ante domum eius aut ipse manibus suis vendat, quia obnoxium est Ciuilitati, & nobilitati [Pascal. loc. cit. nu. 45 allegans Crauett. in cons. 163. num. 3.]

Sic etiam si quis vtatur mercatura ex necessitate loci, in quo nulli ferè redditus nisi ex ipsa haberi possunt [Tiraquell. loc. cit. num. 21.]

Speciale tamen est in agricultura, & alia re rustica, quam exercere licet nobilibus etiam in suis fundis, exemplo Cyri Iunioris Regis Persarum, qui gloriabatur a-
36 grum suis manibus consitum, arboresque ordine positas, & in quintuncē directas [Tiraquell. in cap. 32. num. 2. Campag. super clemen. nu. 211. fol. 31. Rebuff. in const. Galliæ tit. de mercat. minut. vend. num. 21. vol. 2. Fab. de Anna consil. 34. num. 8. Amend. ad de Franchis dec. 207. num. 5.] quod amplio in Clericis quibus non est interdicta agricultura [Tiraquell. in cap. 32. num. 3. & seq. & Campag. loc. cit. nu. 32. fol. 30. c. 1. in fine ne Cleri. vel Monac. ca. cauendū 11 quęst. 3. & c. nunquam distinct. 5.] dummodo personæ non se exerceāt nimis sordidè in huiusmodi operibus [Pascal. loc. cit. nu. 47. Spe-
37 cul. in titulo de Clerico coniugato in §. 1. vers. verumtamen non prohibeo, & Fabius de Anna dicto consf. 34. num. 9.]

Vltimo, concludimus detrahi aliquid nobilitati licet statutum aut consuetudo mercaturam nobilitati nō interdicat [Tiraquell. in cap. 33. num. 2. & 3. Ottalora in quinta par. princip. cap. 2. nu. 4.] & nobilissimæ familiæ sediliū Neapolis profitentur, quod nobiles censentur, modo mercatura vacent vt notauit [Cæpolla in verbo nobilitatis num. 12. vers. decimaoctaua in d. tract. de Imperat. milit. deligen.] & non sine ratione, quia mercatores vt plurimū sunt mendaces, ait [Cic. de offic. Luc. de Penna in l. 2. C. de incolis lib. x.] & in dicta Epistola [ad Cincinnatum] & sic meam opinionem verissimam, & vti approbatam esse ob omnibus sic affirmaui, ex adductis in quæstione supra relata.

Decimotertio quæro an medicina communeretur inter artes mœchanicas. Ego dico esse artē
38 liberalem, & omnium artium atque doctrinam nobilissimā, & cum habeat dignitatem, nam videmus actu, & quotidie doctorari in medicina, consequenter dicendum est, habere nobilitatem, nam vt diximus superioribus, nobilitas acquisita nihil est aliud, quam dignitas, & sic concludit [Dominus de Franchis in decis. 564. nu. 4. & per totam, & ibi Viscontus,] & author ipsius medicinæ non fuit Apollo, vt dixerunt antiqui, sed Deus [Cassan. in 2. par. consid. 48. & Thomas Garzonius in libro nuncupato *la*

piazza Vniuersale in rubrica de Medicis Physicis *discorsu* 17.] & non obstat illud vulgatum dictũ,
39 quod Medici æquiparantur obstretricibus, quia intelligitur de barbitonsoribus, seu Medicis vulnerum [Bon. de Curti. in 3. par. num. 15. de nobil. & Corsetus in v. par. num. 54. de potest. reg. nec obstat l. 3. in verbo Medicis C. comm. de lega.] vbi habetur quod qui occidit medicum, tenetur ad sexaginta ducatos, quia loquitur de barbitonsoribus, & miror equidem personas ita audacter, ac inprudenter malè loqui de medicis, cum adsit prouerbium [honora Medicum propter necessitatem [Eccl. cap. 38. Carauit. in ritu. 267. num. 11. & Gomez. in l. quinta Tauri col. pen. vers. & in tantum.]

Decimoquarto quæro quomodo probetur quem esse artificem, & dicendum, quod probatur per testes dicentes vidisse eũ aliquod opus facere, non autem si dixerunt, quod inspexerunt eum ope
40 rantem in illa arte, è contra quoque non est artifex, si per decenniũ artes suas non exerceat [Marcell. Calà in gl. vn. §. 2. nu. 1507. de modo art. & proband. auctoritate Bartoli in tract. de testibus in vers. Cerdonem num. 61. vers. si ergo testis dixerit, refert, & sequitur Doctissimus Mascardus de probat. tom. 1. conclus. 135. vers. contra vero artificem.]

Decimoquinto quæro vtrum aromatarij possint eligi, & sic habent vocem passiuam, & dicendum per artem aromatariam quem non priuari à voce passiua cum non sit ars sordida, verum per exercitium ipsius amittitur nobilitas in patria mea, secus verò in Ciuitate Sulmonæ, in qua seruantur omnia hæc statuta nostra, sicut quoque in Ciuitate Tabernæ, & de Iure per artem hanc non ammittitur nobilitas [secundum Cassan. in xi. par. 48
41 consid. catal. gl. mund. & Pascal. loc. cit. num. 52. qui allegat. Iac. Mandell. in cons. 43. per totum, & Cephal. in cons. 611. num. 24. & sequent.] & propterea noto quod vsus loci multum præualet ad declarandas personas viles, quæ in vno loco sunt viles, in alio honoratæ, & ideo viles hi dicuntur, qui communiter tales reputantur [Luc. de Penna in l. maximarum C. de excusat. muner. li. x.] & inter viles reputantur proxenetæ [vt tot. tit. ff. de proxenetis.]

Item Lænones [§. sancimus col. 2. auth. de Læno.

Item pistores [l. 1. C. de diuers. dignitat. lib. 12.]

Item liberti, & Seni [l. 1. & 2. C. si seruus aut liber lib. x.]

Item Auarus vti anteponens propriam vtilitatem communi [c. sicut 47. dist. & Afflict. in cõst. si quis in posterum.]

Item omnes ambientes officia & per hoc congregati obseruant non

42 non creare magistratus, qui volunt se ingerere, & qui pecuniam dant, hos enim pœnæ obnoxios promulgatum est [l. si scire §. fin. ff. de tutor. dat. & Martin. Laudens. quæst. 11. de dignitat.] & horum priuilegium est, quod si eligantur, non coguntur officia acceptare, ne incidant pœnam in acceptando [Amendola in decis. de Franchis 210. nu. 50. & Sertorius Quattrimanus nostris temporibus Magister linguæ hetruscæ *nelle Rime di Monsignor della Casa* incip. *solea à M. Bernardo Cappello* vers. *ma falso* fol. 48.]

Præceptor autem Grammaticæ, & Chirurgicus possunt eligi Cassan. in d. catal. gl. mund. in x[1]. par. 48. consid. & de Franchis decis. 564.] vbi dicit doctoratum

43 esse dignitatem, & propterea statutum nostrum excludens homines artifices, non intelligitur excludere habētes dignitatem, pro vt sunt hi, qui doctorantur scilicet Chirurgici, & alij qui doctorantur in artibus liberalibus, vt Medici.

44 Sciendum porrò in patria nostra obseruari, quod notarij, procuratores ad lites, gabelloti, actuarij, argentarij, scribæ, & illi qui propter pœnam seruierunt regijs triremibus admitti ad officia popularia de consuetudine, quæ in hoc casu debet attendi Pascal. loc. cit. num. 49. & 55. Alciatus in tract. de præsumptionibus reg. 1. præsumpt. 48. nu. 12 & Ottalora in 5. parte principali c. 2. num. 2. & sequent.] quinimo dixit [Rouit. in rubr. de procurator. num. 12.] Procuratores esse similes Aduocatis, vnde si officium Aduocati non est vile, nō video decidisse cur officium Procuratoris sit vile, cum circa idē mysterium versetur.

45 Ex quibus noto plateam nostram popularem vocari solitam plateam Ciuium honoratorum, & ita vocantur in capitulis nostris, per quæ verba excluduntur homines viles, & indigni, & licet esse in numero honoratorum nō afferat nobilitatem, saltem dat quandam præheminentiam, qua excluduntur homines viles, & indigni [Martin. Laudens. quæstio 45. de dignitat. Amendola in decis. de Franchis 207. & Pascal. loc. cit. num. 48.]

Sexto, Nota quod in verbo *Idiots* excludi idiotas in administranda Republica, vnde notandum differri idiotam ab imperito, nam idiota est, qui nullas omnino scit literas, qui nescit legere, imperitus verò dicitur ille,

46 qui solum scit legere, & scribere exemplo Romanorum, ex quibus litterati tantum administrabant Rempublicā non autem illitterati [l. certi iuris, & ibi gl. & DD. C. de Iudic. Aegidi. Columm. in cap. 7. & 8. par. 2. lib. 2. de Regim. Princ. Bar. in auth. sed nouo iure C. si cert. petat. l. 2. C. de

 postu-

postulan. Auth. de Iudicijs §. 1. col. 6. Rouit. in §. 59. num. 1. de offic. Procurat. Cæsar.] Et ratio est clara, quia sunt inconuicibiles, & æquiparãtur cœco [c. post translationem §. item si quis de renunciat. & §. nos autem in auth. de tabellio.] Et tandem vocantur infantes [cap. vlt. de tempori. ordin. lib 6. & Diuus Gregor. meus Patronus in lib. 31. moral. cap. 31.] exclamat legis habetudinem circa intelligentiam oriri ex regula, cæcitatem autem mentis ex luxuria, ex hac igitur ignorantia mali primi productio est insensibilitas, & bruralem hominem, ac bestialem componere [D. Bernard. art. 3. cap. 5. de multiplici ignor. homi.] ipsa est omnium errorum mater, & cunctorum vitiorum nutrix [c. ignorantia 38. dist.] & non sine causa ignorantia cum superbia concomitatur dixit [gl. ord. super Iob cap. 34. in gl. & omnes.]

47 Amplio etiam si sit persona sufficiens, & diligens in administranda negotia [§. similiter & ibi gl. in inst. de excusat. tutor.]

Limito non procedere in alijs locis, in quibus non vigent hæc statuta, vt obseruatur in Ciuitate Ferrariæ, in qua possunt esse illitterati licet magna requiratur industria in administranda, & legitur de Ferdinando primo, qui relegebat sæpius quendam librũ bonæ administrationis, & officia cõferebat officialibus scientibus nam debent esse officiales scientes [l. cui præcipua ff. de verb. 48 signific.] & vtinam hodiè concederentur officia scientibus, & nõ ordine perturbato, debet tamen cum scientia esse sal conscientiæ, alias diabolica dicitur scientia si ne conscientia [Capibl. in prag. 3. num. 109. & sequent. de Baro. & c. ita 11. quæst. 4.]

Decimosexto quæro quomodo probetur quem esse illitteratum, & dicendum probari per testes qui viderunt se subscripsisse in aliqua apocha per signum Crucis, quod denotat nesciuisse scribere, Item quia nunquam libros

49 legit, nec intrauit Scolas, nec magistros gramaticę audiuit, nec scribere sciuit [Marcell. Calà in gl. vn. §. 2. nu. 1344. de modo art. & proband. & ante eum Abbas in cap. quamuis nu. 2. extra de ætate, & qualitate, & Mascardus in tract. de probationibus tom. 2. conclus. 986. num. 3. vers. verum quo pacto probabitur]

50 Septimo quæro an valeat priuilegium, seu consuetudo, quod eligatur tãtum vnus Sindicus sẽper ex parte nobilium, & dicendum valere, sicut pro parte nobilitatis Ciuitatis Tarenti fuit obtentum simile priuilegium a Serenissimo Ferdinando primo in anno 1491 sub huiusmodi assertione videlicet. *In primis nel l'Officio del Sindico siano eletti tre gentil'huomini, perche à loro solo spetta secondo l'antica osseruanza*

manza per tre anni, cioè vn Gentilhuomo per anno, ex his verbis clarè constat quæstio nostra, quæ procedit de iure, nam diximus supra, quod concurrēte nobili, & populari, nobilis debet præferri, tanto magis in loco, vbi officium Syndici affert præheminentiam, vel dignitatem [Authen. de defensor. Ciuit. §. 1. versic. vniuersi nobiliores, §. interim, & §. vlt. ibi vnumquemque nobilium, vbi glos.] notat nobiliores debere eligi [l. rescripto in princ. ff. de muner. et honor. Luc. de Penna in l. mulieres col. 3. versic. quarto præsumitur C. de dignit. et Tiraq. in c. 20. de nobil.]

DE REGIMINE REIPVBLICÆ, &c.

Caput Quintum.

Item che quelli, che haueranno da dare le ballotte habbiano da passare vinticinque anni, & le dette ballotte le habbiano di dare secretissimamente, e congiurare in mano del Magnifico Auditore, & in detto ballottare non ci siano ammesse persone nate d'illegitimo matrimonio.

In hoc capite tractatur de dandis suffragijs liberè, et excludendo à suffragij datione personas illegitimas, seù natas ex illegitimo matrimonio, et propterea dicitur conformari talem dispositionem de dando suffragia secretissimè cum iure communi.

SVMMARIVM.

Suffragia debent dari secretissimè, & non per interpositam personam, & quare, num. 1.

Filij naturales tantum an per nostrum statutum intelligantur exclusi à sedili, num. 2.

Plures species filiorum illegitimorum dantur, num. eod.

Nobilitas non transit ad naturales tantum, & adducuntur rationes

nes, num. 3.

Bastardi non possunt deferre arma legitimorum naturalium nobilium, sed cum aliquali differentia, num.4.& 8.

Naturales tantum non possunt assumere habitum militum Hierosolymitanorum, & ponuntur ampliationes, num.eod.

Vassalli non tenentur praestare adiutorium Domino pro filia naturali, vel spuria, num.eod.

Mulier spuria non potest esse Abbatissa, num.5.

Bastardi etiam legitimati per rescriptum Principis non admittuntur ad sedile, nu.5.6. & asfertur decisio à Marchione de Ponte relata, num.eod.

Prorex huius Regni quando legitimat, solet apponere clausulam citra praeiudicium liberorum, & sedilium, num.7. & 8.

Legitimati quomodo differant à veris legitimis, nu.9. & seq.

Legitimati de iure Hyspanico, & Gallico admittuntur ad illos honores, ad quos legitimi, & naturales admitti consueuerũt num. 12.

Legitimati per subsequens matrimonium sunt verè legitimi, & naturales, & transmittitur paterna nobilitas, nu.13.

Nati ignoranter ex illegitimo matrimonio contracto an excludantur à nostro statuto, numero 14.

Nepotes legitimi, & naturales nati ex bastardis etiam legitimatis non consequuntur dignitatem ex nobilitate Aui, nu.15.

NOto quod interest Reipublicæ dari suffragia secretissimè ad liberandũ homines, qui volunt dare suf-
1 fragium à passionibus amoris, & precum, & propterea deberet ad vitandas fraudes, quæ solent euenire, bene videri, ne quis det suffragia per interpositam personã, ita vt possit aliquo modo adstringi per preces ad dandum suffragia certæ personæ, & id procedit etiam de iure [cap.penult.§.fin.] & ibi [glos.& Doctor.de electio. in 6.& argum. cap.prudentiam extra de offic.delegat.]

Porrò cum excludantur personæ illegitimæ. Primo quæro an per hoc statutum intelligantur exclusi filij naturales tan-
2 tum, ad cuius quæstionis dilucidationem, primo dico quod sunt plures species illegitimorum filiorum, aliqui enim vocãtur spurij, aliqui nothi, aliqui manseres, & quidam naturales, [c.cum in cunctis de elect. Innoc. Bald. & Doctor. in cap. nisi cum pridem de renunciat.] & longo ordine posuit [Card. Paleottus in c.16. num.3.in tract. de nothis, & spurijs,] & latissimè per [Oinot. Instit.lib.3.in titul.de hęred.quę ab intest.defer. in cap. de success.liberor.natural.tãtum, & sequen.] spurij

ſpurij autem hi dicuntur, qui nō cognoſcunt patrem certum, vti nati ex publica meretrice, quos propriè dicimus vulgò concep tos,vel cognoſcunt patrem, ſed propter infamiam nō audent nominare, vtpotè nati ex damnato coitu,ſcilicet adulterino, vel inceſtuoſo,& connumerantur inter adulterinos filios,naturales verò dicūtur,quos ſola natura genuit ex parentibus ſolutis inter quos iuſtæ nuptię contrahi potuiſſent, cæteri verò duo,ſcilicet nothi, & manſeres comprehenduntur ſuper illis [Paſcal. in 2.par.cap.1. num.23.& ſeq.de patr. poteſt.]

3 Secundò dico quæſtionē fuiſſe apud Doctor. an nobilitas tranſeat ad naturales tantùm, in qua quæſtione multi dixerunt nullo modo paternam nobilitatē tranſire ad naturales tantum,ideſt baſtardos, nothos, vel non legitimos, etiamſi forent nobiles ex perſona matrum vti nati ex ſanguine putrefacto[Afflic.in princ. nu.32.de iure protom.& Oinot. loco citato.]

Vnde non ſequuntur conditionem patris,ſed matris [cap.naturales ii de feudo fuerit controu. & Bald. in l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto C. de teſtam. & Caſſan in 1. par. concl.24.& 75. Catal.glor. mund.] nam non dicuntur propriè de domo, aut caſata [Bald.in cap.innotuit col.ſi. verſ.pr hoc de election. Alberi. in 1.pa.ſtatut.quæſt.61.& Bon. de Curt. in 4.par. num.4.& ſeq. de nobil.]& per hoc non poſſunt vti armis ipſorum nobilium dixit [Tiraquell. in cap.15. nu.44. de nobil.& Boerius in deciſ.127.] licet aliter obſeruetur de conſuetudine, nam poſſunt arma defer-

4 re cum aliquali differentia, vt hi differētes,& diſtincti à legitimis cognoſcantur. & ſic baſtardi non poſſunt doctorari,nec fieri notarij, neque nobilitas paterna poteſt ad eos tranſire tanquam incapaces nobilitatis [Afflict. in Conſtit.Regni incip. Cōſtitutione præſenti num.5. Paſchal. in 4. par.cap.2. nu.11.& ſeq. de patr. poteſt.] Vnde naturales tantum non poſſunt aſſumere habitum militum Hieroſolymitanorum quia non ſunt nobiles, ſed inter plebeios connumerantur,etiamſi eſsēt baſtardi filij titulatorū ex ſtatuto nouo de anno 1613. vt audiui [Surgēs in c.23.n.14.de Neapol.Illuſt.]& baſtardi excluduntur ab omni dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico, nec poſſunt promoueri ad Epiſcopatum, & Auditoratum Rotę Romanæ,aut Cardinalatum abſque diſpenſatione Summi Pontificis [cap. 1. & 2.de electio.in 6.Paſchal. loco citato num.16.& ſeq.] Item vaſſalli non tenentur præſtare adiutorium Domino pro filia naturali, vel ſpuria [l. ſancimus C. de pœnis l.ſine hæreditaria ff.de negotijs geſtis,]Item mulier ſpuria

5 non poteſt eſſe Abbatiſſa, & ſic

ex prædictis apparet filios naturales non participare nobilitaté patris, sed sequi cõditionem matris, & esse inhabiles ad honores, sequitur videre, an possint habilitari per rescriptum Principis, ita vt si fuerint legitimati per rescriptum Principis, possint admitti ad sedile, & gaudeãt omnibus honoribus, quibus gaudent veri legitimi ex matrimonio, & primo dico, quod statutum in casu vero nõ habet locum in casu ficto, ratio est quia casus verus, & casus fictus dicuntur analogicè analogia attributionis, per prius enim cõpetit nomen legitimi filio nato ex matrimonio, & deinde per posterius competit filio legitimato, & statutum debet intelligi in potentiori significatu, & sic per prius, & non per posterius, & in casu vero, & non in casu ficto [l.3.§. hæc verba ff. de negotijs
6 gestis Couar. in Epitome 4. c.8. §.8.num.3. Villalobos in tract. comm.opin. §. legitimatus commun.opin. num.79. Hier. Gabr. conf.53.num.3.& sequent.vol.2. Cordub. de priuat. obliu. fin.nu. 76. & Præsidẽs dignissimus Mormilis in Cõstit. in aliquib. nu.6.] neq; fictio locum habet in præiudicio nobilitatis [l.si mulier diuerterit, ff.solut. matrim. l. cum quis in fin.ff.de natural. liber. & fusius per Ludouicum Molinam in c.3. lib.3. in tract. de Hispan. Primogenijs.] & facit ratio à simili, nam licet quis impetrauerit ius aureorum anulorum, tamen patrono inuito non adimitur iuspatronatus [l.vlt. ff. de iure aureor.anulor.] & etiam quod quis vellet restitui natalibus à Principe, Princeps non poterat ipsum natalibus restituere, nisi patrono consentiente [l.vlt. ff. de natalibus restituendis,] & ratio est, nã Princeps non intelligitur velle præiudicare tertio, & ideo annis
7 præteritis quidam legitimatus à Principe à nostro sedili fuit exclusus vigore nostri statuti, quod cõcordat cum particulari statuto Dominorum Venetorum nõ admittẽtium legitimatos, vt refert [Fulgos.cons.62. col.2. vers. hoc euidentius, Cassan. in consuetud. Burgund.in rubr.8. §.5. num.68. & Tiraq. in cap.14. num.19. de nobil.] & concordat cũm statutis nobilium Sedilium Ciuitatis Neapolis dixit [Minadous in Cõstit. Regni in aliquibus vers. filiorũ,] & ita fuisse decisum in Collaterali Consilio refert [Marchio de Ponte in consil.20.num. 10. & seq.vol.2.] vnde Prorex quando legitimat naturales, & spurios, solet apponere clausulam citra præiudicium Sedilium in legitimatione naturalium de familijs Sedilium, & sic cessat omnis difficultas [de Ponte in rubr. de legitimatione, seu restitutione natal.
8 nu.4. de potest.Proreg.] vti quoque solet apponi clausula à Prorege, quando legitimat naturales, & spurios citra præiudicium libe-

liberorum,quæ de iure fundatur, vt docet [de Ponte in d.tract.sub tit. de diuersis prouis. et colligitur ex Molina lo.cit.]& neq; per hoc possint legitimati portare arma domus,seu casatæ,nisi Princeps specificaret, alias minimè [Cassan. in 1.par. conclus. 15.& 77.Catal.glor.mund.]quod amplio procedere in successione feudi,& emphyteusi[Bon.de Curtil.in 4.par.num.17.de nobil.] & legitimati differunt à legitimis,
9 nam primo legitimatio non nobilitat,licet tollat maculā [Bon. de Curtil. in d.4. par. per totam Curti. Senior in consil.15. incip. statuto Ianuæ.] Secundo legitimatus est similis homini curato à vulnere, in quo remanet cicatrix, & est similis Alchimiæ, quæ facit apparere quod non est[Molina loco citato Tiraquell. in d. cap.15.num.17.de nobil. & ante hos Bald.in cap. per tuas de maior. & obedientia, Paschal. in 2. par.cap.4.num.127.& in 4. par. cap.2. num.21.de patr. potest.] & ratio est,quia legitimatus non est æqualis alijs filijs legitimis, imò debet legitimis præstare reuerentiam,nec debet simul,& semel in eadem mensa sedere cum his [Gars.in glos.21. num.35.de nobil.& Molina loc.citat.]

Tertio,legitimatus à Principe non est sepeliendus in sepul-
10 chro paterno,ne fiat æqualis patri [Paschal.in d. cap.2. num.21. allegans Petrum de Vbald.in tractat. de canon. Episc.q.2.versic. sexto quæritur.] Quarto, non valet statutum, quod naturales, et spurij possint succedere patri quemadmodum legitimi, vt tenet[Paleottus quæst.54.de noth. et spur.] Quintò, appellatione suorum non veniunt spurij[Alex. consi.60.col.4.vol.2.et Afflict. in princ.text. num.32. de iure protom.] Sextò, carent iure sangui-
11 nis [Alex. Afflict. et Molina loc. citat.] Septimò per respectum, et comparitionem legitimorum legitimati sunt infames [Tiraq. in d.cap.15. num.17. et seq. de Franchis decis. 640. num. 4.] Octauò, legitimatus non cogitur compromittere causas cum coniunctis, [Bald.in l.quisquis C.ad legem Iuliam Maiest. Cynus in dicta lege, Paulus de Castro in consil.69. super eo quod quæritur, alias in consil.178.vol.2.et Borrell. in §.1.glos.3. num.174. de compromiss.] Nonò, legitimati non reuocant donationem [l.si vnquam C.de reuocand. donat.Bald. in l. fin. C.ne quid in fraud.cred. et in l.1. C.de inofficios. donat. et latè per Borrell. loc.cit. num.195.] Decimò, statutum quod filius naturalis, vel spurius non possit legitimari dicitur bonum, et æquum secundū [Bal. in l.eā quā C. de fideicom.]

Nota tamen quod de iure Hyspanico,et Gallico legitimati admittuntur ad illos honores, ad
12 quos legitimi,et naturales admitti consueuerunt [Gars. glos.21. nu.40.

num.40.de nobil. et Boer. in decis. 127. in fin.] non autem admittuntur ad Hiſpanorum Primogenia [Molina loc. cit.]

Nota quod quæ diximus de legitimatis, procedũt in legitimatione per reſcriptum, non autem per ſubſequens matrimonium, quia iſti ſunt veri legitimi, et naturales, et tranſmittitur paterna nobilitas, ſi tempore coitus po-
13 tuerit eſſe matrimonium [Caſſan. in 1. par. concluſ. 77.] et poſſunt promoueri ad ſacros Ordines [Bon de Curti. loc. cit. nu. 20. et ſeq. et Oinot. loc. cit. in cap. de ſucceſs. filior. natural. et legit. ſimul num. 9.]

Secũdo quæro, an à noſtro ſtatuto excludantur nati ex illegitimo matrimonio ignoranter cõtracto, aut vterq; ignorauit, aut alter eorum tantum, et tunc filij ſunt legitimi, & ſuccedunt etiam
14 parenti ſcienti, ergo ſunt nobiles [Aret. in §. ſi aduerſus num. 2. Inſtit. de nuptijs,] & procedit etiam in diſpenſatione conceſſa à Pontifice ſuper matrimonio illegitimè contracto inter gradus prohibitos, quæ non extenditur ad filios natos, vel conceptos ante diſpenſationem ſi ſcienter cõtraxerint matrimonium, non autem ſi ignoranter [Bart. in l. eum qui aliàs, ff. de ſtat. hom. & Bal. in l. ex libera C. de ſuis,] ſi vero vterq;
ſciuit tunc excludũtur, & diſpẽſatio non prodeſt Doct. ſup. relat.]

Nota quod nepotes legitimi, & naturales nati, tàm ex baſtardis, quàm ex legitimatis nullam
15 conſequuntur dignitatem ex nobilitate aui, quia non ſunt de domo, licet de conſuetudine vocentur de eadem familia, quinimò debent vti armis cum aliquali diſparitate [Bald. in l. fin. C. de legat. & Tiraquell. in d. cap. 15. num. 24. & ſeq.] & ſic obſeruatur in patria mea, quod excluduntur à ſedili.

DE REGIMINE REIPVBLICÆ, &c.

Caput Sextum.

Item che fatta detta elettione non debbiano amminiſtrare, ſe prima nella Madre Chieſa, ouero nel Seggio non giureranno in mano delli Officiali di ben gouernare in ſeruitio di Noſtro Signore Iddio, di Sua Maeſtà, e beneficio della Città, oſſeruare, e far oſſeruare tutti li Capitoli d'eſſa Città, e dato il giuramento, e ſcritto nel libro donino principio al Gouerno.

Expli-

Explicauimus hucusque de his, quæ spectant ad actum parlamenti, merito subnectimus de his, quæ sunt necessaria completa electione, vbi narrantur iura, priuilegia, & pœnæ, quas, habent Administratores Gubernij, & quomodo Syndici, ac Electi hodierno die differant à Decurionibus.

SVMMARIVM.

Decretũ officialis an requiratur cõpleto parlamento pro confirmatione electionis, nu. 1.

Confirmatio non requiritur, vbi adest cõsuetudo, secus in locis quib. adest necessario cõfirmatio, nu. 2.

Baro excõmunicatus, cõtumax, vel absens, nõ relicta persona legitima nõ potest confirmari, nu. eod.

Ante administrationẽ datur iuramentũ, sine quo nõ potest administrari, nu. 3.

Valet argumentũ de tutore ad administratorẽ ciuitatis, nu. eod.

Pœna non obseruantiũ iuramentũ est periurium, nu. 4.

Officialis iurisdictionis an teneatur præcisè seruare priuilegiũ stãte iuramento præstito in ingressu officij, nu. 5.

Aduerbiũ præcisè idẽ est ac irreuocabile, nu. eod.

Initiũ administrationis est facere inuentariũ de omnibus reb. pertinentibus ad guberniũ Reipublicæ, quæ debent remanere penes Cancellarium, *nu. 6.*

Contra non facientes inuentariũ datur præsumptio de dolo, nu. eo.

Inuentarium debet fieri expensis Reipublicæ, nu. eod.

Inuentariũ debet inchoari, & perfici infra triginta dies, nu. 7.

Libri rationũ debẽt esse ordinati, et debent specifice continere ea, quę notantur nu. 8.

Regimẽ vetus tenetur instruerẽ regimen nouũ de onerib., & statu Reipub. vt accipiat remediũ, n. 9.

Administratores Reipublicæ habẽt liberã, & generalẽ administrationem, & debent negotia tractari in sedili, nu. 10.

Sequitur nunc narrare ad quid teneantur administratores Reipublicæ in ipsa administratione, nu. 11. & seq.

Administratores Reipublicæ si non habent sufficientẽ scientiã peccant mortaliter, nu. eod.

Patres tenentur pro filijsfamilias de administratione malè gesta, fratres vero minimè, nu. eod.

Bona administrantiũ Rẽpublicam sunt tacitè hypothecata, nu. 13.

Administratores *tenentur de dolo, lata culpa,* & *leui, & quomodo probatur negligentia, nu. 14.*

Appellantur prædones, & in quadruplũ condẽnantur, si nõ scripserint in libro omnia, etiã minima; & quando introitus, & exitus stantur pro, & contra se, & si aliqua partita reperiatur falsa an totus liber dicatur falsus, n. 15

Administratores tenẽtur insolidũ, & de proprio, quãdo conductores gabellarũ non reperiuntur soluendo, nu. eod.

Non

Non possunt conducere prædia, & gabellas, neq; participare in affictu, tã per se, quã per interpositã personã, & adducuntur ampliationes, nu. 16.

Prohibentur fideiubere, & possunt condẽnari vt falsarij in nonnullis casibus, nu. eod. & 17.

Prohibentur per Regias Pragmaticas accipere pecuniã ad cambiũ, vel ad vocem, nu. eod.

Non possunt vendere fructus immaturos, nu. eod.

Obligatio facta à Regimine in beneficiũ Reipublicæ non valet absq; Regio assensu, nu. eod.

Adducitur exemplũ Doctissimi Regij Consiliarij Rouiti, vt oẽs procurẽt euitare talia officia, nu. 18

Vniuersitas quando dicitur delinquere vt possit puniri pœna pecuniaria, nu. eod.

Vniuersitas quare non molestetur pro damnis clandestinis, nu. eod.

In quã pœnã incidit is qui venit, añ quã finiatur parlamẽtũ, n. 19

Administratores creati à Regimine an teneãtur insolidũ, vel pro rata, & affertur decisio S. R. C. referente integerrimo Reg. Consil. Felice de Ianuario, & adducitur ampliatio, nu. 20. & 21.

Participans in affictu spectante ad Rẽpublicã potest licitè perseuerare antequã fuit ad officiũ electus, & adducitur regula, nã multa prohibentur a principio quã post recepta permittũtur, n. 22. & 23.

An valeat cõtractus initus cũ Vniuersitate mediante assensu Regio in beneficiũ emptoris annuorum introituũ cũ clausula quod se obligent decẽ personæ de restituẽdo capitale, & tertias infra certum tẽpus, & adducitur decisio Sacri Regij Consilij, nu. 24.

Administratores non tenentur finita administratione si contraxerunt administratorio nõie, n. 25.

Omne quod fuerit propositũ licet illicitũ, & non fuit contradictum expressè Administratores de eo tenentur, ac si consensissent, n. 26.

Administratores Reipublicæ multa iura, & priuilegia habent ex officio administrando, nu. 27. & seq.

Syndici, & Administratores Reipub. habẽt præbeminẽtiã, n. 30. & seq.

Decuriones differunt à Syndicis, & electis, nu. 32.

Voces populi exclamantis viuat viuat bonũ regimẽ admittuntur tãtũ ratione boni regiminis administrati, n. 35. & ibi dicitur, quod Syndici possunt cogere nolentes virtuosè viuere.

Syndici quã prudẽtiã debẽt habere nu. 36.

1 Primo quæro, an facta electione regiminis requiratur decretum officialis Iurisdictionis, dicendũ quod non, sed sufficit ipsa ordinatio familiarum, cum Rex concesserit ipsis familijs electionem, & propterea quod fit ab his, qui habent auctoritatem à Rege, videtur factum ab ipso Rege [l. itẽ

corum

eorum §. si decuriones ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine. Bar.in l.actor vers.venio ad actorem ff. rem ratam haberi, & l. nulli ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine,] & in tantū hoc est verū, quod si fuerit creatus Syndicus cum auctoritate Superioris, poterit Vniuersitas sola ipsum reuocare [l.Epistolam, & ibi Bart.ff.de acquir.hæred. & Aret. in §.quod si tutor num.12.Instit. de curat.] quia statim ius est acquisitum electis, quare nō potest variare, aut reuocare faciendo aliam electionem, nisi ex causa
2 puta si fuerit electus debitor, aut litigator, vel non vacauerit per trienniū ab officio, [vt in c.12.] infra dicam, quia ob vitium primæ electionis irritæ, aut primi electi irriti potest procedi ad secundum [cap. si electio de elect. in 6.de Franch. decis.539. & Valenz. cons. 44. num. 2.] Sed quid dicimus de confirmatione, & dicendū est, quod in hoc debet seruari consuetudo, [vt in pragm.2. de administrat.Vniuers.] sed vbi erit necessaria confirmatio non potest fieri à Barone excommunicato, contumace, vel absente non relicta persona legitima, vt dicit [Rouit. in dicta pragm. 2. num.52.& seq.] ad quem in materia cōfirmationis me remitto, [& vide Doctores in cap.vn.§.fi. ne sede vacante, & Tiraquell. de legibus connubi. glos.8. in verb. de sommati num.4.]

Primo, noto ibi ex text. *non giureranno*, quod administratio nouæ electionis nunquam datur absque iuramento, & non dato iuramento nō potest administra-
3 ri ex auctoritate parlamenti generalis, [Nouell.c.15.§.iusiurandum glosa in extrauag. Ioan. Ecclesiæ Romanæ in verbo debeat §.iusiurandum vero in Auth. de de defensor.& colligitur ex [Bar. in l.legitimos in princip.ff.de legit. tutor. & l. Titia cum testamento §.Lucius, ff.de leg.2. Platea in l.per hanc C.de erogat.milit.lib.12. Afflict. super Constit. rub.de Sacram.præstād.& Rouit. in d.prag. nu.54.] & ratio huius iuramenti fuit desumpta per argumentum sumptum à tutorib. pupillorum, qui iurant pupillos indefensos non derelinquere, ita administratores, vti defensores Ciuitatis iurare debent, ne Ciuitatem indefensam derelinquant [§.fin.in Auth.vt ij, qui oblig. se per habe.res mino.Bar. in l.legitimos ff.de leg.tut. l.decretationib.C.de Episc.& Cler.et Guid. Papa decis.631.nu.8.]
4 Secundo, noto ibi ex tex. *osseruare, e far osseruare tutti i Capitoli*, quod debet dari iuramentū nouis electis de seruādo capitula, et hoc est de iure [Bal.in l.si vacātia nu.2.C.de bon.vac.lib.10. et Io.de Platea ibid.l.per hanc C.de erog.mil.Rip.de peste n.3.Martin.Laudē.in q.5.de offic.Abb.in c.transmissa de elect.Surgēs in c. 12.

12.nu.50.et seq.de Neap.Illustr. Auēd.in 1.par.c.2.in prin.et seq. et c.19.nu.28.de exequ.mand.et Montan.in d.prag. nu.338.] et p hoc si veniunt contra,incidunt in periuriū toties,quoties nō seruabunt[Alber.in trac.de statu.q.27 Plot.in l.si qn̄ nu.755.C.vnde ui, Paris.cōs.97.n.1.vol.j.quē refert Caual.ītrac.de tut.et cur.n.168.]

Secūdo quęro incidēter an officiales Iurisdictionis debeāt pręcisè obseruare priuilegia,et à forma ipsorū nō recedere stāte iuramēto præstito in ingressu officij,
5 et nōnulli dixerunt iuramentum intelligendū esse pręstitū de priuilegijs iustis,et licitis[Alber.in tract.de stat.q.26.]Ergo de iniustis,et illicitis nō præsumitur datū iuramentū, secūda opinio fuit [Bal. in l.etsi seuerior C. de infa. et in l.quid ergo §. pęna grauior ff.de infam. et c.cū M.Ferrar. de Cōstit.et Innoc. in c.1.de Cōstit. est tex.in l.hodie ff.de pęnis] qui distinxerūt,aut loquimur de maioribus officialibus, qui possunt transgredi leges ratione casuum emergentiū, et pcedit prima opinio,aut loquimur de minorib.officialibus,qui iurant præcisè seruare capitula,et procedit secūda opinio,vt in[Auth.hodie §.excep tis C.de Iud.et ibi Bal. et Carau. in rit.128.n.5.qđ aduerbiū (pręcisè)idē īportat,ac si fuisset dictū irreuocabile[l.1.in prin.ff.de vētre insp ciē.l.de ætate §.ex causa ff.de interrog.act.et Bal.in l.clari, et aperti iuris C.de fideicom.] et nota qđ si officiales præstiterint iuramentū simplex de obseruādo capitula, extenditur quoq; iuramentū ad futura capitula[Alber. loc.cit.quæst.29.]

Tertio noto ibi, ***donino principio nel gouerno***, quod antequā initiū administrationis accipiāt, debeāt facere inuentariū de scripturis, et alijs rebus consignandis à vetere regimine,deinde omnia
6 cōtentā in inuentario debēt mediante publico Instrumēto consignari Cācellario,qui tenetur cōseruare ad risicū, et periculū ipsius sub aliqua pęna determināda ab officiale iurisdictionis sublato malo abusu pro præterito obseruato,et de hoc inuētario facit mentionem Rex Ferdinandus in [Capitulis nostris in anno 1478. nu.4.et 5.fol.49.] et procedit de iure cōi,exēplo tutorū, et curatorū, qui tenentur facere inuētariū per tex.[in l.tutor qui repertoriū ff.de administr.tutor. et ibi Bar.et Doctor.] deinde regimen nouū debet consignare eidē Cancellario oēs scripturas additas, ac registrare oēs litteras, et scripturas mittendas extra Vrbem in diuersis libris registrorum videlicet litterarum, scripturarum, prouisionum,parlamentorum, votorum cum protestationibus si forēt,mandatorū,literarū liberatorialiū,seu cōdēnatorialiū officialiū iurisdictionis,et actuariorū,solutionū fiscalium,et similiū, cum

cũ indice, hæc sũt necessaria ꝓ publico regimine, ac bono, alias si nõ conficerent inuentariũ, præsumũtur esse in dolo, & vsurpatores bonorũ Reipublicę [Roland. a Valle conf. 49. nu. 18. & Plotus in repetit. l. si quando num. 194. & sequent. C. vnde vi Ripa in tract. de peste vers. deuenio nũc num. 342. & sequent. Decius in cons. 178. incip. in causa col. 1. & 2. Roman. cons. 414. & cons. 168 Paul. de Castro in cons. 124. col. fin. vol. 1. Imola in l. cum seruus de cond. & demonstr. & Soccin. cons. 213.] quod inuentariũ debet fieri expẽsis Reipublicæ [Andreas de Iser. sing. 5. vers. vtrum,] & inchoari debet, ac perfici infra tres menses [Bar. in l. fin. §. si vero postquam num. 4. C. de Iure deliberan. Cornel. Benincas. in tract. de pauper. quest. 9. special. 10. num. 18. & sequent. & Caualcan. in tract. de tuto. & Cura. nn. 80.] sed hoc procedit inter tutorem, & curatorem, non autem
7 inter administratores Reipublicæ, quia tale tempus debet alterari ad minus infra triginta dies intra quos debet inchoari, & perfici [Freccia de præsentat. instrum. 4 par. num. 87. & Caualcan. loc. cit. num. 81. vers. qnod tempus,] deinde tenetur librum administrationis conficere, & rationem fideliter reddere] l. 1. §. officio, & ibi Bar. ff. de tutel. & ration. distrahen. l. si quis absentis ff. de nego. gest. & Valenz. cons. 89. in princ. & seq.] alias præsumuntur esse in dolo [Plotus in loc. cit. num. 194. Galter. in praxi tute. par. 3. rubr. 2. per totam, & Ripa in loc. cit.] libri autem rationum tam introitus, quã exitus non debent esse in ordinati, sed debent specificè continere
8 annum, diem, mensem, & locum a quo recepit, & qui dederunt, & si Respublica habeat stabilia, debent denotare fructus ex quolibet fundo, & à quo Colono percepti sunt, & quibus fuerunt venditi, Et sic sigillatim, & distinctè omnia clarè referre, vt ex eis veritas, & falsitas absq; alio adminiculo cognosci possit, alias enim rationum perplexitas idem operaretur, ac si libri confecti nõ fuissent [l. fi. & ibi DD. C. arb. tut. l. tutor repertoriũ ff. de admi. tu. & ibi Bar. col. 4. num. 21. vers. venio, Salic. & DD. in l. tutores C. de admi. tut. Plotus loc. cit. num. 237. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cas. 208. num 20. & seq. & Galter. loc. cit.] tertio regimen nouũ statim accepto officio procurat cum omni diligentia, quod prædecessores ipsum instruãt de oneribus, scilicet functionibus fi-
9 scalibus tam ordinarijs, quam extraordinarijs debitis, & statu Reipublicæ, & videre si sunt sufficientes introitus ad persoluendum omne debitum, vt accipiat remedium minus damnosum, nã si vos administratores ambiuistis esse officiales, de quo debetis quo

que

que ambire, quod Respublica cre
scat, & non decrescat [And. de
Iser. in c. 1. num. x. de fœudo guar
diæ] Tandem debent habere me
moriam præteritorum, intelli-
gentiam præsentium, & præui-
dentiam futurorum, exemplo Io-
seph, qui præuidens futuram fa-
mē conseruauit frumenta [Mar-
tin. Laudens. quæst. 38. de offi-
10 cial.] & ipsi administratores pos
sunt omnia negotia Reipublicæ
expedire, etiam ea, qui require-
rent speciale mandatum, quia
dicuntur habere liberam, & gene
ralem administrationem, seu mā-
datum [gl. vlt. in l. mandato ge-
nerali ff. de procurat. & Decius
cons. 297. num. 1. & seq.] & de-
bent omnia negotia tractare in
sedili, vt omnes de regimine no-
titiam habeant de illis sic placuit
Regi Ferdinando [aut per capit.
anno 1509. fol. 88. a terg. num.
17.] & probatur ratione ex [l. 2.
C. de decurio. lib. x.] nam per il-
los regitur sedile, & sic Ciuitas
nostra, quæ legitimè congregata
vices personæ substinet, & in hoc
tantum fictio habet locum, & vo-
catur regimen quoddam corpus
plurimorum oculorū, bracchio-
rum, & pedum [l. mortuo ff. de
fideiussor. & Losæus in 1. parte
cap. 1. num. 9. de Iure Vniuersi-
tatis] nisi ex iusto impedimento
puta belli, vel pestis, nam tunc
valet non solum parlamentum
verum etiam cætera negotia, li-
cet non fuerint tractata in loco
solito [Bal. in l. 3. num. 2. ff. quod
quisque iuris, & Losæus in d. 1.
par. cap. 3. num. 72.] sicut olim
in causa Antonij Aiossæ cum se
dile portus fuerunt data suffra-
gia extra sedile, & fuisse iudica-
tum in Sacro Consilio esse valida
refert [Anna sing. 355.]

11 Hactenus loquutū est, ad quid
teneantur administratores Rei-
publicæ ante administrationem
nunc videamus ad quid tenean-
tur in ipsa administratione, &
hæc erit tertia quæst. quę exami-
nabitur ꝑ cōclusiones distinctas,
& multa cōtinebit notatu digna
& primo administratores possūt
cogi venire, & cōuenire se ex cau
sa publicæ vtilitatis profaciendo
parlamento seruata forma [cap.
9. Platea in l. filij C. de decurio. li.
x. Abbas in c. quia propter in 2.
nota. de elect.] & puniuntur pœ-
na arbitraria, vbi non est deter-
minata certa pœna [l. hodie ff.
de pœnis,] Cosētiæ vero Rex Fer
dinandus vt in [priuileg. in anno
1509. fol. 87. num. 5.] determi-
nauit pœnam ducatorum sex ap-
plicandā Regio Fisco, & sic vidi
obseruari in nonnullis electis Po
pularibus, qui continuo incidūt
in pœnam, quæ non exigitur, si
adest causa infirmitatis, sic vo-
luit Dux Calabriæ in [capit. in
anno 1476. fol. 42. num. 2.]

Secundo eisdem modis cogun
tur ad exercendum officia Reipu
blicæ quibus tutores, & capiun-
12 tur de facto [l. si quis magistra-
tus

tus ff. de muner.& honor.] & poterunt extrahi de domo, & puniuntur pœna posita [in §. quæ vero aguntur in Auth. de defensor.] item poterunt carcerari, & banniri pro vt quoque cogitur esse pecuniæ publicæ collector, & exactor [Alberi. in l. munerum ff. de muner. & honor. Martin. Laudens. in quæst. 28. de dignitat. Plat. in l. si ad magistratum, & l. ex domibus C. de decurio lib. x. Auendann. in cap. 19. num. 24. de exequend. mand. Amendola in decis. de Franch. 210. num. 35. & Alexander ad Bartolum in l. munerum §. iudicandi ff. de muner. & honor.

Tertio peccant mortaliter, si non habent sufficientem scientiã quæ a iure requiritur, ad hoc vt sint capaces officij, ad quod electi fuerunt Raudens. in decis. Pisan. 40. num. 389.

Quarto ratione administratio nis malè gestę per filios familias patres tenentur pro eis Fratres verò non tenentur pro fratribus licet bona sint indiuisa [Martin. Laudens. quæst. 106. de official.

Quinto bona eorum qui administrant quolibet modo bona Vniuersitatis sunt tacitè hypothecata in beneficium Reipublicæ [Rouit. in prag. v. num. 19. de administr. Vniuers. & Amendola in decis. de Franchis 321. nu. 4.] & hoc fuit inductum per [dictam

13 Regiam Pragmaticam] vt supra quam non dubium est valere, sicut etiam valet statutum inducens, vt Ciuitas habeat tacitam hypothecam ex ipso contractu [l. Antiochensium de priuileg. Credit. & l. Vn. C. de Iure Reipublicæ, & Bald. in l. dotis C. de Iure dot. & Rebuff in const. Frãciæ in tract. de constit. redituum art. 1. gl. 14. nu. 29.] & licet Ciuitas, quæ non habet Fiscum, non habeat priuilegium tacitæ hypothecæ [l. simile & ibi glosa ff. ad municipal. Bart. Bald. & gl. in l. 2. C. in quibus caus. pign. tacit. contrah. & Roman. in cõs. 408. præsens consultatio & firmat Alex. post Iacob. de Aret. in l. 1. §. si hæres ad fin. ff. ad Trebell.] Tamen bona administratorum sunt benè obligata, & ibi firmat [Alexand. post glosam in vers. sequitur per textum in l. fin. C. quo quis ordi. conue. libro vndecimo,] quem ita debere intelligi tradit [Alexander in dicto §. si hæres,] & hæc doctrina procedit extra Regnum, nam vt diximus nos habere [Regiam Pragmaticam] relatam a Rouito loco citato ad euitandum scrupulum, qui causari solet a nonnullis.

Sexto tenentur de dolo, lata culpa, & leui ad similitudinem tutorum [l. magistratus ff. de administr. rerum ad Ciuit. pertinent. ibi magistratus Reipublicæ & l. prior autem ff. eo. tit.] & probatur negligentia eo ipso, quod tenentur ad certum factum

limitatum, & non faciunt, nisi ostendant impedimenta [l. qui cō-
14 meatus, & l. 3. §. si ad diem ff. de re milit.] & si non acquirunt Reipublicæ propter negligentiam, aut dissimulationem, & tenentur ad interesse, quia videntur donare de bonis Reipublicæ [l. 2. C. de fide instr. & iure hastæ fiscal. lib. 10.]

Septimo appellantur prædones, et in quatruplum condemnā tur, si non scripserint in libro omnia, etiam minima [Soccin. cons. 213. Adden. ad Alex. in cōs. 214. vol. 7. et l. excellentia C. de erog. milit. lib. 12. Auendann. in 2. par. cap. 10. num. 34. vers. et in administratione, et Montanar. in d. prag. 5. §. 5. in princ.] idcirco
15 debent conficere librum vt diximus, et in exitu nihil poni debet ab eis, nisi quod realiter impensum fuerit, in introitu vero omnia etiam minima debent poni ad fraudes euitandas [Plotus in repetit. l. si quando num. 194. et num. 195. C. vnde vi] hac tamen differentia quod de positis in introitu statur contra se sed de positis in exitu non statur pro se, sed debet illa probare, verum nō præsumitur, quod totus liber sit falsus, si in eo reperiatur aliqua partita non vera l. qui sub conditione ff. de condict. et demonstr. Bar. in l. Aurelius §. item quæsiuit ff. de liber. leg. et Bal. in l. 1. C. de edendo, et Zappul. in dicta prag. 5. §. 4. in princ. et num. 5.

Octauo tenentur insolidum siue omnes gesserint, siue nullus [gl. in l. 2. C. de diuid. tute.]

Nono tenentur administratores Reipublicæ de proprio quotiescumque conductores gabellarum non reperiuntur soluendo [vt per capit. Ducis Calabriæ in anno 1472. num. 12. fol. 26. à ter. & Losæus in d. 3 par. cap. 7. num. 4.] qui allegat [l. 4. §. 1. ff. de administratione rerum ad Ciuit. pertinen.]

Decimo prohibentur tam per se, quam per interpositam personam conducere prædia, & gabellas Vniuersitatis, aut quouis modo participare in affictu earum siue palam, et bona fide, siue
16 clam, et hoc procedit in omni genere administratorum ad euitandam præsumptionem fraudis et ne simul, et semel essent emptores, et venditores, et ita etiam procedit in Assistentibus Hospitalis Sanctissimæ Mariæ Annunciationis, et Grasserijs, et ita iussit Dux Calabriæ [in Capitulis 1476. nu. x. fol. 43. a ter. Foller. in dicta prag. 5. §. 6. nu. 23. et ibi Montanar. nu. 1. et seq.] quod procedit etiam in Barone [per Pragm. sub die 26. Maij 1613. per Comitem de Lemos.]

Vndecimo prohibentur fideiubere pro huiusmodi conductoribus [Losæus in d. 1. par. cap. 3. num. 45. et l. curialis C. locati.]

Duodecimo possunt cōdemnari vt falsarij, in casibus videlicet si recu-

recusant restituere ex admini-
17 stratione [arg. text. & ibi Bart. in l.1.§.tutores ff.de falsis] si mutant domos semel pro hospitio designatas [Rouit. in pragm. 3. num.4. de milit.]

Decimotertio prohibētur per Regias Pragmaticas accipere pecuniam ad cābium, vel ad vocem [Zappull.in d. pragm.5.§.6. nu.16. in fin.] qui allegat Regiā Pragmaticam, vt per eum.

Decimoquarto prohibētur vēdere fructus immaturos ante recollectionē factā [d.prag.5.§.7.]

Decimoquinto obligatio non valet facta à regimine in beneficium Vniuersitatis absq; Regio Assensu, [vt in pragm.12. de administrat. Vniuers.]

Decimosexto accipe consiliū [Doctissimi Regij Cōsiliarij Rouiti in dicta pragm.2. num.56.] vt quilibet procuret euitare huiusmodi officia Reipublicę, quia, vt ait, vltra diuersa incommoda,
18 & pericula, quę subire tenentur, si contingat fieri aliquod delictū per Vniuersitatem, ipsi tanquam priores, & maiores debēt puniri.

Nota tamen quod vt Vniuersitas dicatur delinquere, & possit puniri pœna pecuniaria requiritur, quod omnes de Vniuersitate conuocato consilio, & ad sonum campanæ deliberatione præcedente delinquant [Cardin. Paris. consil.21.nu.32. vol.4. & Afflict. decis.376. quos sequitur Vrsill. ibi, & latè per [Iulium Clarum in quæst.16. versic.vlterius §.fin. in praxi.]

Nota etiam, quod Vniuersitas pro damnis clandestinis non debet molestari propter onera, quę subit ad soluendum stipendium Capitaneis, seù Barricellis campaneæ, vt [in pragm.vni.de damnis clādest.] cuius meminit [Carau. in ritu vlt. nu.6.]

Quarto quæro super prędictis quid si vnus ex regimine nō interfuit in parlamento, sed ante-
19 quam finiretur parlamentum superuenit, an incidat in pęnam, & concludunt omnes non incidere per text. [in l.diuus ff. de in integr.restit. & ibi Alberic.] ponit quæstionem de Episcopo vocato ad consilium, qui interfuit solū in fine cōsilij [c.si quis Episcopus alias si quis Episcoporum 18. dist.l. petens C. de pactis, & l.lecta ff.si cert.petat.] & ratio est clara, nam ea quæ incontinenti fiunt, videntur in esse, & dicitur incontinenti antequam diuertatur ad extraneos actus [Alber.in tract.de statu. in 2.par.q.228.]

Quinto quæro an administratores creati à regimine teneantur insolidum si diuisio sit facta inter ipsos administratores, Sacr. Reg.Consil.determinauit teneri
20 insolidum nulla habita ratione de diuisione facta inter ipsos, qa munus fuit iniunctum à regimine non separatim, sed pro indiuiso, & sic insolidum referente integerrimo Regio Consiliario

L 2 Felice

Felice de Ianuario Sac. Reg. Cõsil. Decano, ac Patritio Neapolitano pro nostra Ciuitate contra hæredes Valerij Thilesij, et Epaminundæ Ferrari in mense Octobris 1614. penes Izzum Actuarium ex auctoritate [Plateæ in l.2.C.quo quisq; ordine conuen. lib.ij. l. ita tamen §. gessisse ff. de administr. tutor. l.2. C. de diuis. tut. Bar. et Bal. in l.1.§. nunc tractemus, et §. vsq; adeo ff. de tute. et ratio. distrahend.] tanto magis quia cẽsentur specialiter creati, et electi a parlamento generali [l. vnũ ex familia §.j.ff. de leg.2.
21 et ibi Bar. num.1. et l.6.§. si decuriones ff. quod cuiusq; Vniuersitatis nomine] etiamsi ipsi Administratores creati à regimine committerent vices suas alteri, cum non possint committere, ex quo est electa industria personæ Bald. in l. si in tres §. sicuti ff. de arbitris] tamẽ si vnus soluit propter culpã alterius repetit ab illo per actionem negotiorum gestorum [Losæus in d. c.3. num.119. in 1.par. & Zappull. in d.prag.5. §.9. num.17.] post hanc decisionem reperij [decisionem auream Boerij 60.] referentis teneri pro rata, & non insolidum, & ponderandam cẽseo, ne Administratores fugiant admiuistrare dubitantes de facto collegæ, & vide [Montanar. in prag.5.§.12.n.19. de administr. Vniuers.]

Sexto quæro, an participãs in afficdu, & conductionibus prędiorum, siuè gabellarum ante assumptum officium possit licitè perseuerare absque pœna con-
22 tenta in Regia Pragmatica, & dicendum est, quod sic, quia ante assumptũ officium participabat in affictu, nec ex post facto incępit participare [Foller. in Cõstit. iustitiarij per prouincias nu.35. & in d.prag.5.§.6.nu.25.] & hæc qualitas excludens debet esse tempore actus, ex quo sequitur, quod si iam erat participator, aut affictator gabellarum non prohibetur perseuerare, & vti gabellis [l. fin. ff. vnde libe.] & nõ obstat [dicta Regia Pragmat.5. §.6.] quæ procedit in Administratoribus Reipublicę actu, non autem, quando causa inspicitur de præterito, ex quo nõ prohibetur retinere [l. in ratione la prima §.1.ff. ad legẽ Falcid. l. Pomponius ff. de nego. gestis l. decurio. ff. de decurion. & ibi glos.]
23 nam multa prohibentur à principio, quæ post recepta permittuntur glos. in l. longa, ff. de mortuo inferen. & l. si is qui ff. de acquir. possess. & l.2.§.1. ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertin. & Losæus in 1.par.c.3. nu.45.]

Septimo quæro quid si fuerit impetratus assensus in beneficiũ emptoris annuorum introituum Vniuersitatis pro certo pretio tio cum clausula dummodò se obligent decem ex ditioribus de restituendo capitale vna cum tertijs infra certum tempus, & illi

illi decem non se obligent, vel ob
24 ligati non restituant debitum iuxta dispositionem assensus, & dicendum est assensum valere, & Vniuersitatem teneri si pretium prædictorum introituum venditorum sit versum in beneficium Vniuersitatis sic fuisse iudicatum in Sacro Consilio refert [Zappul. in d. prag. 5. §. 13. nume. 35. vsque ad 39. qui allegat l.cum hi §. si prætor ff. de transact. Angel. in cons. 36. num. 1. l. quod fauore C. de legibus gl. in l. 1. §. fin. in vers. proconsul, & ibi Bar. & DD. ff. quod quisque Vniuersit. nomine, Constitution. Regni dubitationem sub tit. de contumacia vniuersit. & cap. Regni Item quod Iustitiarij Iudices sub numero 38.]

Octauo quæro vtrum administratores Vniuersitatis qui contraxerunt, vel se obligarunt administratorio nomine, finita eorum administratione teneantur, & dicendum quod non [Cappell.
25 Tholosana quæst. 70.] nã limitata causa limitatum producit effectum.

Nono quæro quid si fuit propositum aliquid in parlamento damnosum Vniuersitati, & illicitum, & vnus vel aliqui de parlamento nihil dixerunt licet expressè non contradixerint, an propterea dicendum sit eos incidisse in pœnam quemadmodum si cõsensissent, & dicendum quod sic
26 [gl. in l. 2. C. de diuis. tutelæ,] quia videretur consentire, nisi expressè contradicerent his quæ fierent per maiorẽ partẽ [l. municipes ff. ad municipal. & Alberic. in tract. de statu quæst. 36.]

Decimo quæro quod ius habeant administratores Reipublicæ ex officio administrandi, & primo reperio multiplicem differentiam Vniuersitatum, nam aliquæ Vniuersitates habent domi-
27 nium, & non sunt subditæ alicui superiori, sed habent iura Principis, prout est Ciuitas Venetiarum, Ianuæ, & Lucæ, & dicendũ quod istæ Ciuitates cum non recognoscant superiorem, habent iura Principis, & eorum Consiliarij, seu totum Consilium vocatur nomine Principis, & specialiter in Republica Lucensi, quando dantur supplicationes in Consilio magno supplicatur Serenissimo Principi, & ita procedit in alijs Rebuspublicis, & cõsequen-
28 ter dicendum, quod tales in cõmuni habent titulos, insignia, & prærogatiuas Principum, singulatim vero vnusquisque Consiliarius habet ea iura, quæ antiquitus habebant Senatores Romani quibus competebat dignitas clarissimatus, vnde nostris temporibus Domini Veneti vocãtur Clarissimi, in alijs vero Vniuersitatibus subiectis superioribus, cum non habeant iurisdictionẽ, non potest dici, quod eorum Consi-
29 liarij dignitatem aliquam habẽt sed tamen aliqui doctores ipsos

æquiparauerunt antiquis decurionibus, ſeu Curialibus Municipiorum, vnde eſſet quærendum an dicta æquiparatio procedat, vel non procedat, nã ſi hæc æquiparatio procedit, proculdubio Adminiſtratores Reipublicæ ſub ditæ gaudebunt ijs honoribus, & prærogatiuis, quibus in iure noſtro gaudent decuriones, & Curiales, & in hoc verſatur tota difficultas huius quæſtionis, & quidem reperio [Bar. in rubr. C. de decurio. li. 10. & Luc. de Pen.] qui indiſtinctè tenent æquiparationem prædictam procedere, quos refert, & ſequitur [Foller. in pragm. 5. in princ. de admini ſtrat. Vniuer.] & propterea DD. dicunt, quod adminiſtratores Reipublicæ non poſſunt torqueri per [l. nihil C. de quæſt. Iul. Clar. in quæſt. 64. verſ. propterea quæro §. fi. in praxi] quę lex loquitur in decurionibus & dicit quod etiam, quod non habēt dignitatem, ſed eam habuerint propter priſtinam dignitatem non poſſunt torqueri, & ſic tex-

30 tus ille ſe fundat in dignitate, & ratione dignitatis, ſed ſic eſt modo, quod Adminiſtratores noſtrę Ciuitatis non dicuntur habere dignitatē, ſed quandam præheminentiam, vti cœteræ aliæ Ciuitates ſubditæ noſtro Regi, nam gradus dignitatum deſcribuntur per DD. & præcipuè [Decium in rub. ff de Offic. eius, & in l. 1. ff. de Iuriſd. omn. Iudic.] et nullo modo reperitur, quod adminiſtratores Vniuerſitatum dicũtur habere dignitatem, ſed quandam præheminentiam vt diximus, per hoc dicendum priuilegia conceſſa decurionibus ratione dignitatis non competere Syndicis, et electis, ex rationibus ſupra adductis, nam vt diximus ſupra [in Rubr. quæſt. 3.] illa æquiparatio procedit ſolum in hoc, quia quemadmodum decuriones erant capita Ciuitatum, & habebant admi-

31 niſtrationem bonorum Ciuitatum, ſic Syndici, & electi ſunt capita Ciuitatum, [Paris de Puteo de Sindica. in verbo inquiſitio cap. 3. num. 5. fol. 202. a ter. & Napodan. in conſuet. Neap. in verbo Inſtrumenta confecta nu. 49. in tit. de inſtr. confect. per Curi. Neap.] ſed in alijs eſt differentia, quinimo multi DD. malè intelligẽtes iura loquentia de decurionibus extenderunt dicta iura ad materiam adminiſtratorum Vniuerſatum, & propterea Loſæus in 1. par. cap. 3. num. 34 de Iure Vniuerſitatis] tertium priuilegium adduxit adminiſtratorum Vniuerſitatum, quod eorum bona non poſſint alienari ſine decreto per tex. [in l. 1. & ibi etiam Bar. num. 1. iuncta l. fin. C. de prædijs decurio. ſine decr. non alien. lib. 10.] qui tex. non loquitur de decurionibus adminiſtrantibus bona Vniuerſitatum, ſed de his decurionibus qui erant Curię nexibus obſtricti, vt eis interdi-

cere-

ceretur militia, & vectigalium publicorum, aliarumque quarum libet rerum conductio, procuratioque [l. 2. §. 1. ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertin. l. decuriones 4. §. decurio ff. de decurio. & l. curialis C. locati] ne videlicet aliorum negotiorum cura a suo munere vocarentur, & ob hęc onera curiam fugere olim solebant tametsi tanquam honoratiores præceteris colerentur, & à plebeis in pœnarum irrogatione separarentur, ex decurionibus antem creabantur duumuiri [l. item eorum 6. §. 1. ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine] qui nullum habebant Imperium habebant tamen iurisdictionem ad certam vsque quantitatem [l. vn. ff. si quis ius dicenti non obtempera.] & sic differunt decuriones a Syndicis, & Electis, cum decuriones erant quidam magistratus in municipijs, & municipia erãt loca q̃ a municipijs habitabantur, & municipes erant ciues Romani suo iure, suisque legibus vtentes, vt diximus supra [in d. rub. d. quæst. 3.] possunt tamen multa priuilegia eis appropriari, nam si ex officio, siue administratione, quam gerunt cõmittant delicta mitius cum ipsis agendum est [l. tres tutores ff. de administr. tutor.] quia velamen administrationis furtum tẽ-

33 perat, & mitigat delictum ratione officij quando delinquens modum excessit ratione principij liciti, & boni veli [l. tres tutores ff. de admi. tut. vbi notat. glosa, Bal. in cap. 1. §. iniuria in verbo siue furtum col. 2. tit. de pac. iur. firman. l. si multi ff. de publi. & vectig. c. si vero de senten. excomunica. c. olim de resti. spo. c. significauerit de Pæn. & remiss. & Tiraquell. in causa 58. num. 1. de pœnis legum,] Item non possint citari ad informandum durante officio pro causa leui, quia debet supersederi in comparendo personaliter durante tempore administrationis, [Luc. de Penna in l. 3. vers. secundo quæritur C. de commeatu lib. 12. & Afflict. in constitut. edictorum sub num. 24.] & sic fuisse decisum per M. C. V. in personam Ioannis Baptistæ Caputi mei carissimi aui in anno 1552., quod gaudeat dilatione Syndicatus, quo tempore reperiebatur Cosentiæ Syndicus nobilium, refert [Thorus in compend. decis. Neap. in verbo Syndicus citatus criminaliter columna 1. fol. 513.] Item in ortu Principis Hyspaniæ, & Ducis Calabriæ, vel in morte ipsius, vel parentum solent fieri per Regimen vestes solemnes in honorem natiuitatis, & vestes lugubres in

34 obitum & has vestes lucrantur potius ex abusu quam de Iure [de Ponte de potest. proreg. in tit. de diuers. prouis. in rub. de donis, & expens. vniuers. nu. 11.] Item secundum nostram consuetudinem si moriũtur Syndici du-

rante Sindicatu sunt immunes so
lutione Campanæ magnæ, quæ
solutio conuertitur ad beneficiũ
Sacri Montis Pietatis nostræ Ci-
uitatis, & consanguinei eorum
plorant tempore mortis contra
stilum Phylosophorum antiquo-
rum, qui flebant in ortu puero-
rum, in morte autem gaudebant,
cum homo nascatur ad laborem,
& ad requiem moriatur [Valenz.
35 in discursu status, & belli par. 1.
consid. 1. num. 7.] Item ratione
boni regiminis administrati re-
gimen ipsum meruit laudem, &
honorem de bonis operibus, la-
boribus, & impensis, & collau-
dandum est publicis vocibus, ne
videatur incognitum per silentiũ
bonum quod fecit, & in hoc casu
admittunt officiales iurisdictio-
nis voces populi exclamantis, vi-
uat, viuat bonum regimen, quod
in officio se bene gessit, sicut fa-
ciũt Romani de Papa [gl. & Plat.
in l. vn. C. de quæstor.] & vltimo
id quod dicitur vulgariter ***non ci
è offitio, che non rende vn paro
di guanti***. Item Syndici possunt
cogere nolentes virtuosè viuere
[Ægidius Columna in parte pri-
ma lib. 3. cap. 5. de Regimine
Principum.] Itaque Sindici si de-
siderant esse prudentes non de-
bent vanitatibus intendere, sed
maiorem partem diei debent ex-
36 pendere in cogitando, quæ pos-
sunt esse Ciuitati proficua, cum
moderamine tamen recreationis
corporalis, ne impediantur in re-
gimine Reipublicæ, diximus ex-
cogitando, quod importat tem-
pora retroacta sub quibus tem-
poribus Respublica regebatur,
propter quod habeant memoriã
præteritorum, ex quibus scire
poterunt, quid agendum sit in
futurum, nam regimen Reipubli-
cæ debet semper conformare re-
gimini præterito, sub qua Respu-
blica fuit recta, & gubernata, de-
bent diligenter intueri futura bo
na, quæ possunt esse proficua Rei-
publicæ & mala quæ possunt esse
nociua, sed si velint adipisci hæc,
quæ scripsimus oportet ipsos esse
bonos, & non habere voluntatẽ
deprauatam, ne propter malitiã
appetitus imprudenter agant a-
gendo quæ sunt fugienda [Arist.
Ethicorum 6. cap. 12. & 7. Phy-
sicorum.]

D E

DE REGIMINE REIPVBLICÆ, &c.

Caput Septimum.

Item per togliere gli odij, i rispetti, & abusioni, à tal che i voti siano liberi, si debbia far tanto nel creare de gli Assistenti, Sindici, Sindicatori, Consultore, e qual si voglia altra cosa con le ballotte secrete, con la medesima cassetta del Sì, e del Nò, e quello c'hauerà d'vscire nell'officio, ch'è proposto debbia hauere le due parti delle ballotte, e non hauendoli, s'inbussulano due di quelli, che hauranno hauuto più ballotte de gli altri, e si cauano à sorte, come sarà à dire; si prepone vn'Assistente, & in quello concorrono più persone, si debbiano inbussulare li due, c'haueranno pari, ò più voce; e se ci fussero delli due, che hauessero pari voci, s'inbussulano tutti; e così nel restante, pur che habbiano la terza parte ad minus delle ballotte, e voci, come è stato dichiarato di sopra nel quarto Capitolo.

In hoc Capite tractatur de officijs, quæ prouidentur à Regimine particulari, & seruatur illud idem, quod seruatur in parlamento vniuersali, & ibi dicitur Syndicos quibus æquiparari.

SVMMARIVM.

Omnia, quæ fiunt à parlamento particulari, censentur facta à parlamento vniuersali, nu. 1.

Dantur differentia inter parlamentum generale, & parlamentum particulare, nu. 2. *&* 3.

Ad regimẽ particulare spectat creare officiales diuersos pro gubernio Reipublicæ, nu. 4.

Auctor proponit potestatem eorum, qui eliguntur ad aliquod officium per Vniuersitatem, & eorum, qui eliguntur per regimen nu. eod.

Syndici Vniuersitatis, quibus æquiparantur, nu. 5.

Syndici dicuntur defensores, & habent munus publicum, & æquiparantur omnibus habentibus munus personale, nu. 6. *&* 9.

Vni-

Vniuersitas æquiparatur pupillis, & minoribus, nu.7.

Ponitur differentia inter Syndicos, & defensores, nu.8.

Syndici æquiparantur procuratoribus ad negotia, nu.9.

Regimen particulare habet eandem potestatem, quam habent tutores, & curatores in bonis pupillorum, & adultorum, nu.eod.

Ponitur differẽtia inter regiminis officiales, & officiales electos ab ipso regimine, nu.10.

PRIMO noto ex præsenti capitulo quod debent eligi Assistentes, Syndici, Syndicatores, Consulto-
1 res, &c. eodem modo, prout fit in electione regiminis sine odio, vel respectu aliquo, & sic cum suffragijs secretis, quæ tamen electio non fit a parlamento generali, sed à particulari in mense Maij, quod parlamentum representat parlamentum generale, ex vi potestatis sibi concessæ, & omnia quæ facit parlamentum particulare, dicentur facta à parlamento generali [l.1.C.de veteri iure enucleando Roland à Valle cons.90. num.1. vol.1. Castrens. in l.3. num.6.ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine Franc.Marc.decis.800.n.5. & seq. vol.1. & Dux Calabriæ in cap.nostris in anno 1472.fol.25. num.3.] est tamen differentia,
2 nam licet circa materiam gubernij regimen vti representans Ciuitatem possit omnia facere, tamen sequentes officiales ad regimẽ possunt reuocare facta per regimen particulare, secus in his quæ sunt facta per parlamentum generale, quia non possunt reuocari sine auctoritate ipsius parlamenti generalis [Bar.in l.2. §.1.nu.vlt. ff.de optione legata, Losæus in 1.par.cap.3.num.104. in medio de iure Vniuersitatis Martin.Laudens.quæst.77.de official.] nisi necessitate vrgente, & ex magna, & euidenti causa, [Ias. in repetit. l.9.ff. de Iustit.&
3 iure.] Item parlamentum generale potest limitare potestatem officialibus regiminis si tempore delationis officij hac conditione fuerunt electi, non autem simpliciter, nam eis data est potestas libera circa gubernium Reipublicæ [Paul.de Castro in l.absenti ff. de donat. de Pōte de potest. Proreg. §.6. num.10. in titul. de abundant. Ciuit. & Regni, & de Franchis decis. 539.]

Secundo noto de spectantibus ad officium regiminis particularis, nam debent facere Assistẽtes Monasteriorũ, & Hospitalis, itẽ Syndicos, Syndicatores, & Con-
4 sultorem, vnde videndum est de officio istorum, videlicet quid sit officium Assistentium, Syndicorum, Syndicatorum, Cõsultoris, & similium, sed antequam veniamus ad explicationem præfatorum

rum

rum officiorum, videndum est, quæ differentia sit inter potestatem, quã habent ipsi de regimine particulari electi à parlamento publico, Item quibus æquiparentur, et quã potestatem habeãt ipsi electi ab ipso regimine, nã mul ti Doctor. circa hoc allucinati sunt non distinguẽtes terminos, aliqui verò fuerunt, qui dixerũt
5 Syndicos Vniuersitatis electos à parlamento vniuersali esse similes defensoribus Ciuitatum constitutis solum in Italia [l.munerũ §.defensores ff.de muner. et honor. Bombin. in consil. 89. in princ. Anna in alleg.136. num.9. vol.2. et Surgens in c.11. nu.26. de Neapol. Illustr.] et quidem isti bene dicunt Syndicos esse similes defensoribus Ciuitatum de quibus tractatur [in d. §. defensores, nam [in d.§.] tractatur de defensoribus, qui Syndici Græco vocabulo dicebantur, et dicebantur habere munus publicum
6 personale, et in quantum habent munus publicum personale non est dubiũ, quod sunt similes omnibus ijs, qui habent munus publicum personale, nam similes sunt, quorum qualitas est vna, sed sic est modo, quod Syndici dicuntur habere munus personale, quemadmodum defensores de quibus habetur [in d.§.defensores,] ergo hæc æquiparatio procedit, & simili ratione possunt Syndici æquiparari omnibus habentibus munus personale, de quibus habetur [in d.l.munerũ,] & præcipuè tutoribus, & curatoribus, nam quemadmodum tuto-
7 res, & curatores sunt constituti ad tuẽdũ pupillos, & adultos, sic Syndici, & electi sunt cõstituti ad tuendas res Ciuitatis, seù Vniuersitatis, quia nulli dubium est æquiparari pupillis, & minoribus quantum verò ad officium aliorum defensorum de quibus habetur [in auth. de defensoribus Ciuitatum,] ista æquiparatio non procedit per omnia, nam illi defensores Ciuitatum, de quibus habetur [in d.Auth. de defensor. Ciuit.] habebant Iurisdictionẽ, Syndici, & electi nostri non habẽt iurisdictionem, vnde differunt in hoc, nam quemadmodum differt honor à munere, sic differũt Syndici à defensoribus Ciuitatum,
8 nã Syndici dicuntur habere munus publicum, sed non honorem, sed defensores Ciuitatũ habebãt honorẽ loquẽdo de honore quatenus est administratio Reipub. cũ gradu dignitatis, vt dicitur [in l. honor 14.ff.de muner.& honor.] qui honor differt à munere, vnde cum distinguatur honor à munere in [d.l.honor, & in l.munerum §. defensores eod. titul.] dicatur Syndicatum esse speciem muneris personalis, consequenter dicendum est Syndicos non habere honorem, sed tñ munus, nã non habent gradum dignitatis, & di-

9 distinguũtur à defensorib' Ciuitatũ, de quib. [in Auth. de defens. Ciuit.] solo gradu dignitatis.

At vero officiales electi à Regimine particulari non dicuntur habere munus publicum, sed tantum æquiparantur alijs personis administrãtibus sine munere publico veluti sunt procuratores ad negotia, & sic æquiparantur procuratoribus, dumtamen sint electi ab ipso parlamento particulari, et hæc doctrina est cõmúniter recepta apud Doctor. vt dicit [Bart. & Doctor. in l. iusiurandum, l. ad pecunias 34. §. defensor ff. de iure iurando, & l. prȩses, C. de transact. & ibi Angel. Salyc. & Bald. & Angel. Aret. Inst. de except. §. penult. num. 36. & Alexan. consil. 22. lib. 1.]

Et sic potest dici generaliter, quod regimen particulare habet eam potestatẽ in bonis Vniuersitatis quam habent tutores, & curatores in bonis pupillorum, & adultorum, quia habent mandatum à lege cum libera pote-
10 state, & sic possunt facere ea, quȩ requirunt speciale mandatum, sed constituti à regimine, æquiparantur procuratoribus, vt diximus; et sic non possunt facere ea, quæ requirunt speciale mandatum, nisi specialiter sibi iniungantur, & in hoc vertitur tota hæc difficultas, et esset videndum quam potestatem habent tutores, et curatores ad hoc, vt sciamus potestatem Syndicorum, et ad quid teneantur Syndici, ex officio sibi iniuncto, nunc specialiter videndum de eorum officijs, et sic primo videamus de officio Syndici, et electorum, deinde de officio Magistri iurati, et hȩc quo ad regimen particulare, secundo videamus de officio eorum, qui fuerunt electi ab ipso Regimine, vt supra diximus.

CAPVT SEPTIMVM.

§. 1.

In hoc §. tractatur de officio Syndicorum, Magistri iurati, et electorum, quatenus faciunt vnum corpus, et sunt tanquam caput, et membra vsui, et ibi de ordine circa votandum, et de prærogatiuis ipsorum.

SVMMARIVM.

Syndicus sine collegis nihil poterit concludere, nu. 1.

Electi dicuntur Consiliarij Syndici, & adducitur exemplum de Roboam, nu. 2.

Totum regimen quid possit facere, quo

quo ordine, & quid spectat ad singulorum officia, nu. eod.
Syndicus tanquam caput Vniuersitatis, & regiminis appellatur Princeps Ciuitatis, nu. 3.
Ad Syndicum spectat proponere, & conuocare parlamentum, nu. eod.
Primus electus vtiprima vox dabit votum, nu. eod.
Prima vox in materia regiminis dicitur ille, qui est maioris ætatis, in negotio militiæ attenditur tempus, nu. 4.
Adducuntur plurima exempla, nu. eod.
Reliqui electi votabunt secundum ordinem ętatis, penultimus erit Magister iuratus, & vltimus Syndicus, & hoc procedit in parlamento particulari, quid autem in generali, nu. 5.
Votum primi electi non est maioris efficaciæ quam reliqua vota, nu. eod.
Primus electus multas prærogatiuas habet, & afferuntur exempla, nu. 6. & 7.
Syndici non possunt discedere à loco, vbi est Syndicus, nec acceptare aliquod officium extra illum locum, nu. 8.
Electi, & Magister iuratus quando possunt discedere ab Vniuersitate, nu. eod.

OFficium Syndicorum, Electorum, ac Magistri Iurati quatenus faciunt vnum corpus Ciuile est vnum, et idem, et sunt tanquam
1 caput, et membra, quemadmodũ Episcopus, et Capitulum [c. nouit de hisquæ fiunt à Prælat. sine consensu Capituli cap. sequenti eodem titulo, et c. si quid de quocumq; 86. distinctione,] et quem admodum non potest Prælatus aliquid facere sine consensu Capituli, sic non potest Syndicus sine cõsensu electorum aliquid facere, et electi fuerunt dati Syndicis pro meliori, et faciliori administratione, quia plus vident duo oculi, quam vnus, et electi sunt tanquam consilium Syndici, vnde dicitur [in Eccles. cap. 32.] filij sine cõsilio nihil facies, et post factum non pęnitebit [Prou. 15.] dissipantur cogitationes, vbi nõ est consilium, et [Prouerb. 13.] astutus omnia cum consilio agit, fatuus autem aperit stultitiam, et si secus fecerint Syndici sper-
2 nendo consilia electorum administratione sunt indigni, et ea priuari debent sicut Roboam filius Salomonis perdidit Regnum, quia consilium illorum audire negauit, qui sibi pro consilio statuti erant [3. Regum cap. 12.] et consilium est oculus futurorum, et vbi multa consilia ibi salus, [c. constitutis de elect.] et quod à plu-

à pluribus queritur facilius inuenitur [c.prudentia de officio deleg.] His ſtatutis videndum eſt, quid poſſit hoc conſilium vnitum facere, ſecũdo quo ordine, & tertio quid ſpectat ad ſingulorum officia, & primo dico Syndicum
3 tanquam caput Vniuerſitatis, & regiminis appellari Principem Ciuitatis, ideſt principalem perſonam Vniuerſitatis, & regiminis, vt dicit [Loſæus in 1. par. cap.3.num.33.de Iure Vniuerſitatis,] & propterea ad ipſum ſpectat proponere, & cõuocare parlamentum [Garſ. in gloſ. 3.§.2. nu.18.de nobil.] ſed primus electus vti prima vox dabit votum, & hoc eſt de iure [Bald. in cap.1. in 1.col.de controuer.feud.apud
4 pares determinand.] Et prima vox dicitur in materia regiminis ille electus, qui eſt maioris ætatis, licet in materia militiæ attendatur tempus, quo diutius quis elaborauit [Lanfranchinus in tract. vtrum præferendus ſit doctor an miles num.50. Auendan. in 1. par.cap.19.num.4. de exequend. mand.verſ. votum autem vſque ad num.15.& Fab.de Anna conſ.40. nu.26.lib.1.] quia preſumitur maior ætate ſapientior, & prudentior [c.quibus 20. diſt. & cap.fin.84. diſt.] & primo loquitur, vnde [Eccleſ.32.] loquere maior natu, [& 36.] voca ſeniores ad conſilium, & [Numeri cap.10.]congrega de ſenioribus, quia canities hominum ſapientia eſt, [c. porrò diſt.84.] ſicut obſeruatur in electione Imperatoris, quod prima vox ſpectat ad Triuerẽſem Archiepiſcopũ [Ca-
5 ſtald.de Imperat.q.8.nu.21.verſ. vigeſimo quarto,] deinde cæteri electi votabunt ſecundum ordinem ætatis, penultimus erit Magiſter iuratus, & nouiſſimus Syndicus, & hoc procedit in parlamento particulari, non autem in generali, nam Syndicus primus votabit, deinde Magiſter iuratus, poſtea primus electus, & cæteri verò ordine ſucceſſiuo, & ſic fuiſſe obſeruatum vidi de conſuetudine veterata, quæ multum prævalet in præcedentijs [Fab. de Anna in conſ.40.in princ.& 27.] animaduertendum tamen eſt, quod votum primi electi non erit maioris efficaciæ, quam reliqua vota [Auendan. loco citato num. 14. verſic. & quamuis,] & nota quod multum iuuat eſſe
6 primum electum, nam ob impedimentum Syndicorum, & Magiſtri iurati, quod rarò accidit, conuocat parlamentum, & proponit negotium determinandum [Bart. in l. 1. ff. de albo ſcribend. & Valenz. conſil.1. num. 31.] ad inſtar dominij Venetiarũ, quando abeſt Dux, Senior ex ſex eius Conſiliarijs alijs non immeritò præfertur[Cæpolla in verbo Bartholomæus num.12 de Imperat. milit. deligen.] Sic etiam ob impedimentum Magiſtri iurati ſolet eligi primus electus in locum

cum Magiſtri iurati ſeruata for-
7 ma [cap.8. infra] vnde Horatius Donatus Patritius noſter vti primus electus fuit electus ad officium Magiſtri iurati in anno 1606. ob infirmitatem Mutij Fabari tunc Magiſtri iurati.
7 Speciale tamen eſt in Syndicis, quod non poſſunt ab Vrbe diſcedere, nec acceptare aliquod aliud officium extra Vrbem [l.1. ff. de decurion.] & ſi relinquerint Ciuitatem, coguntur ad eam redire [l.vnic.& ibi Bart.C. ſi Curiales relicta Ciuit. rus habi.volue. lib. 10.] vel renunciare etiam ſi valetudine impediti fuerint [Valenz.conſ.31.nu.24.] & hoc ad ſimilitudinem Curialium antiquorum, qui Curiæ adſcripti erant, & obligati, & hoc
8 videmus ſeruari tantum in Syndicis, non autem in electis, & Magiſtro iurato, nam ſi abſunt electi, poteſt alius ſubrogari, vt dicam [in cap. 11.] ſed in Syndicis non reperitur, quod poſſit ſubrogari, & conſequenter neceſſario debet adeſſe, eſt autem ſpeciale in Magiſtro iurato, quod tempore nundinarum tanquam nundinarum officialis non poteſt diſcedere, vt diximus ſupra.

CAPVT SEPTIMVM.

§. 2.

In hoc §. tractatur de Officio Magiſtri iurati, & dicitur quibus nominibus fuerit appellatus, & quibus æquiparatus, inde peruenitur ad ea, quæ ipſi incumbunt ſpecialiter, et dicitur ſucceſſiuè in locum Curioſorum, & Stationariorum, & ad quem ſpectat electio.

SVMMARIVM.

Magiſter iuratus vocatur ſub diuerſis vocabulis, nu.1.

Officium Magiſtri iurati in quibus locis eſt nobiliſſimum, & viliſſimum, nu.2.

Electio Magiſtri iurati ad quem ſpectat, nu.2.& 3.

Electiones, ſeù confirmationes non debent eſſe venales, & neque debent dari petentibus, numero 4.

Conſuetum, & ſolitum inter ſe differunt, nu.5.& ſeq.

Magiſter Iuratus tempore nundinarum habet iuriſdictionem, & ibi adducitur decretum latum

Ma-

Magister Iuratus non potest apprehendere ferentes paruos cultellos idoneos ad preparandum pennas, nu. 23.

Magister Iuratus non potest carcerare inuentum stare, vel sedere de nocte sine lumine, nu. 24.

Fœmina deambulantes tempore noctis possunt carcerari, numero 25.

Excusatio non admittitur illius, qui dicit non audiuisse pulsationem campanæ; etiam si diceret quod sit surdus, numero 26.

Repertus tempore noctis in die Veneris Sancti, ex quo non pulsantur campanæ, an puniatur, nu. 27.

Clericus incedens de nocte absque lumine, an possit carcerari, nu. 28.

Causæ quæ agitantur in nundinis possunt agitari diebus ferialibus, nu. 29.

Syndicus præcedit Magistrum Iuratum, & ponuntur limitationes, nu. 30. & seq.

Ordo scripturæ non facit veram probationem præcedentiæ, sed quoddam signum à remotis, num. 31.

Officium Syndici est principale, & vocatur prima dignitas, seu præbeminentia, & ratione officij præcedit patrem, & omnes in omni loco, numero 32. & seq.

Obseruatur, quod in ingressu Præsidis Syndicus nobilis loquitur, laudando ipsum, & comitatur vsque ad quem locum, nu. 33.

Duo Syndici faciunt vnicum caput, & totum Regimen repræsentat Ciuitatem, & ibi dicitur Syndicus popularis sit maior Magistro Iurato, numero 34.

Præcedentia notatur respectu proximitatis ad id, quod primum est, & quid seruetur in processione Corporis Christi, nu. 35. & 36.

Populus Romanus deficiente Senatu regebatur ex duodecim viris approbatis, & Regimen eorum si erat bonum, quomodo vocabatur, numero 37.

NVNC dicendum est de his, quæ incumbunt Magistro Iurato in specie, & quia nomẽ, & similitudo multum iuuant ad cognoscendum tale offi-
1 cium, propterea videndum est de nominibus Magistri iurati, videlicet quibus nominibus appelletur, & quibus officialibus assimiletur, & primo dico sub diuersis vocabulis fuisse appellatum Magistrum Iuratum, nam vocatus fuit Camerlingus, & Magi-

M ster

Ma-

Magister Iuratus non potest apprehendere ferentes paruos cultellos idoneos ad præparandum pennas, nu.23.

Magister Iuratus *non potest carcerare inuentum stare, vel sedere de nocte sine lumine, nu.24.*

Fœminæ deambulantes tempore noctis possunt carcerari, numero 25.

Ex*cusatio non admittitur illius, qui dicit non audiuisse pulsationem campanæ; etiam si diceret quod sit surdus, numero 26.*

Repertus tempore noctis in die Veneris Sancti, ex quo non pulsantur campanæ, an puniatur, nu.27.

Clericus incedens de nocte absque lumine, an possit carcerari, nu. 28.

Causa quæ agitantur in nundinis possunt agitari diebus ferialibus, nu.29.

Syndicus præcedit Magistrum Iuratum, & ponuntur limitationes, nu.30. & seq.

Ordo scripturæ non facit veram probationem præcedentiæ, sed quoddam signum à remotis, num. 31.

Officium Syndici est principale, & vocatur prima dignitas, seu præheminentia, & ratione officij præcedit patrem, & omnes in omni loco, numero 32. & seq.

Obseruatur, quod in ingressu Præsidis Syndicus nobilis loquitur, laudando ipsum, & comitatur vsque ad quem locum, nu.33.

Duo Syndici faciunt vnicum caput, & totum Regimen repræsentat Ciuitatem, & ibi dicitur Syndicus popularis sit maior Magistro Iurato, numero 34.

Præcedentia notatur respectu proximitatis ad id, quod primum est, & quid seruetur in processione Corporis Christi, nu.35.& 36.

Populus Romanus deficiente Senatu regebatur ex duodecim viris approbatis, & Regimen eorum si erat bonum, quomodo vocabatur, numero 37.

NVNC dicendum est de his, quæ incumbunt Magistro Iurato in specie, & quia nomē, & similitudo multum iuuant ad cognoscendum tale offi-
1 cium, propterea videndum est de nominibus Magistri iurati, videlicet quibus nominibus appelletur, & quibus officialibus assimiletur, & primo dico sub diuersis vocabulis fuisse appellatum Magistrum Iuratum, nam vocatus fuit Camerlingus, & Magi-

 ster

ster feriæ, ac magister iuratus, æquiparatur verò officio præfe-cti vigilum, & successit in locum Curiosorum, & Stationariorum antiquorum, vt dicitur expressè [in capitulis Regni Regis Roberti incip. ad quietem publicam [Bar. & Ioannes de Platea in l. prima C. de Cur. & Statio. lib. 12.] & hoc officiũ Cosentiæ fuit antiquissimum, cuius meminit
2 Regina Ioanna in priuileg. concess. in anno 1416. nu. 2. fol. 11. a ter.] est nobilissimum in nostra patria, licet in alijs partibus reputetur vile, ad quod nobiles de sedili eliguntur, vt explicauit [Rex Ferdinandus in priuileg. concess. in anno 1478. fol. 50. num. 12. de Franchis decis. 43. & Thorus in compend. decis. Neapol. in verbo magistri iurati col. 2. fol. 327.] in cœteris vero locis demanialibus ad Vniuersitatem spectat electio ipsius magistri iurati, in terris verò Baronalibus spectat ad Barones propter iurisdictionem, quam Vniuersitates Baronales carent, nisi reperiantur in possessione, [c. Regni Robertus, & in Con-
3 stitut. Regni cum satis, & de Franchis dicta decis. 43. & ibi Amendola, & Montanar. in dicta pragmat. 2. num. 193. & sequent.] Vniuersitates vero demaniales illam iurisdictionem, & auctoritatem quam habent possunt transferre ad magistrum iuratum, qui vti Officialis Regius interuenit parlamento, absque quo nullo modo Vniuersitas potest congregare, [l. conuenticula C. de Episcop. & elect. Vrsill. ad decis. Affli. 376. nu. 5. & de Franchis decis. 446.] alibi vero, vt est in Casalibus nostris solent ipsa nostra Casalia nominare tres pro quolibet Casali ad tale officium, ex quibus Præses Prouinciæ nostræ vnum eligere habeat pro quolibet Casali, sed caue Præses ne huiusmo-
4 di electiones, seu confirmationes sint venales, prout plerumq; fieri conqueritur Imperator [in l. si quos spontaneus C. de decurio. lib. x. & Rouit. in d. prag. 2. nu. 47.] nec datur petentibus, vt dicit Rex Lodouicus [in priuileg. in anno 1422. n. 20. fol. 16. a ter.] & ideo electio debet fieri secundũ
5 ordinem, & modum in patria seruari consuetum, dixi secundum consuetum, & non secundum solitum propter maximum discrimẽ, nam solitum dicitur id quod seruatum est vltimo actui proximo præcedenti [l. mela §. sed si alimenta ff. de alimentis, & Cibar. lega.] consuetum verò est quod diutius, & longo tempore consuetum est fieri, & non attenditur biennium, vel triennium præcedens, sed longa continuatio decem annorum c. Cumana extra de elect. & l. scio §. medico ff. de annuis lega. & hæc de nomi-

6 nomine, & quibus æquiparetur, & quomodo eligatur, sequitur de officio.

Primo tempore nundinarum magister iuratus merum, & mixtum Imperium obtinet ex priui-
7 legijs, & consuetudine, alias sine Principis licentia fieri non possunt latè per [Thesaur. in decis. 264] vbi inuenies ethymologiã nundinarum, & mercatorum, & quomodo inter se differant, & Co sentiæ ex priuilegio concesso [a Rege Lodouico in anno 1422. fol. 16. a ter. num. 20.] vbi dicit, quod magister iuratus potest cognoscere, & determinare de omnibus, & quibuscumq; cau sis prout fuit, & est solitum durante tempore fori magni, quod dicitur de Sancta Maria Magdalena, & durat duodecim diebus talis iurisdictio, & vigore huius priuilegij existente Magistro iurato Mauritio Pascali a Regia Audientia nostra fuit remissus quidã carceratus inquisitus pro causa criminali sub patrocinio peritissimi I.C. Hieronymi Quattromani patritij, & tunc Consultoris, ac mei consobrini, [Foller. ad Maratam in speculo in 4. par. distinctione nona num. 82. cum pluribus sequentibus] & ipsi duodecim dies quibus durant eędem nundinæ, fuerunt ampliatæ ad tres alios dies per eundem [Regem Ferdinandum in anno 1476. fol. 45. nu. 4.] & isti quindecim dies incipiunt a medietate mensis Iulij vsque ad finem, vt dicitur in priuileg. [Regis Ferdinandi in anno 1480. fol. 52. a ter. num. 15. et ante eum per Reginam Ioannam Secundam in anno 1416. fol. 11. à terg. numero 2.]

Habet etiã alterum mercatũ, quod vocatur forum Sancti Augustini, & incipit a die vigesimosecundo mensis Augusti vsque ad tertium diem Septembris, in quo
8 die deponit officium cum eisdem priuilegijs, & prærogatiuis, vt per priuileg. concessum [ab Inuictissimo Imperatore Carolo v. in anno 1533. fol. 97. num. 23.] de quibus mẽtionem fecit [Thorus in d. compend. in verbo Magistri iurati col. 2. fol. 327.] in quo tẽpore tenetur habere actuarium, vt in [priuileg. Regis Ferdinandi in anno 1473. num. 10. fol. 32. a ter.] qui Rex dedit modum circa custodiam noctis, vide licet elapsis duabus horis noctis statim ter pulsatur Campana, &
9 vocatur Campana Serotina seu vulgo, *della Sciurta*, qua pulsata omnes seruientes magistri iurati debent reperiri in sedili, vbi diuiduntur in tres guardias pro custodia vrbis, [vt per priuileg. in anno 1478. fol. 49. a ter. num. 7. Iulius Clarus in quæst. 82. vers. pone in statutis & Ripa in tract. de remed. ad conseruand. Vber. num. 184.] pro custodia noctis

olim erant quadraginta homines, qui debebant esse matriculati, & descripti in lista, seu catalogo conseruando per officiales regios, vt si obuiam irent cū seruientibus regijs,& proferant nomina non reperta in lista, statim carcerantur [vt per priuileg. in anno 1472. fol. 26. a ter. nu. 15.
10 & Rex Ferdinādus in anno 1478 fol. 49. num. 6.] reduxit talem numerum in vigintiquatuor homines, verum antequàm pulsabitur campana tenetur Magister iuratus singulis diebus mittere eius seruientem Præsidi,& in eius absētia Auditori Aulæ Decano, & per absentiam Auditorum Locumtenenti Vallis gratis, & terræ Iordanæ ad accipiendum nomen Sancti, quo habito reliqui
11 seruientes debent scire, & caueant alijs patefacere, & hoc nomen Sancti valet pro illa tota nocte, vt omnes ambulantes tēpore noctis, & obuiam euntes cū seruientibus Magistri iurati, si sunt seruientes regij, tenentur dicere nomen Sancti,& tali casu nō possunt carcerari, qui vero non correspondent nomini Sancti,cōducuntur coram ipsis officialibus iurisdictionis ad electionem Magistri iurati, exceptis tamen personis portantibus lumina, seu carbones [ex ordinat. Reg. Ferdinandi in anno 1478. fol. 49. a ter. num. 8.] & omnes ambulantes de nocte carcerantur, siuè cū armis,siuè sine armis, & perdunt arma in beneficium capientium, qui habebunt scutum aureum soluendum a carcerato, vt dicitur [in eodem priuileg. loc. cit. num. 7. & 10. & Iulius Clarus in quæst. 82. vers. scias] & istis seruientibus Magistri iurati possunt deferre tempore noctis enses cum vaginis, & lanceas si ambulent modestè absque vociferatione, & exclamatione, [vt ordinat Rex Ferdinandus loc. cit. num. 9.] tempore vero diei minime, [vt fol. 50. loc. cit. num. 11.] nisi essent famuli nobilium.

Secundo Magister iuratus potest portare ensem non obstante quod esset bannum, quod nullus
13 portaret ensem, quod bannum plerumque solet fieri Kal. Maij, ne orirentur rixę,& sic vidi seruari in personam Philippi Materæ tunc Magistri iurati, qui detulit ensem non obstante banno in anno 1612. & in personam Cæsaris Caualcātij etiam Magistri iurati in anno 1617. mei affinis propter dignitatem officij, ita colligitur [ex ordinat. eiusdem Regis fol. 50. num. 12.]

Debet autem seruare Magister iuratus ad vnguem capitula ipsius Ciuitatis super reformatione ipsius officij impressa inter
14 nostra priuilegia [in anno 1523. fol. 114. & seq.] quæ breuitatis causa omitto.

Propterea nihil potest accipe re

re à mulieribus inhonestis sub colore exfractandi extra vrbem, verum tempore nundinarum potest conuenire, vt soluant secundum solitum,[vt per capitul. in dicto anno fol.115. à terg. num. 13.]

Et nota, quod meretrices, & aliæ inhonestæ mulieres debent remoueri à quarterio honorato, et eis assignari certum quarterium [Luc.de Penna in l.si qua col.3. C. de spectacul.lib.11. et Anna singul. 338.] affirmant his assignandum esse quarterium, quod amplio etiam in muliere maritata, quæ parum prodest esse maritata,et inhonesta [Afflic. in Constit.titul.de prohibita habitatione honestar. lib.3.] amplio etiam si mulier habitaret in sua propria domo, et esset inhonesta, nam non potest habitare in quarterio honorato [Cassan. in Consuetud. Burgund. rubr. 4. §.5. in glos.1.num.57. et Rouit. in pragm.4. num.1. et 2. de meretric.]

Potest etiam expelli Malleator, & quilibet alius strepitum faciens iuxta Ecclesias, Monasteria, domos Doctorum, et
15 Scholarium, etiam non obstante appellatione fauore publico, Item locum obtinent in exercente artem fœtidam, et ita procedit in patria mea, et est de iure, vt dicit [Martin. Laudens.in q.5.de official.et Auendan.in 3.par.c.6. per totum, et latè Vincentius Carocius in tract. locat. et conduct. par. 2. in titul. de professoribus,et medicis fol. mihi 45. in prima impressione.]

Tertio Magister iuratus, et Consultor Ciuitatis habent priuilegium concessum à Philippo Secundo Rege Fœlicis memoriæ sub die 4.Augusti 1555.fol.108. à terg.nu.15. quod in casu mor-
16 tis Locumtenentis, siuè Iudicis Ciuitatis nostræ, & Casalium succedat Magister iuratus ad officium Locumtenentis, & Consultor ad officium Iudicis, & dictum priuilegium fuit ampliatũ etiam habere locum in casu absentiæ necessariæ, aut voluntariæ, & in casu infirmitatis,prout fuit iudicatum,& exequutum per Regiam nostram Audientiam,vt refert [Thorus in d.compend.in verbo Officiales in terris Regni col.1. fol. 368.] & hoc procedit de iure, cum mors, & absentia æquiparẽtur, & æquiparatorum eadem sit dispositio [l.1.ff. de offic.eius,& ibi Alexã. col.2.3. & sequent.§.ad hoc prohibemus in Auth.de collat.& Nouar. in q.8. sect.1. de electión.& variat f ri. num.9.]aut pro altero legitimo impedimento[Carau. in ritu 2. num.20.] & vltra casum mortis ob absentiã Locumtenentis ante priuilegium per ipsam Regiam Audiẽtiam fuit prouisum ipsum officium in anno 1527.sub die 6. No-

Nouembris in perſonam Sigiſmundi Caputi tunc Magiſtri iurati, & mei cariſſimi proaui, Itẽ ob abſentiã Iudicis in perſonas Ioannis Andreę de Sancto Blaſio, & Sebaſtiani Caputi Iunioris, vti Aduocatorum, ac Conſultorum, & poſt impetrationem ipſius pri-
17 uilegij fuit conceſſum officium Locumtenentis in perſonas, videlicet in anno 1567. Ioannis Baptiſtę de Curato, in anno 1470. Ioannis Caputi mei patrui, in anno 1610. Caroli Paſſalacquæ, in anno 1618. Marij Dattili, in anno 1619. in menſe Septembris in perſonam Pompæi de Spiritu propter abſentiam Andreæ Robles, & in anno 1620. propter abſentiam Petri Velaſquez in perſonas Ioannis Baptiſtę Britti & V.I.D. Pompæi de Sancto Blaſio maximę expectationis, ac mepronepotis, quo ad vero officium Iudicis per ipſam Regiam Audientiam fuit iniunctum Ioanni Paulo Monaco, Bartholo de Sancto Blaſio nepoti Ioannis Andreæ, & Iulio Caputo filio Sebaſtiani Iunioris, & ego ipſe in anno 1618. Neapoli ſub die 20. Auguſti in part. 38. fol. 3. obtinui prouiſionem à Regio Collaterali Conſilio pro obſeruãtia ipſius
18 ſoliti, ac conſueti, & à Regia Audientia fuit exequutum, quinimò ad corroborationẽ ſoliti ac conſueti Excellentiſſimus Dominus Dux Oſſunæ tunc Prorex huius Regni prouidit officium Locumtenentis ipſi Pompeio de Spiritu ob abſentiam Iulij Cæſaris Caraccioli Patritij Neapolitani in menſe Maij 1619. & quia nonnulli oppoſuerunt ipſum Pompeium nullo modo poſſe exercere, cum ſit Ciuis ex diſpoſitione noſtrorum priuilegiorum, vt ſupra diximus, & iuris communis, quod in propria patria nemo poteſt eſſe officialis, inde facta relatione in Collaterali Conſilio per Illuſtriſſimum Marchionem Coroleti Fuluium Conſtantium Regentẽ Regiã Cancellariã Patritium Neapolitanum, ac maximi nominis corã Præfato Prorege fuit deciſum procedendum eſſe ad expeditionem litterarum commiſſionalium, & proinde imponeretur perpetuũ ſilentium ſub dicto menſe Maij 1619. penes Fabritium de Angelis à mandatis ſcribam, quam deciſionem refert [Thorus in d. compend. in verbo officialis in propria patria col. 2. fol. 372.]

19 Quarto tenetur Magiſter Iuratus de culpis commiſſis à perſonis matriculatis ab ipſo [Grãmat. in Conſtit. intentiones,] & fuit ordinatum [à Duce Calabriæ in anno 1472. fol. 26. à terg. num. 15. & à Rege Ferdinando in anno 1478. fol. 50. nu. 14.] Item tenetur Clerico, à quo pulſatur Campana ſerotina ex pecunia ſua dare mercedem; Neapoli vero

ro ex fiscali pecunia [Surgens in
dicto cap. 11. num. 34. in fin. de
Neapol. Illustr.] Item tenentur
iurare eius seruientes bene cu-
stodire Vrbem tempore noctis,
vt est ordinatum [per Regem
Ferdinandũ in anno 1478. fol. 49.
num. 6.] Item non potest redire
ad idem officium, nisi elapsis de-
cem annis, & ego nunquam vidi,
nec reperij in scriptis aliquem
nobilem fuisse bis Magistrum
Iuratum, & de hoc est priuilegiũ
[Regis Ludouici in anno 1422.
fol. 16. à terg. nu. 20.]

Multæ quæstiones possunt oc-
currere circa officium Magistri
Iurati, & primo an possit creari
vtriusque iuris Doctor nobilis
Magister Iuratus, & dicendum
est, quod sic, cum possit vtriusque
20 iuris Doctor exercere officium
spectans ad Doctorem, & ad mi-
litem [arg. l. fin. C. de iure deli-
berand. & in prohœm. Instit.] &
colligitur [ex Marco Antonio
Surgente in cap. 11. num. 47. de
Neapol. Illustr.] & in anno 1564.
fuit creatus Magister iuratus Pe-
trus Paulus Ruffus V.I.D. & Ad-
uocatus celebris, & in anno 1612
Angelus Mollus V.I.D. & tandē
in anno 1620. Pompeius de San-
cto Blasio V.I.D. quem loco fra-
tris non nepotis teneo, quinimò
debent esse Doctores in compen-
sam laborum, & expensarum fa-
ctarum causa studij, verum tem-
pore nundinarum licet sit Do-
ctor Magister Iuratus, tamen te-
netur eligere consultorem Ciuē,
& cum voto eius procedere ad
causas, [Pragmat. vnica de iuris-
dict. Magistri Iurati, & c. in col-
latione de appellation.] sic sem-
per fuisse seruatum dixit [Thorus
in d. compend. in verbo Magistri
Iurati col. 2. fol. 327.]

Secundo quæro an officiales
Regij possint facere guardiam
pro custodienda vrbe tempore
horarum spectantium ad Magi-
strum Iuratum, dicendum posse
absque prohibitione per ordina-
21 tionem [Ducis Calabriæ in an-
no 1472. fol. 26. à terg. num. 15.]
ad euitandas fraudes nocturnas,
insidias, & deambulationes, quia
malè agit, qui odit lucem, & ad
euitanda delicta, ne contra Rem-
publicam facinorosi homines a-
liquid audeant committere [Sur-
gens in d. cap. 11. num. 29. glo. in
l. 1. §. tria luminaria ff. de ven. in-
spi. glos. in l. donator in verbo
Ecclesiæ, C. de donat. l. ipse C. de
contrahend. empt. & Iob. cap. 3.]

Tertio quæro an Magister iu-
ratus habeat auctoritatem car-
cerandi portantes arma, qui fue-
runt conuicti testibus nō autem
22 apprehensi, & dicendum quod
non, quia habet tantum auctori-
tatem apprehendendi arma por-
tantes de nocte, faciunt notata
[per Doctor in l. 1. ff. de acqui-
renda possessione.]

Quarto quæro an Magister iu-

ratus possit apprehendere portantes paruos cultellos idoneos
23 ad præparandum pennas, vel scindendum panem, & dicendum negatiuè per [glos. in auth. de armis vers. cultellis, & Viuius in opin. 283. lib. 1. comm. opin. in antiquis, Aretinus in tract. maleficiorum, in ver. vno stocco ferreo, Ioan. de Platea in l. 1. C. vt vsus arm. lib. 11. Ang. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ. Alex. in l. fin. eod. tit. Cotta in memorial. in ver. armorum offensibilium appellatione, & Ioannes de Arnono in Soliloq. 71. Regni Constitutio.]

Quinto quæro an possit carcerare inuentum stare, vel sedere in
24 aliquo loco sine lumine, & dicendum quod non, qđ aliud est ire, & aliud stare [l. 1. in princ. ff. de his qui deiecerunt, vel effuderunt l. quisquis C. de postuland.] & hoc est verum attentis verbis statuti, secus attenta mente [Alberic. in tract. de statu. in 2. par. q. 232. & Rouit. in pragm. 1. nu. 5. de armis, & Iulius Clarus in q. 82. vers. quæro in praxi.]

Sexto quæro an possit carcerare fœminam, & dicendũ qđ sic
25 [per Bald. in l. quicunque col. 5. C. de seruis fugi. & Cynus ibidẽ, Marsil. in repet. l. vnicæ nu. 266. C. de raptu Virg. & Soccinus nepos in cons. 1. nu. 91. lib. 1. & in cons. 3. num. 19. eod. lib.]

Septimò quæro an habeat iustam excusationem ad euitandũ pœnam prædictam, qui dicit nõ audiuisse pulsationem campanæ [Alberic. in d. tract. 2. par q. 7.]
26 dicit, quod non, nisi iusto errore [Rouit. in d. pragm. 1. num. 4. de armis, aut si esset surdus [Bal. in l. si quis in gradu §. subueniũt in verbo surdus ibi nihil audit, & arg. d. §. ff. ad Syllan.]

Octauo quæro, an puniatur repertus in die Veneris Sancti, ex quo non pulsantur campanæ, &
27 dicendum quod non, ita tenent Doctores, vt dicit [Alberic. in secunda parte statutorum q. 7. Item quæro retentis, & Iulius Clarus in quæst. 82. vers. pone in statutis in praxi.]

Nono quæro an possit carcerari Clericus incedens de nocte absque lumine, vide [Rouit. in d. pragm. 1. num. 6. de armis [Abb.
28 & Doctor. in cap. si vero lo primo num. 6. vers. et ex hoc extra de sent. excomm. et c. cum non ab homine num. 15. extra de Iudic. Clarum in d. quæst. 82. versic. vlterius quæro.]

Decimo quæro an causæ, quæ agitantur in nundinis, possint a-
29 gitari diebus ferialibus, & dicendum quod sic, ex notatis perbellè [à Maranta in Speculo in 4. par. 16. distinct. fol. 234. num. 91. vsq; ad finẽ, et ibi Ludouicus Alpherius,] quem anno 1580. reperio fuisse Vicarium Cosentinum tẽpore Archiepiscopi Fantini Petrignani, deinde ipse Alpherius fuit creatus Episcopus Sãcti Marci Calabriæ [Carauita in ritu 80. num. 3.

num.3.l.prouinciarum, C. de ferijs, et Petra ad Grām. decis.58. num.22.]

Vndecimo quæro quis debeat præcedere, Magister iuratus, an Syndicus nobilium, et primo videtur dicendum pro Magistro iurato, qui est primus nominatus, et sic magis honoratus, vt [in
30 c.3.4. et infra in 8. Bald. in auth. hoc amplius in vlt. col. C. de fideicomm. et Cæpolla in tract. de Imperat. milit. deligen. vers. ratione dignitatis num. 12.] Sed contraria opinio est verior, et probatur, nam Vniuersitas est quoddam corpus, et in corpore caput dicitur esse dignius cæteris membris, et vnum corpus nō habet, nisi vnum caput, sed si verum est, quod caput Vniuersitatis est Syndicus, et non Magister iuratus, et verum est etiam, quod Magister iuratus est membrum talis corporis, consequenter dicendum est, quod sub diuersa consideratione Magister iuratus est dignior Syndico, et est minus dignius Syndico, nam in actibus faciendis per Vniuersitatem tanquam membrum consequenter dicendum est Syndicum ipsum Magistrum Iuratum præcedere tanquam caput, sed tempore nundinarum, et tempore quo Magister iuratus accipit vexillū à Regio Castello, et regit iustitiam in nundinis, sic etiam tempore nocturno præcedit in cu-
31 stodia vrbis Syndicum, et sic sub diuersa cōsideratione est maior, et minor, neque obstat id, quod dicitur quod sit primus nominatus, nam ordo scripturæ attendendus est in dubio, ita quod non facit veram probationem præcedentiæ, sed tantum quoddam signum à remotis, et propterea ordo scripturæ attenditur in dubio, vt dicit [de Franchis, decis. 138. Fabius de Anna consil.40. num.25. volum.1. & Surgens in d.cap.11. nu. 34. & seq.] & videmus quod præter dictos actus circa materiam nundinarū, & custodiam vrbis semper Syndicus præcedit in sedendo, loquēdo, & subscribendo, & similibus, est enim officium Syndici principale, & prima dignitas, seu præheminentia vnde arguitur præcedentia, vt dicit [Dec. & Franc. Purpuratus in l. procurator C. de edendo Tiraquell. de iure primogen. in præfat. num. 111. & seq.] sic etiam dicimus de Syndico, quod præcedit patrem, nam licet vt filius debet obedientiam
32 Patri, & honorem, tamen vt Syndicus præcedit patrem in honoribus, sessionibus, & loco [Regens Lanarius in cons. 88. nu.16. & hoc casu debet sedere, & præcedere patrem in publicis negotijs tanquam Syndicus, & videmus in aduentu noui Præsidis, ac Archiepiscopi, siue alterius magnati Syndicos Ciuitatis videlicet Syndicum nobilem ambulare a manu dextera, Syndicum vero

vero popularē à manu sinistra, in quo designatur præcedentia dictorum Syndicorum [iuxta illud Euangelij fac vt duo filij mei sedeant, vnus a dextris, & alius a sinistris] & in alijs actibus, vt in ingressu Præsidis ipse Syndicus nobilis loquitur, laudando ipsum Præsidem, & ipsum comitando vsque ad Metropolitanam Ecclesiam, quando fit ingressus in officium, sic etiam in Metropolitana Ecclesia Syndicus sedet in lo-
33 co destro, Magister vero iuratus in sinistro, Item in sedili sedet in principio Syndicus, seu in capite Magister vero iuratus sequitur ipsum, in quo arguitur maior dignitas [c. Episcopos 17. dist.] & sic videmus obseruari in quolibet Decano Aulæ [Cæpolla in d. tract. vers. ratione dignitatis num. 11.] Item in deambulando in quo consistit etiam maioritas [l. 1. in fi. C. de præpositis sacri cubiculi lib. 12. & Cæpolla in d. tract. vers. Bartholomęus nu. 10. & 12.] & sic videmus Syndicum nobilium in incedendo, & sedendo sedere in medio, Syndicum populi in manu dextera, & Ma-
34 gistrum iuratū in manu sinistra, nam ipso duo Syndici faciunt vni cum caput, & repræsentant nobilitatem, & populum, & sic Ciuitatem, & propterea Syndicus popularis est maior Magistro iurato, cum sedeat a latere dextero Syndici nobilium, sed Syndicus nobilium præcedit vtrosque [Valenz. cons. 1. num. 35.] & hæc consuetudo seruanda est in materia honorantiæ [de Franchis in decis. 253. num. 2. & Surgens in d. cap. 1. num. 12. & Luc. de Penn. in l. filios C. de decurio. lib. 11.] ait huiusmodi honores terreni plus cupiuntur quam cœlestes ob nostram deprauitatem.

Et non obstat, quod Syndicus, Magister iuratus, & Electi nobilium in Ecclesia Metropolitana
35 sedeant in cornu sinistro, Syndicus vero, & Electi popularium in cornu dextero, nam semper pręcedētia significatur respectu proximitatis ad id quod primum est sed cum in Ecclesia sit Corpus Christi, Altare, & Archiepiscopus, is dicitur dignior, qui est proximior Corpori Christi, Altari, & Archiepiscopo, & sic in
36 Apostolis consideratur pracedētia ratione proximitatis ad Christum, & quando pinguntur Diua Maria Virgo, Sanctus Petrus, & cæteri Apostoli, & Mater tenet filium in bracchio sinistro, qui stat iuxta bracchium sinistrum in quo est Christus, & dignior alijs [Cæpolla in d. tract. vers. ratione dignitatis num. 9. & Surgēs in d. cap. 27. num. 1.] sic eodem modo in processione Sanctissimi Corporis Christi semper præcedunt Syndici, nam ipsi ferunt pallium a latere Archiepiscopi, qui fert Sanctissimum Sacramentum, Magister vero iuratus facit officium Caudatarij, legimus enim pluries

37 pluries in Ciuitate Romana, quod deficiente Senatu; tempore illo intermedio, antequam alius Senator eligeretur, regebatur totus Romanus Populus quibusdã paucis viris, eligebantur enim duodecim viri approbati, & boni testimonij, quos vocabant duodecim bonos homines, & horum gubernatione tota Ciuitas regebatur, & hi si intendebant commune bonum, tunc talis principatus dicebatur Aristocratia, quod idem est, quod principatus bonorum, & virtuosorum, sed si non erant virtuosi, nec intendebant communem bonum, sed proprium lucrum, huiusmodi principatus Oligarchia dicebatur, qđ idem est, quod principatus diuitum opprimentium alios.

CAPVT SEPTIMVM.

§. 3.

In hoc §. tractatur de his, quæ incumbunt Syndicis in specie, et primo tractatur de eorum officio circa Magistratum iurisdictionis, & quid censetur in tali cęrimonia, cum recipitur Magistratus.

SVMMARIVM.

Syndici ad quid tenentur agere in ingressu Magistratuum, numero 1.

Ad Syndicum nobilem spectat proponere determinanda in parlamento publico, & in defectum ad Syndicum popularem, & adducitur auctoritas, quod quatuor modis Ciuitas potest peruerti, nu. 2.

Syndicus debet cõuocare parlamentum particulare in mense Aprilis, & proponere quas personas eligendas pro futuro regimine, nu. eod.

Syndicus antiquus tenetur instruere Syndicum nouum de rebus spectantibus ad gubernium, num. 3.

Prorex Regni solet concedere licentiam Syndico nobilium, quòd possit solus ipse scribere de negotijs arduis, nu. 4.

Qualibet littera scribenda à Ciuitate debent firmari à duabus partibus Regiminis, nu. eod.

Syndicus potest mittere munera Aduocatis, nu. 5.

Syndici, & Magister Iuratus possunt erogare summam ducatorum sex, inconsultis electis, num. eod.

Ad

Ad Syndicos spectat habere custodiam clauium Ciuitatis, *numero 6.*

Ad Syndicos, & Magistrum Iuratum spectat tenere tres claues diuersas continentes sigilla, & scripturas, nu.7.

Syndicus debet esse iustus ne augeat assisiam plus aequo, nu.eod.

Syndicus debet esse aetate prouectus, num. eod.

Syndicus debet esse secretissimus, num.8.

Syndicus debet esse timens Deum, amans virtutem, sapiens, ac prudens, nu. eod.

Diximus de his, quę incumbunt Magistro Iurato in specie, nunc videndum de his, quae incumbunt
1 Syndicis in specie; & primo tenentur, cum venerint Magistratus iurisdictionis, eos recipere simul cum omnibus electis, vel Magistro iurato, & comitari, vt supra diximus, ac postquam fuerunt lectae commissiones dictorũ officialium, Syndicus nobilium accipit capitula, & priuilegia, & praesentat officialibus, rogãs eos, quod iurent obseruare ea, vt ordinauit [Rex Ferdinandus in anno 1464. num.7. fol.34. à terg.] & si non seruarent statim eorum officijs priuantur, ac homines nõ tenentur obedire eis, auctoritate [Regis Ludouici in anno 1422. num.37. fol.17. à terg.]

Secundo Syndicus nobilium proponit determinanda in parlamento publico, & in defectum
2 Syndicus popularis, & in parlamento particulari reducere in memoriam omnium congregatorum quod Ciuitas nostra quatuor modis potest peruerti timore, cupiditate, odio, & amore [Gregor. in c. quatuor 11. q.13.] verum valet parlamentum etiam quod non apparet fuisse factum praecedente propositione Syndici [Roland. à Valle consil. 90. num.13. & seq. volum.1.] licet enim hoc fieri debeat, quod Syndicus proponit, non tamen parlamentum erit nullum, sed hoc tantum fieri debet de honestate, quia ad ipsum Syndicum spectat interrogare, & proponere, vt dicit [Bart. in l.1. num.15. ff. de legibus,] debet etiam Syndicus cõuocare parlamẽtum particulare in mense Aprilis, & proponere quas personas eligendas pro futuro regimine creando Kalendis Maij, & super illud consulere diligenter, & maturè, hoc tamen non est de necessitate, sed de congruitate, vt dicit [Bart. in l.2. C. de decurion. lib.10.]

Tertio Syndicus antiquus tenetur instruere Syndicum nouum successorem de rebus tangenti-
3 bus, & spectantibus ad Rempublicam, & charitatiuè animaduertere debet [l. si purè in fin. ff. de fideicomm. liber.]

Quarto

Quarto solet Prorex Regni, vt plurimum, & eius Collaterale Consilium concedere licentiam
4 Syndico nobilium tantum, quod ipse solus possit scribere ipsi Proregi, & eius Collaterali Consilio de negotijs arduis non obstante ordinatione [Regis Ferdinādi in anno 1509.fol.88.à terg.nu.20.] quod quælibet litteræ scribendæ à Ciuitate debent saltim firmari à duabus partibus Regiminis, & sic vidi quandam prouisionem expeditam à Regio Collaterali Consilio, ad instantiam Horatij Telesi Syndici nobilium nostræ patriæ, sub die 23. mensis Maij 1617.in part.15.fol.92.nepotis Bernardini Telesi magni Phylosophi tempore nostro, ac mei auunculi magni, cuius corpus iacet in Ecclesia Metropolitana nostra.

Quinto potest mittere dona, & munera Aduocatis, & alijs cōsueta mitti, & excusatur à red-
5 ditione rationum [Amendola ad decis. de Franchis 210.nu.109.]

Sexto Syndici, & Magister iuratus possunt erogare summam ducatorum sex inconsultis electis ex ordinationibus [Ducis Calabriæ in anno 1472.fol.25.nu.3.

Septimo Syndici habent custodiam Clauium Ciuitatis, qui nocturno tempore solent com-
6 mittere alijs ad claudendum, & mane aperiendum, & hoc ius spectat ad Syndicos, non autem ad terrarum Dominos [Montanar. in pragm.2.nu.94. de administr. Vniuers. & Nicolaus Boerius in in tract. de custodia clauium in in ver.cum sæpè num.35. & 36.]

Octauo ad Syndicos & Magistrum iuratum spectat tenere tres claues diuersas continentes
7 sigilla, & scripturas [Clem. vni. §.sanè de hæreticis.]

Nono Syndicus debet esse iustus, ne augeat assisiā plus æquo, nam mane orto non Sole exire debet per plateas cunctando omnes apothecas pro regimine Reipublicæ vti caput ipsius, alias dicetur in culpa [arg. §.penult. Instit.quib.mod.tollit.oblig.]

Decimo Syndicus debet esse ætate prouectus, nam honor Ciuitatis est creare Syndicum senē [l. semper ff. de iure immunit.] non autem iuuenem.

8 Vndecimo Syndicus debet esse secretissimus aliorum collegarum [Valer. de instit. antiquis lib. 2.]

Vltimo ex timore Dei oritur bonum regimen [Exod.cap.18.] ideo Syndicus debet esse timens Deum, amans virtutem, nō ignorans, sapiens, moribus grauis, expertus, prudens, & fidelis, alias sine fide esset astutia [c. estote 1. quæst. 1. & c. ea quæ §.illorum de statu Mona.]

C A-

CAPVT SEPTIMVM.

§. 4.

Dictum est supra de his, quæ incumbunt Magistro Iurato, & Syndicis, sequitur tractare de his, quæ incumbunt toti Regimini, & primo quo ad conseruationem secundo quoad distractionem, & quod tenetur de leui culpa ad similitudinem tutoris.

Diffinitur culpa, quæ sit num. 1.

Bonus Pater Familias quam prudentiam in rebus suis debet adhibere nu. 2.

Regimen debet agere, & conuenire debitores Vniuersitatis numero 3.

Regimen debet cum prudentia procedere in expendendo pecuniã vniuersitatis num. 4.

Regimen non debet soluere indebitum, neque mittere officialibus munera num. 5.

Regimen non debet voluptarias expensas facere, sed debet facere sumptum boni viri arbitrio, & *ibi diffinitur quid sit arbitrium boni viri nu. eod.*

Quæ requiruntur in venditione rerum Vniuersitatis numero 6. *& seq.*

Notario dicenti se vidisse instrumentũ procurationis non creditur, nisi sit mandatum procuratorium insertum numero 7.

Subbastatio debet fieri in tempore, loco, & modo consueto nu. 8. *& nouem dies debent præcere antequam fiat subbastatio num. eod.*

Solemnitas *edicti æquipollet solemnitati tubitta num. eo.*

In edicto, seu tubitta debet designari certus dies, in quo debet res vendenda, vel locãda adÿci licitanti nu. 9.

Durantibus nouem diebus non est procedendum ad licitationem, sed post elapsum ipsorum dierum nu. 10.

Licitatio *debet fieri presente Iudice vel saltim officialibus regiminis vt valeat, vel coram notario etiam absente iudice num.* 11,

Subbastatio debet fieri cum publicatione veri pretÿ nu. eo.

Licitator *debet esse uerus, & non falsus, & neque liberat falsus licitator priorem licitantem nu.* 12. & 14.

Simulatus licitator ponendo pretium non lucratur lucrum pre-

ad

Occu-

NVnc videndum de his, quę spectant ad officiũ totius Regiminis, & hoc potest deduci ex officio eorum, qui gubernant
1 bona pupillorum, & adultorum, quod consistit in duobus in conseruando, & distrahendo, unde primo videamus, quomodo possint conseruare statum Vniuersitatum, secundo quod sit eorum officium in distrahendo bona Vniuersitatis, veluti in venditione vectigalium, & gabellarum, ac affictu, seu locatione aliorum bonorum Vniuersitatis & in prædictis diximus supra istos teneri de leui culpa, culpa autem nihil aliud est, nisi vitium oppositum prudentiæ, vt dixit [Bar. in tract. de testibus in verbo culpa] & cũ

teneantur de leui culpa, quæ est opposita prudentiæ tali, quã bonus pater familias in suis rebus adhibere solet, propterea videndum esset, quam prudentiam bonus pater familias in rebus suis
2 adhibere solet, nam si eam Regimen non adhibeat in rebus Vniuersitatis tenebitur ad similitudinem tutoris, cum tutor etiam teneatur de leui culpa [l. tutoribus 34. ff. de administr. & pericul. tutor. & dicit Bar. in l. quod nerua, ff. depositi, & Bald. in l. quæ fortuitis C. de pignor. act.] & de hoc pertinet considerare ad Economicum, sed nos docebimus ea tantum, quæ faciunt ad quotidianum vsum, primo itaq; Regimen debet agere, & conuenire debitores Vniuersitatis, calumniosas tamen non instituere
3 actiones, alias teneretur de proprio [l. qui solidum 80. §. etiam ff. de leg. 1.] Item debet excipere actiones, & Rempublicam defendere, nam quemadmodum tutor, qui tutelam gerit quantum ad prouidentiam pupillarem domini loco haberi debet [l. tutor 28. ff. de administrat. & pericul. tutor.] sic & Regimen, Item debet cum prudentia procedere in erogando, & expenden
4 do pecuniam Vniuersitatis vnde videndum est, in quibus rebus rectè expendat, & in quibus non rectè, & primo si conuenitur Vniuersitas a vero creditore non rectè facit Regimen superuacareã litem instituere, & propterea nõ debet in rationib. Regimini bonum fieri, quod dedit Aduocatis pro defendenda causa iniusta, nõ enim prohibetur Regimen bonã fidem agnoscere [l. quoties tutor §. sicut autem in verbo denique ff. eo.] nam non debet Regimen erogare id, quod ex suis non esset honestissimè erogaturus, idest sine dedecore, & nota vitij [l. cum plures 13. §. nimium ff. de administr. & pericul. tutor.]
5 Secundo non debet soluere nõ debitum, neque mittere officialibus munera [l. tutor §. in soluendis ff. eod.] nam ea quæ sapiunt donationem, Regimen facere non potest, vt dicit [Bar. in d. §. in soluendis.]

Tertio non debet voluptarias expensas facere [l. si fine 33. §. interposito ff. de administr. & peric. tutor.]

Quarto, & vltimo debet facere sumptus boni viri arbitrio [l. titiũ 48. §. quantum ff. de administrat. & pericul. tutor.] arbitrium autem boni viri nihil aliud est, nisi arbitrium viri prudentis, de quo statuere pertinet ad phylosophiam moralem, non ad iurisconsultum, licet debeat iurisconsultus sua principia accipere a phylosophia morali, & cõsequenter scire omnes partes prudentiæ, & officia prudentis, sed hoc alterius est negotij, quoad se-
6 cundum circa venditionem rerũ

Vni-

Vniuersitatis quatuor sunt necessaria, vt docet [Capic. in decis. 93. num. 4.] primo vt sint præsentes omnes in venditione, siue maior pars officialium possidentium stabilia [l. 3. C. de vendit. rerum Ciuit. lib. 11.] secundo vt iurent alienationem esse vtilem Vniuersitati [d. l. 3.] Tertio interponatur decretum, Quarto vt subhastatio interueniat, & Vniuersitas non potest huic solemnitati renunciare [Bar. & Luc. de Penn. in d.l.3.] & si fuerit renunciatum non valet, nisi esset Ciuitas nõ recognoscens superiorem in temporalibus, vt Ciuitas Venetiarum [Ias. in l. 1. num. 11. C. de Summa Trinit.] & nota circa primum requisitum, quod debent scribi nomina maiorum partium Ciuium [Alex. cons. 1. in 4. vol.] quinimo in ponderosis requiruntur nomina omnium
7 scripta [Afflict. decis. 245.] & circa tertium requisitũ nota, quod debet interponi decretum, quod expedit Vniuersitati [Plotus in repet. l. fi. de in litem iuram.] requiritur etiam Assensus Regius [DD. in l. fin. C. de vendit. rer. Vniuersitatis] Item nota, quod si fiat instrumentum per mandatũ procuratorium non crederetur Notario dicenti se vidisse instrumentum procurationis etiam si illud insereret in instrumento per [tex. in Auth. si quis in aliquo documento C. de eden.] sed debet dicere Notarius vt constat instrumento procurationis mihi exhibito, & pœnes me retento, nam tunc Notarius exhiberet dictum instrumentum procurationis authenticum, & non diceretur copia copiæ, circa vero materiam subhastationis, sunt multa animaduertenda.

Primo est animaduertendum, quod fiat subhastatio secundum formam consuetam in tempore, loco, & modo consueto, alias esse inefficax [Bal. in l. ordo C. de
8 except. rei Iudic. Bar. & DD. in l. 1. C. de pascuis publi. lib. 11. & tex. in l. 1. C. si propter publ. pensitation. Bald. in rubr. C. de rescind. vend.] & propterea solet in patria mea per tubittam notificari subhastatio facienda tali die, tali hora, & tali loco, idest in sedili, & antequam fiat subhastatio, debent præcedere nouem dies ad minus [Plat. in l. si tẽpora C. de fide instr. & iure hast. fis. col. 1. lib. 11.] & quando non vellet fieri per Tubittam, potest fieri denuuciatio ante nouem dies per edictum, nam sollemnitas edicti æquipollet sollemnitati tubittæ, quinimo est maioris efficacię & in Ciuitate nostra ad maius robur adhibentur tubitta, & edictũ & facit [tex. in l. loca & ibi Plat. C. de locat. præd. fis. lib. 11. Maranta in spec. de citatione,] in alijs vero locis sufficit seruari cõsuetudinem, vnde si fiat præconiũ per tubam, seu sonum Campanæ, hoc non debet omitti, & ser-

uari debet dicta cõsuetudo [Bar. in l. 1. C. de pascuis publ.] Item est necessarium in edicto, vel per tubittam designari certum diem
9 in quo debet res vendenda, vel locanda adijci licitanti, nam ex tali assignatione colligitur vera certificatio ad licitandum [l. aut qui aliter §. 1. ff. quod vi aut clã] & si assignatio diei esset obscura non valeret [Roman cons. 389. Hyppol. in rubr. de probat. fol. mihi 44. & l. ea quæ §. fin. ff. de contrah. empt.] Et postea quam semel assignatus fuit iste dies, si aliquis fecerit licitationem, nõ licebit postea variare in assignatione termini, quia esset in præiudicium iuris acquisiti illi, qui fecit licitationem [Plat in l. 2. C. de fund. Reipublicæ lib. 11. Bar. in d. l. si tempora C. de fide instr. & iure hastæ Fiscal. lib. 11. vers. quinto quæro vtrum.]

Item est animaduertendum, quod tota ista dilatio nouem dierum, vel plurium debet deserui-
10 re licitationibus, & ista dilatione durante nihil est innouandum [l. siue pars C. de dilationib.] post lapsum vero dictorum dierum, hora, & loco statutis fiat adiectio seu liberatio vltimo licitatori.

Item quod licitatio debet fieri præsente Iudice, vel saltim officialibus Vniuersitatis aliàs non valeret [Bald. in l. fin. C. noua vectig. institui non pos.] sequitur [Alex. et Bart. in d. l. 1. C. de fide Instrum. et iure hastæ fisc. lib. 11.] vel sufficit quod fiat co-
11 ram Notario et amsi Iudex absit, vt colligitur ex [Plat. in d. l. si tempora, et Bart. ibi,] et debet fieri subhastatio cum publicatione veri pretij, non autem fingi maius pretium, quam quod minus offeratur.

Item trãsactis nouem diebus, quibus res licitatur, et completo tempore adiectionis res adiudicãda est ei, qui in pretio, et commodo Reipublicæ alios vicerit [l. eum qui emit §. melior cũ duabus legib. sequent. ff. de in diem adiect. et Luc. de Penn. in l. con-
12 gruit C. de locat. prædior. Ciuil. lib. 11.] et si falsus sit licitator, et in effectu nihil dat, sua licitatio dicitur impostura, et non valet, imò qui talem licitatiõnem facit, et qui ei consentit venit puniendus [l. 3. §. si quis imposturam ff. de crimine stellion. l. item quod ff. de in diem adiect.] et talis licitatio simulata, et falsa nihil valet, nec liberat priorẽ licitãtem, nec obligat ipsum qui facit imposturam, sed pœnæ reddit obnoxium secũdum intellectũ Bartoli in l. 3. ibi si quis imposturam ff. de crimine stellionatus, et Roman. sing. 567.] et si verus fuerit licitator etiam si à tubitta non fuerit dictum quod plus offerenti daretur res licitata, sed simpliciter, nihilominus daretur licitãti, si eius licitatio est maior, et melior [Rom. in sing. 655. Auendan. in 2. par. cap. 12. num. 7. de

exe-

exequendis mandatis.]

Vnde infertur, quod quando simulatus licitator ponit pretiũ nõ lucratur lucrum promissum,
13 quod vulgò dicitur *lo quarto*, nã cum licitatio, quæ est principalis non valeat, non valebit eius accessorium[Bald.in l.si absentis col.fin. C.si certum petat.l.final. ff.de constit. pecun.]

Item infertur, quod si primus licitator supposuit alium, qui plus offerret, vt ipse liberetur, non est admittendus talis secundus licitator, nisi sit idoneus ad soluendum, & interea quod non fuerit admissus primus nõ habet ius, quod admittatur, quia in effectu non dat maius pretium, quã primus, si tamen de facto fuerit expressè, vel tacitè admissus ab officialibus, qui faciunt subhasta
14 tionem liberatur primus, & officiales tenentur Reipublicę, & ita colligo ex doctrina [Pauli, & Alexand.in apostill. ad Bart. in l. licitatio in princ. ff.de publican. & vectigal. & text. omninò videndus in l. qui per collusionem ff.de actio. empti.] tunc locatio datur plus offerenti, quando istud plus pretij offertur, antequam res locanda adiudicetur, nam postquam res est bene locata in causis Reipublicæ non admittitur adiectio pretij, vt remoueantur res ab eo, qui locauit, et den-
15 tur ei, qui abdicit[l.Lucius §.fin. ff. ad municipal. & ibi glos. Bart. & Doctor. & d.l.si tempora, & d. l.1.C.de vendend. rebus Ciuit.et Plat.in l.fundi C. de locat. pręd. fiscal. lib. 11.]

Secundo est animaduertendũ, quod locatio fiat cum fideiussore de soluendo Vniuersitati pretium locationis [l. prior §. prædium, & l.fin.§.Imperatores ff.de administrat.rer. ad Ciui pertin.] & si fideiussor non exigitur, Administratores Reipublicę tenentur de proprio [Auendan.loc.cit. num. 13.]

Tertio est animaduertendum, quod locatio non fiat personis prohibitis, de quibus in [l.2.§.1. ff.de administr.rer.ad Ciuit.pertin.et l.vnic.C.quibus ad condu-
16 ctionem lib. 11.] et ipsis officialibus regiminis prohibetur locatio [d.l.vnic.] et exceptis his, regulariter quilibet admittitur [l. ad officium C. communi diuid.] et dicta qualitas ꝓhibitionis debet adesse tempore, quo fit locatio [l. 2. C. de excus.t. tutor. & Bart. in l.impuberes, ff.de falsis,] nam qualitas excludẽs debet esse tempore actus.

Vltimo est animaduertendum, quod in Ciuitate Cosentiæ in locationibus gabellarum admittitur lucrum quarti superimpositi post extinctum candelæ ad exemplum bonorum Regij Fisci, in quibus admittitur adiectio quarti in locationibus gabellarum, licet contrarium esset de iure, nam Ciuitas non habet simile priuilegium cum Fisco

N 3 [l.si-

[l.simile priuilegium ff.ad muni-
17 cipal.] quinimò illud priuilegiũ non habet locum in bonis propriis Regijs non fiscalibus, & sic facta locatione à Dominis temporalibus suarum gabellarum non possunt propter nouã adiectionem quarti auferre dictas gabellas locatas à locatoribus, nisi in locatione adiecerint, collocãt cum hac conditione lucri quarti, & ita practicatur in Ciuitate nostra cũ dicta adiectione quarti, & hæc consuetudo est seruanda, nam omnis locatio bonorum Ciuitatis debet fieri more solito, & secundum statuta, & consuetudines locorum [Plat. in d.l.1.C. de pascuis publ. & faciunt notata in l. quod si nolit §. qui assidua ff.de ædil.edicto, & l.nemo ff.
18 duobus reis,] & istud quartum, quod lucratur is, cui remãsit res ad extinctum candelæ, cedit in damnum Vniuersitatis.

Sed pone, si non esset ista adiectio quarti, an daretur saltim restitutio in integrum Reipublicæ ex eo, quod de nouo maior offertur vtilitas, & videtur dicendum quod sic, nã minor, et Respublica æquiparantur [l.Rempublicã, C. ex quib.caus.maior.] et vtrique
19 conceditur ius restitutionis, vt [l.fi.et ibi DD.C. de iure Reipublicæ lib. 11.] sed propter nouã licitationem, quæ offertur, conceditur minori restitutio in integrum contra contractum locationis, aut venditionis [l.si fine §. quæsitum ff. de minor.] ergo idẽ est dicendum in Republica, quæ est æqualiter priuilegiata, hoc tamen non obstante contrarium credo verius, quia si contractus fuit solemniter celebratus iusto pretio, et præcedentibus legitimis subhastationibus non debet concedi restitutio etiam fisco, quanto magis Ciuitati, quæ loco personæ priuatæ habetur, nisi ex
20 noua causa causetur læsio, et ita tenet loquens in fisco [Alberi. in d. §. quæsitum, quem sequitur Afflict. in decis. 340.] non enim facilè concedenda est restitutio contra locationes, & contractus sobriè factos [l.verum §.sciendũ ff.de minor. & l.quod si minor §. non semper ff.eod.& Luc.de Pen. in l.congruit C.de locat.prædior. Ciuit.lib.11.] dicit quod licitationes non sunt leuiter admittẽdæ, nedum commodum quæritur, locatores mutentur, & non inueniat Respublica, qui cum ea contrahat, & sic videtur restitutio deneganda, nisi maximum, & magnum commodum offerretur, & hodie datur restitutio indistinctè stante læsione vltra sextam partẽ vt dicit [Didac.Couar.variar.resolut. lib.1. cap.3. num.11. Bart. in l.si duo societatem §.arbitrorum in verbo quæ dicatur parua, vel magna quantitas ff.pro socio Doctor.in l.scio ff. de integr. restitut. Roland. à Valle consil.96. num.4. volum.2. Vrsill. ad decis. Afflict.340.num.8.] & hæc Praxis fuit

fuit recepta à Regia Camera Summariæ ex [l.2. C. de vendit. rer.Ciuit.lib.10.de Ponte de Potest.Proreg.in §.5.in tit.de regal. impositio.per totum, Caualcan. in tractat. de tutore,& curatore, num.140. fol.mihi 84. & Thorus in compend.decis.Neap.in verbo læsio 6.par col.2.fol.319.]

21 Porro circa venditionem gabellarum est etiam animaduertẽdum ad vnum,nam Regimen debet aduertere, quod non admittant omnes ad licitandum, item debet videre conditionem personarum,quæ emunt gabellas,quẽadmodum Administratores pupillorum, in venditione rerum pupillorum; debent aduertere, quod expectent tẽpus congruũ, & vendãt iusto pretio ad vtilitatem minoris, & non ad beneplacitum,& secundum suum caput, aliàs tenerentur ad interesse, vt dicit [Paris.consil.88.nu.6.& 7.] Ita & Vniuersitas non debet admittere ad licitãdum eos, qui integram mercedem affictus præcedentis non soluerunt[l.locatio §.licitatio versic.reliquatores ff. de publ.& vectigal.& Rouit.in d. pragm.5. num.13.]

Item debet aduertere, quod fiant affictus potius nobilibus,&
22 diuitibus, quam ignobilibus, & pauperibus [l.2.C.de præd. decurio.ibi ditioribus,& per capit. Dncis Calabriæ de anno 1472. num.12. fol.26. à terg.] & propterea in concursu diues,& nobilis debet præferri, nam nobiles non opprimunt pauperes,& alios de Vniuersitate,& pro eis præsumitur,vt diximus,[Afflict.in Cõstitut. Magistri Camerarij nu.6. l.ad subeunda C.de decur.lib.10. & Montanar. in d. pragm.5. §.6. num.6.]

Item quod Regimen non potest vendere gabellam pro anno futuro,vt ordinauit textus [infra in cap.15.l.fundus C. de rescinden-
23 da vẽditione, & Petra ad Grãm. decis.103. num.28.]

Limita autem non procedere, quando adsit magna necessitas, & in eo casu cum cõclusione parlamenti generali possit Regimen gabellas affictare pro triennio, vt in tex.[inf.d.c.15.] in alijs vero locis seruetur consuetudo, at de iure non potest fieri locatio minori tempore triennij, vt per sterilitatẽ vnius anni fiat remissio,& compensatio ex vbertate alterius anni,nam vnica esset locatio [l.penes C.de public.& vectigal.l.licet C.locati Soccin. Iunior cons.68.vol.2.& Montanar. loc.citat.nu.8.& seq.]& non plures locationes [Caroc. in tract. de locat.& conduct.in tit.de public.& vectigal.num.10.& seq.]

Et nota quod facta locatione etiam si magnum lucrum obueniat, non debet rescindi locatio
24 rerum publicarum, quia si locatores essent in damno, non peterent damnum, ita si sunt in lucro non debemus eis inuidere [Bald.

N 4 in

in l. cum pro pecunia C. de solut. Bal. & Angel. in l. at vbi ff. de petit. hæred. & Deci. in cons. 4. in 1. vol.]

Sed his statutis, nunc videamus de iure gabellotorum, & primo est animaduertendum, quod gabelloti gabellarum Vniuersitatis non habent idem ius, quod habent gabelloti rerum publicarũ, nam de gabellotis rerum publicarum extant multa iura, vt est titu
25 lus [de publ. & vectigal. & tit. de loco publico fruen.] & isti dicũtur habere ius vtile, etiam quod forent conductores ad modicum tempus [per d. tit. ff. de loco publ. fruen.] sed conductores vectigalium Vniuersitatis æquiparantur conductoribus rerum priuatarum, & consequentèr non habent ius vtile, neque possunt intentare remedia possessoria, possent tamen solum intentare iudicis officium [per gl. in l. Aquilius regulus ff. de donat.] quemadmodum possunt conductores rerum priuatarum, sed conductores rerum publicarum cum dicantur habere ius in re possunt facere omnia ea, quæ poterat facere Respublica à qua ius habent ex dictis per [Ias. in l. prouinciali §. si ego superficiarius nu. vlt. ff. de no. oper. nunciat.] & ideo cõductores gabellarum publicarũ poterunt capere res non soluentium, & ipsas ponere sub hasta, sicut possit ipsa Respublica [Castrensis in l. 54. nu. 2. ff. de actio. empti.] sed gabelloti rerum vniuersitatis debent requirere bracchium potestatis loci [l. si quis missus ff. ne vis fiat ei, & Montanar. in d. prag. 5. §. 10. num. 3. & sequent.]

Præterea conductores gabellarum ipsius Vniuersitatis quemadmodum in alijs conductoribus
26 habent ius contradicendi Vniuersitati ne superaddat, vel augeat, vel minuat in eorum præiudiciũ, nam in hoc casu debet adesse eorum voluntas, & consensus, quãdo per indirectũ saltim ipsi damnificarentur, & ideo possunt agere actione ex conducto siue in totum, siue in parte, cùm non possint vti re locata [l. ex conducto circa princ. ff. locati & l. in concedendo ff. de aqua pluuia arcen.] & facit quæstio notata [per Alberi. in tract. de statu. quæst. 124.]

Habent etiam affictatores introituum vniuersitatis ius exigẽdi, & exequẽdi realiter, & personaliter cõtra debitores [Gnid. Papa decis. 61. & 208. Capycius decis. 127. Montanar. in pragm. 5. §. 10. de administr. vniuers. & Peregrinus de Iure Fisci titu. de his quæ spectant ad ordinem Iud. num. 33.]

27 Nunc videamus de iuribus vniuersitatis contra gabellotos, & primo dicimus, quod in dubio facienda est interprætatio contra exigentes gabellas [Anna sing. 661. & Valenz. cons. 52. num.

num. 61.] & si affictatores gabellarum soluerint non exactum possint repetere ab illis, à quibus exigere debuerunt, [l. si cum vendente, C. vbi causæ fiscal.]

Secundo debent gabelloti grassiæ obligari a mense Maij vsque ad totum mensem Septembris singulis diebus macellari vitulum, vt per [ordinat. Reg. Ferdinand. in anno 1509. num.16. fol.88.]

Et nota vnum contra gabellotos farinæ, quod farina propter humiditatem recipit incrementum in pondere, vnde non possunt gabelloti auidi exigere pœnam prætextu fraudationis gabellæ,
28 nam debet extimari hoc augmentum arbitrio boni viri, vt dicit [Campag. in cap. Regni 2. num.26. de postulan.] & ratio est clara, nam non dicitur defraudare vbi non interuenit dolus, aut fraus [l. licet §. potest ff. de lib. caus.]

Et quia solent ordinariè affictatores gabellæ se obligare participantibus nota, quod hæc obligatio intelligitur, dum exigunt gabellam, & propterea notarij debent addere in obligationibus, quod obligentur soluere etiam de propria pecunia, [Anna singul.16.& Reg.Consil. Ioan.And.Georg.in repetit. feudal.cap.41.num.17.]

Item nota si aliquis conducit gabellam, & sibi referuet aliquos casus remissionis mercedis talis remissio extenditur ad omnes casus similes, vbi est eadem
29 ratio æquitatis, & idem operatur bellum, quod timor belli nam si contrahens cogitasset de timore belli, vt de bello, idem dixisset [Corsetus singul. versic. metus, Thomas Grammat. consil. 15. viso colum. 4. versic. quoad tertium Hyppolitus Marsil. practic. criminali, §. secundo, num. 31. Bart. in l.1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæst. Doctor. in l. 2. ff. de custod. reor. text. vbi Bart. l. nouissimè, ff. quo falso tutore Authore Gandin. tractat. Mal. rubrica de quæst. vers. dictum est, Anna in allegat. 92. numerò 8. & sequent. Plotus in repetitio. l. si quando numero 128. C. vnde vi.]

Item nota, quod semper solet nasci differentia inter gabellotos, & portantes res, si res ipsa conducatur causa vsus, vel negotiationis, & tunc statur iuramento conducentis rem, nisi qualitas rerum, & personarum, aliud suaderet, vel nisi contraria probatio esset in promptu [glosa, & Doctores in Clement. fin. extra de censibus Ioan. Andr. in cap. quamquam de censibus in 6. Bald. in l. 3. C. de naufragijs fœn. & Campagna super Clement. numero 129. fol.16. à terg.]

Item

in l. cum pro pecunia C. de ſolut. Bal. & Angel. in l. at vbi ff. de petit. hæred. & Deci. in conſ. 4. in 1. vol.]

Sed his ſtatutis, nunc videamus de iure gabellotorum, & primo eſt animaduertendum, quod gabelloti gabellarum Vniuerſitatis non habent idem ius, quod habent gabelloti rerum publicarũ, nam de gabellotis rerum publicarum extant multa iura, vt eſt titu-
25 lus [de publ. & vectigal. & tit. de loco publico fruen.] & iſti dicũtur habere ius vtile, etiam quod forent conductores ad modicum tempus [per d. tit. ff. de loco publ. fruen.] ſed conductores vectigalium Vniuerſitatis æquiparantur conductoribus rerum priuatarum, & conſequentèr non habent ius vtile, neque poſſunt intentare remedia poſſeſſoria, poſſent tamen ſolum intentare iudicis officium [per gl. in l. Aquilius regulus ff. de donat.] quemadmodum poſſunt conductores rerum priuatarum, ſed conductores rerum publicarum cum dicantur habere ius in re poſſunt facere omnia ea, quæ poterat facere Reſpublica à qua ius habent ex dictis per [Iaſ. in l. prouinciali §. ſi ego ſuperficiarius nu. vlt. ff. de no. oper. nunciat.] & ideo cõductores gabellarum publicarũ poterunt capere res non ſoluentium, & ipſas ponere ſub haſta, ſicut poſſit ipſa Reſpublica [Caſtrenſis in l. 54. nu. 2. ff. de actio. empti.] ſed gabelloti rerum vniuerſitatis debent requirere bracchium poteſtatis loci [l. ſi quis miſſus ff. ne vis fiat ei, & Montanar. in d. prag. 5. §. 10. num. 3. & ſequent.]

Præterea conductores gabellarum ipſius Vniuerſitatis quemadmodum in alijs conductoribus
26 habent ius contradicendi Vniuerſitati ne ſuperaddat, vel augeat, vel minuat in eorum præiudiciũ, nam in hoc caſu debet adeſſe eorum voluntas, & conſenſus, quãdo per indirectũ ſaltim ipſi damnificarentur, & ideo poſſunt agere actione ex conducto ſiue in totum, ſiue in parte, cùm non poſſint vti re locata [l. ex conducto circa princ. ff. locati & l. in concedendo ff. de aqua pluuia arcen.] & facit quæſtio notata [per Alberi. in tract. de ſtatu. quæſt. 124.]

Habent etiam affictatores introituum vniuerſitatis ius exigẽdi, & exequẽdi realiter, & perſonaliter cõtra debitores [Guid. Papa deciſ. 61. & 208. Capycius deciſ. 127. Montanar. in pragm. 5. §. 10. de adminiſtr. vniuerſ. & Peregrinus de Iure Fiſci titu. de his quæ ſpectant ad ordinem Iud. num. 33.]

27 Nunc videamus de iuribus vniuerſitatis contra gabellotos, & primo dicimus, quod in dubio facienda eſt interpretatio contra exigentes gabellas [Anna ſing. 661. & Valenz. conſ. 52. num.

num. 61.] & si affictatores gabellarum soluerint non exactum possint repetere ab illis, à quibus exigere debuerunt, [l. si cum vendente, C. vbi causæ fiscal.]

Secundo debent gabelloti grassiæ obligari a mense Maij vsque ad totum mensem Septembris singulis diebus macellari vitulum, vt per [ordinat. Reg. Ferdinand. in anno 1509. num.16. fol.88.]

Et nota vnum contra gabellotos farinæ, quod farina propter humiditatem recipit incrementum in pondere, vnde non possunt gabelloti auidi exigere pœnam prætextu fraudationis gabellæ, nam debet extimari hoc
28 augmentum arbitrio boni viri, vt dicit [Campag. in cap. Regni 2. num.26. de postulan.] & ratio est clara, nam non dicitur defraudare vbi non interuenit dolus, aut fraus [l. licet §. potest ff. de lib. cauf.]

Et quia solent ordinariè affictatores gabellæ se obligare participantibus nota, quod hæc obligatio intelligitur, dum exigunt gabellam, & propterea notarij debent addere in obligationibus, quod obligentur soluere etiam de propria pecunia, [Anna singul.16.& Reg.Consil. Ioan.And.Georg.in repetit. feudal.cap.41.num.17.]

Item nota si aliquis conducit gabellam, & sibi reseruet aliquos casus remissionis mercedis talis remissio extenditur ad omnes casus similes, vbi est eadem
29 ratio æquitatis, & idem operatur bellum, quod timor belli nam si contrahens cogitasset de timore belli, vt de bello, idem dixisset [Corsetus singul. versic. metus, Thomas Grammat. consil. 15. viso colum. 4. versic. quoad tertium Hyppolitus Marsil. practic. criminali, §. secundo, num. 31. Bart. in l.1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæst. Doctor. in l. 2. ff. de custod. reor. text. vbi Bart. l. nouissimè, ff. quo falso tutore Authore Gandin. tractat. Mal. rubrica de quæst. vers. dictum est, Anna in allegat. 92. numerò 8. & sequent. Plotus in repetitio. l. si quando numero 128. C. vnde vi.]

Item nota, quod semper solet nasci differentia inter gabellotos, & portantes res, si res ipsa conducatur causa vsus, vel negotiationis, & tunc statur iuramento conducentis rem, nisi qualitas rerum, & personarum, aliud suaderet, vel nisi contraria probatio esset in promptu [glos. & Doctores in Clement. fin. extra de censibus Ioan. Andr. in cap. quamquam de censibus in 6. Bald. in l. 3. C. de naufragijs fœn. & Campagna super Clement. numero 129. fol.16. à terg.]

Item

Item nota, quod Vniuersitas potest procedere ad exactionem mercedis cõtra gabellotos, & nõ debet admitti aliqua exceptio ad impediẽdam exequutionẽ, vt dicit [Rouit.in d.prag.5.nu.16. & allegat Ioseph. de Sess. de inhib. cap.4.§.2.nu.31.]

30 Item nota, quod conductores gabellæ farinæ, si inducunt Ciues ad macinandum in vltimo mense eorũ cõductionis pro viliori pretio solito solui, dicũtur corrũpere fructus sequentis anni, & tenẽtur nouis conductoribus actione locati, & interesse [Salycet. omninò vidẽdus in l.& hæc distinctio §.cum fundum nu.2.versic.istum casum nota contra conductores, siuè datiarios, ff. loc. Præses de Franchis decis. 96. & ibi Amendola, & Marcell. Cala in glos. vni. §.2.n.121.de modo art.& prob.] sed in nostra Ciuitate adest consuetudo in contrarium, & est in viridi obseruantia.

Item nota, quòd exactum pro gabella à primis conductoribus debet restitui secundo cõductori [de Franch.d.decis.96.] quando venit tempus secundi cõductoris

31 [Ioseph. Ludouic. decis. 62.]

Sequitur, vt nunc videamus de officio Regiminis circa locationẽ aliarum rerum præter gabellas, & primo nota, quod in rebus fungibilibus, in quibus non cadit particularis affectio, vt sunt res fungibiles, idest quæ recipiunt functionem in genere suo, in quibus cadit mutuum, vt frumentum, vinum, & oleum, sic etiam in alijs rebus mobilibus, in quibus non cadit affectio, nam in his non erit necessaria subha-

32 statio, vt colligitur ex doctrina [Bald.in l.1. in fin. C. si propter publ.pensitationes.]

Secundo nota, Regimen curare debere, quando locatur aliqua domus, vel fundus Vniuersitatis, vt conductor bene, ac more consueto re locata vtatur, & non cultiuentur agri per inexpertos, nam si aliquod damnum datum fuerit, illud venit curandum per colonos [l.1.& ibi Plat.C. de mancipijs, & Colon. lib.11.]

Tertio nota, quod debet Regimen curare, ne Coloni ex fructuent nimis fundos, vel vineas, nam hoc casu tenentur Coloni, [l.hæc distinctio §.1.ff. locat]

Quarto nota, quod debet curare, vt reparentur res locatæ, & potest Regimen tertiam partem

33 emolumentorum locationis cõsumere in reparatione rei locatæ [l.restaurationem, & ibi Plat.C. de diuers. præd. vrb. lib.11.]

Quinto nota, quod sicut Socij gabellarum videntur ad inuicem habere mandatum ad agendum, eodem modo si aliquis conducit bona à communi, & illa communicat socijs, Regimen potest agere ad solutionẽ pretij locationis contra tales socios, sicut ageret cõtra principales cõductores [Angel.in l.j.ff.de loco publ.fruẽdo.]

Sexto

Sexto nota, quod poteſt Regimen efficaciter liberare ſoluentes affictus,& alia debita Vniuerſitatis, & ſoluentes ipſi Regimini liberãtur etiam ſi Regimen non eſſet ſoluendo [Plat.in l. pro his C. de naufragijs lib. 11.]

Septimo nota,Regimen poſſe allicere conductores dando eis, vel promittendo certam quantitatem pecuniarum, & aliarum rerum ob id, quod conducant in certa quantitate, vel in euentum
34 alicuius conditionis, nam iſtud non eſt propria donatio regulariter prohibita adminiſtratoribus, ſed eſt datio ob cauſam, vel in mercedem, ſeu in remuneratione laboris, & periculi, quod ſubit conductor in conducendo illos redditus Vniuerſitatis,quo caſu licita eſt promiſſio, & ſponſio donandi [l. 1.§ ideo ibi,ſed magis operum beneficij, ff. ſi menſor falſum modum dixerit,] eodem modo poteſt aliquid promitti ei, qui ſuſcipit periculum nauis [l. naui Saufeij ff.locati,] & item in ſimilibus, &c.

Octauo nota,quod cum natura det hominibus prudentiam circa futura, vt [l.ſi quis domum
35 §.1.ff.locat.l.ſeruus ff. quod vi, aut clam] ſatis prudenter dicitur factum,cum ſecurè locentur redditus Vniuerſitatis pro aliqua ſumma, quæ datur, vt pecunia ſit in tuto.

Nono nota,quod circa licitationem poſſunt occurrere multæ difficultates,ſuper quibus prudẽter, & rectè Regimen ſe habere debet,vnde aliqua notabimus,& primo in locatione gabellarum comparuerunt multi, ſecundus licitator recuſat gabellam,an primus cogi poſſit [Paulus de Caſtro dicit in l. licitatio ff. de publicanis, & latè per Carocium in par.1.tit.de publicanis, et vectigalibus per totum de locat. et conduct.] quod aut gabella fuit adiudicata ſecundo expreſsè, vel
36 tacitè, quia forſan eſt elapſum tempus appoſitum in bannis,nec ſperatur alium offerre,et primus non poteſt cogi,aut nondum fuit adiudicata ſecundo, et tunc poteſt cogi, nã eſt in poteſtate Regiminis dare, cui vult, et licet plus quis offerat, poteſt tamen oblatio primi eſſe melior, quia eſt ſoluendo [l.4. §. melior ff. de in diem adiect. et idem Caſtrẽſis] dat cautelam, vt officialis non permittat tranſire terminũ, niſi caueat ſecundus licitator[Andr. de Iſern. in tit. quæ ſint regalia cap.1.§. vectigalia nu.12.] et de hoc vidẽdus eſt [Boer.deciſ.248.]

Decimo nota, quod Regimen poteſt cogi ad locandum gabellas plus offerenti, ſi cum effectu offerat licitator fideiuſſores idoneos, atq; faciles ad conueniendum,quando verba præconis dicunt, quod plus offerẽti dabitur, alias quando ſimpliciter fiũt ban
37 nimenta, vt quicunq; vult cõducere talem rem, veniat ad offerendum

rendum non adijciendo, et plus offerenti dabitur, tunc plus offerenti dare non cogitur, quia præco ad hoc non ſe arctauit, poterat enim hoc fieri ad explorandum rei valorem potius, quam ad locandum [Bart. in l. ſi tempora C. de fide Inſtrumen. lib. 10. Angelus Aretinus in conſil. 324. num. 1. & Zappull. in pragm. 5. §. 7. num. 16. de adminiſtrat. Vniuerſit.]

Tertio nota, quod conductor gabellę ſi ceſſauerit ſoluere tempore debito poteſt ab eo auferri, & dari alteri [l. vectigalia §. non ſolutorum ff. de public. & vectig. Guid. Papa deciſ 3. & Montanar. in d. pragmat. 5. §. 6. num. 14. &
38 procedit quoque in priuatis, [Bar. in dicto §. non ſolutorum,] fallit ſi eſt conuentum, quod non expellatur, quia tunc per biennium expectatur, [l. quæro §. inter locatorum ff. locat.]

Quarto nota, quod conductores gabellarum liberantur cedendo bonis, & ſic pro debito fiſci, quando vrget paupertas [Guid. Papa deciſ. 211.] & quod dixit [Afflict. in deciſ. 265. num. 110.] intelligitur de eo, qui vult euitare onera, & munera publica ce-
39 dendo bonis, & ſic intellexit [Doctor Zappul. in d. §. 7. nu. 22. & ſeq.] ſubdens quod hæc ceſſio non prodeſt fideiuſſoribus debitoris, neque eius decoctio, vel fuga allegat [Capyc. deciſ. 46. num. 9.] nec captura ipſius debitoris [Marſill. ſingul. 398.]

Quinto nota, quod conductor vectigalium finito tempore locationis poteſt cogi, vt retineat pro anno ſequenti pro eadem penſione [l. cotem §. qui maximos ff. de public. & vectigal.] vbi quis cogitur reconducere redditus fiſcales, ſi alteri locari non poſſint, &
40 ipſe maximos percepit fructus in prima locatione, quod procedit etiam in conductore rei priuatæ [Paul. de Caſtro in l. ſi merces §. vis maior ff. locat.] quia ſubeſt eadem æquitas, & iura loquentia de fiſco habent locum etiam in priuatis ob identitatem rationis [Paul. de Caſtro Doctor veritatis in l. item veniunt §. in priuatorum num. 3. ff. de petit. hæred.]

Sexto nota, quod ſi locatio eſt finita, & primus conductor offert tantum, quantum ſecundus conductor, primus pręfertur, quinimò etiam procedit in rebus fiſcalibus, & Vniuerſitas habet prælationem omnibus alijs, qui volunt emere res demaniales, vel in totum, vel in partem, vt dixi in quadam mea allegatione cum deciſione obtenta, vt refert [doctiſſimus Thorus in dicto Compend. in verbo pręferri colum. 1. fol. 406.] & fuerunt primi mei labores in lucem editi.

Septimo nota, quod in noſtra Ciuitate adeſt conſuetudo immemorialis, quod primus conductor præfertur nouo conductori,

ctori, si tamen est paratus dare tantum pro futuro anno quantũ offert secundus conductor, & hæc consuetudo valet [Ripa in l. quo minus num. 140. C. locati arg. l. j. §. permittitur ff. de aqua quotid. æstiua, Rendella in tract. de iure Protom. §. per locationem n. 16.]
41 quam consuetudinem approbat [Boer. decis. 107. nu. 4.] quæ consuetudo ita intelligẽda est, si primus conductor detinet rem conductam, nam datur primo conductori exceptio, & non actio [Soccin. cons. 29. nu. 7. vol. 4. Bald. in d. l. eotem §. 1.]

Octauo nota, quod Regimen debet capere idoneam fideiussionem à cõductoribus de soluẽdo mercedem [l. licitatio ff. de publ. & vectigal.] et si non recipit fideiussionem idoneam, tenetur de proprio [arg. l. quoties ff. qui satisdare cogantur, l. Iul. in princ. ff. de actio. empti l. 3. ff. de fideiussor. latissimè scribit super hac materia Paris de Puteo in c. 3. Si Iudex maleficiorum fol. 187. de Syndicatu, & Zappull. in d. §. 7. num. 30.] fallit quando principalis est idoneus præsumptione iuris vti diues non tenetur satisdare, & quis dicatur idoneus fideiussor vide [Marsil. in rubr. de fideiussor. num. 227.] Hinc diues notorius offerẽs fideiussores minus idoneos est audiendus, quia bona sua supplent [Afflict. decis.
42 171. verum verba [pragmat. 5. §. 8. incip. *Item statuimo, ordinamo, e comandamo* sonant in contrarium, vt data sufficientia pricipalis sit necessaria fideiussio nã fideiussio ponit ꝓ forma, quæ dat esse rei [Zapp. loc. cit. n. 40.] neque hic fideiussor poterit ex aliqua causa petere, quod eximatur à fideiussione [Afflict. decis. 241. & Arnonus singul. 81.]

Nono nota, qđ captura principalis non liberat fideiussorem [Marsill. in singul. 393.] quia vterque capi potest, & si feci carcerari meum debitorem, possum etiam capere fideiussorem, quia hæc duo remedia non sunt contraria [Capyc. decis. 46. num. 8.]

Decimo nota, quod fideiubens in prima conductione non tenetur in secunda, siuè sit prorogata,
43 siuè innouata [l. si cum hermes C. locati Zappull. loc. cit. nu. 53.] & si fideiussor factus est non soluẽdo, nõ tenetur principalis dare alium fideiussorem [Affl. decis. 172. nu. 3.] & non est audiendus, qui prætẽdit liberari fideiussores idoneos offerendo alios æquè idoneos [Afflict. in Constit. si vassallus num. 5. versic. quid dicendum,] denegans vero fideiubere pro suo proximo peccat, Luc. de Penn. in l. 2. num. 6. C. quibus munera lib. 10.] quanquam nõ possit adhoc cogi aliquo iure, & in libro [Prouerb. cap. 11.] dicitur, quod affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo.

Vndecimo nota, quod requiritur de necessitate, quod semper fiat

fiat locatio prædiorum, & redditum per Regimen, nam poteſt Regimen colere prædia Vniuerſitatis,ac exigere redditus, ſicut facit tutor in bonis pupilli,tamẽ vtilius eſt, & conuenientius ad
44 euitandas fraudes, quod locẽtur prædia,& cętera,quæ ſunt in redditu Vniuerſitatis,nã ſegnius gubernantur per plures bona communia propter negligentiam, [l.2.C.quando, & quibus quarta pars lib.10.]

Primo quæro de famulis, ſeù Porterijs Syndicorum, qui ſunt duo, & vnus ex his vocatur Porterius nobilium ſeruiens Syndico nobilium, alter vero Populi ſeruiens Syndico populari, an poſsint cogi ad ſeruiendum cæteris de Regimine,& dicendum, quod quando ſunt vniti,quia repreſentant totam Ciuitatem [l. intantum §.ſi Vniuerſitatis ff.de rer. diuiſ.] tunc vti obligatus ad ſeruiendum Regimini eſt ſubditus omnibus, vt vniuerſis non
45 autem ſingulis de Regimine,ſed tantum Syndico tanquam capiti [Gabriel.comm. concluſ. lib.6. tit.quod cuiuſq;Vniuerſ.nomine concluſ. 1. Roman. conſil. 325. num.2. l.1.§. quibus l. ſicut §. ſi quid ff.quod cuiuſq; Vniuerſ.nomine, & Cagnolus in l. aliud §. refertur ff. de regul. iuris Petra ad Grammat.deciſ.47.num.3.& Loſæus in 1.par. cap.1. num.11. de iure Vniuerſitatis.]

Secundo quæro, an dignitas titularis conſideretur in regimine, & parlamento,ita vt propter illam dignitatem præcedere debeat alios,& vox titularis valeat pluſquam vox nobilis ſimplicis, concludo,quod dignitas tituli nõ conſideratur in regimine Reipublicæ,ſed dignitas officij,& prioritas ætatis, quia nulla differentia datur parlamento inter nobilem,& nobilem,quia omnes ſunt
46 pares, & tantũ valet vox titularis nobilis,quantũ nobilis ſimplicis, ac ciuis popularis, & ſic obſeruatur etiam inter Illuſtriſſimos Cardinales [Bald.& Barb.in cap.cum omnes col.3.& ibi Dec. in 2.lect.nu.5.de Conſtit.& Fab. de Anna conſil.122.num.17.in 2.volum.] ſicut legitur in ſacra Scriptura de Beato Petro Apoſtolo,quia licet cum Paulo, & alijs Apoſtolis eſſet par reſpectu eorum,quę pertinent ad officium Apoſtolatus, tamen propter iuriſdictionem, & auctoritatem Regiminis, vide [Caiet. tom. 1. opuſc.de auctoritate PP.& Concilij cap. 2.] in qua Saluator eum conſtituit, anteceſſit Paulum, & Bartholomæum, licet ambo eſſent natione nobiliores, & præſtantiores Petro,& nõ ſolum hos, ſed reliquos Apoſtolos anteiuit, & vocatus eſt Princeps Apoſtolorum [Lanfranch. in tract. an præferendus ſit Doctor an miles nu.46. citans Diuum Thomam in 2.par.quæſt.154.art.vlt.]

Tertio quæro, an aliqua perſona

sona ducta malo spiritu possit occupare locum vnius ex Dominis Regiminis, & an possit expelli à parte, certum est quod Regimen habet ius sedendi in loco eminentiori,& propterea dictum ius debet seruari, alias potest expelli [Cassan.in Consuet.Burgun. rubr.6.§.4.glos.1.num.1.vsque ad 20.] & ob pœnam debet poni
47 in locum inferiorem, vt notetur eius audacia præcedente ordine officialis Iurisdictionis[l.si qua C.de spectacul.lib.11.] in priuatis vero attenditur consuetudo, dicit [Bald.in l.obseruare §.antequam ff.de offic.proconf.]& melior est conditio possidentis, vbi non est datus alius ordo, & sic primus occupator loci,vel sessionis tuendus est [Bal.in l.per agrū C.de seruit.& agr.]& Regimen idem debet tueri honorem tanquam vitam [l.iuxta ff.de manumiss.vind.]cum æquum sit,& cōcessum omnes prærogatiuas magnificare,& illas etiam iure naturali tueri,vt dicitur[in l.obseruare ff.de off.proconf.] ad quas ac-
48 quirēdas etiam modis licitis vti licet, vt patet de Esau primogenitura quam ab eo Iacob abstulisse legimus[in lib.Genes.c.27.] quia ei de iure debebatur, vt dicit [S.Thomas 2.2.q.110.nu.3. ad 3.] hæc verò ambire,& in lege Euangelica vetitum est,exemplo matris filiorum Zebedæi, nam hæc ambitio induxit dœmonem in lapsum.

Quarto quæro,an Ciues vnius quarterij, seù vici debeant concurrere in creatione officialis alterius quarterij,seù vici,data Ciuitate, quæ sit diuisa per quarteria, seù vicos, & quælibet pars Ciuitatis creat suos Syndicos, & Officiales,& dicēdum quod non, quia non sunt de illa Vniuersitate licet sint omnes Ciues vnius
49 Ciuitatis, & terræ [l. cum te,& ibi Plat.C.queadm.Ciuil. mune. in d.lib.10.] & ita vidi obseruari in nobilissima Ciuitate Neapolis [Montanar. in dicta pragm.2. num.220.] qui allegat textum in [l.cum te C. quemadmod. Ciuil. mun. in d. lib. 10. & ibi Ioannes de Platea]potest tamen Syndicus constitui à certa parte Casalium inuita Ciuitate, prout fuit in facto in Ciuitate Nuceriæ Paganorum [Anna sing.76.] quæ repartitio Ciuitatis nō potest fieri sine licentia Proregis, nisi ex antiquissima consuetudine [Surgens in cap.12.nu.59 de Neap.Illust.] & propterea nobilitas Neapolis diuisa in plura sedilia,quæ prius vocabantur Tocci,deinde Plateæ dicit [de Franchis decis.2.] licet dicatur vna nobilitas in genere, tamen cum sit diuisa in plura sedilia,dicēda est multiplex secundum speciem, quæ tamen multiplicitas non causat diuersam Ciuitatem,sed vnam Vniuersitatē, seù Ciuitatem constantē ex pluribus membris diuersis constitu-
50 tis ad integrandam vnam Ciuitatem,

tatem,& sic potest dici,quod Ciuitas Neapolis non obstante qđ sit diuisa in plura quarteria,tamē dicitur vna Ciuitas [l.3.ff.de offic.assess & Anna singul.83.]quæ Ciuitas nō potest diuidi sine licentia Principis [Surgēs in c.12. num.58.]qui affirmat, quod nobilitas diuisa in plura quarteria adhuc vna censetur,sicut de Collegio, quod vnum censetur, licet sint diuersæ sectæ Collegiatorū, & tutela vna dicitur, licet à pluribus administretur, sed hoc argumentum procedit hoc modo, vt dixi,quia illa plura sedilia,seu illa plura quarteria constituant vnam Ciuitatem, verum non
51 potest dici, quod cōstituant vnā nobilitatē,quia constituunt plures nobilitates diuersas specie, licet vniantur ad constituendam vnam Ciuitatem, & vnam congregationem nobilium.

52 Quinto quæro,an homines de regimine debeant exire extra parlamentum quotiescunq; proponuntur negotia, quæ tangunt eos,aut coniunctos ex cōsanguinitate,distinguo,aut negotium tangere intelligitur principaliter, & immediatè, aut secundario, & mediatè,primo modo debet exire extra parlamentum, [l.quo minus ff.de flum.&Luc.de Penn.in rubr.num.5.& 6.C. de Silentiar.lib.12.]allegans auctoritatem [Diui Gregorij] quinimò etiamsi fuerint admissi ipsi suspecti,aut coniuncti ex consanguinitate quicquid fuerit per ipsos ordinatum erit nullum ipso iure [l.qui iurisdictioni ff. de iurisdict.omn.Iudic.]ne in propria causa possit suo voto suspecto alios trahere in suam sententiam [glos. in cap. 2. de arbitr. in 6.] Item etiamsi non præstent votū, neque loquantur verbum, sola enim præsentia reddit actum totum nullum, ideoq; prohibentur assistere, dum negotium tractatur,& possint de facto expelli etiā extra parlamentum etiam cum violentia tàm à Iudice, quàm ab Administratoribus [Auendan.in
53 2.par.c.23.num.3.de exequend. mand.] & non iuuat consensus Iudicis, & aliorum Administratorum,cum non possint propterea votare, nec assistere votātibus[Auendan.loco citat.] & per hoc omnes tàm de regimine,quā extra possunt allegare actum esse nullum [Angel. in auth. vt Iudices sine quoq; suffragio,§.itaque Deo col.2.]in dubio vero præsumitur actus validus [Auendan. loco citato num.4.] Secundo verò casu quando agitur secundariò,& non principaliter, seù mediatè hæc non habentur in consideratione, vt aliquis excludatur à parlamento [glos.in cap.2.de pactis in 6.& Angel.in l. nauis ff. ad legem Rhodiam de Iactu.]

Sexto quæro, an legatum factū Vniuersitati acquiratur Syndicis,& personis de Vniuersitate minimè [Clem. quia contingit

de relig. domibus.] Sed legatum relictũ pauperibus Ciuitatis pos
54 sunt petere Syndici,sic ẽt in legato facto in honorẽ, & ornatũ Ciuitatis puta pro constructione,& ornatu Ecclesiæ ex doct.[Bar. in l.ciuitatibus nu.4.de leg.1.] hæc tamen doctrina potest impugnari ex eo, quia principalis cura pauperum, & Ecclesiæ spectat ad Episcopum, posset tamen sustineri doctrina [Bart. mei magistri,] quando Episcopus, vel Reuerenda Fabrica Diui Petri non se intromitteret,quia licet ad ipsos spectat principaliter,tamen potest Syndicus propter secundarium interesse Ciuitatis illud petere, nam & idemmet [Bart.] dicit [in d. l. sub num.3.] quod possunt se intromittere Episcopus, & quilibet de populo.

Septimo quæro, an Regimen possit dare auctoritatẽ certis personis in aliquibus,vel omnib. rebus pertinentibus ad ipsum,licet requireretur speciale mandatũ, & dicẽdum affirmatiuè,sicut pri-
55 scis temporibus Ciuitas nostra populosa eligebat certum numerum quinquaginta Cõsiliariorũ, quibus dabat auctoritatẽ faciẽdi consilia, & electiones, ita Dux Calabriæ [in anno 1472. fol.25. num.1.& seq.] & ita seruatur Tarenti,Melphiæ,& alijs locis, quæ obseruantia concordat cum Iure [Arist. 1.Ethic. Mascard.de probatio. conclus. incipiente electi, l.item eorum §.parui enim refert ff.quod cuiusque Vniuers. nomine, Capibl. in pragm.10. nu.46. de Baron. & Losæus in d. 1.par. cap.3. nu.5. & seq.]

Octauò quæro,an Ciues populares in materia Regiminis possint tractari,& reputari in omnibus officijs,sicut tractantur,& reputantur nobiles de Sedili,tàm in nominando,quàm in eligendo vnum ex popularibus, & vnum ex nobilibus etiam in syndicato-
56 ribus, & dicendum quod sic ex ordinatione [Ducis Calabriæ in anno 1476. fol.42. à terg. nu.4.]

Nono quæro,an Regimen possit eligere Medicos, & alios magistros artium liberalium, & eis constituere salarium de communi, & dicendum est quod sic pro vita Ciuium,& bona educatione filiorum [l.1. ff.de decret. ab ordinat. faciend.] & latissimè per [Ripam in tract. de peste in verbo accedo nu.412.fol.mihi 106.] Debet tamen eligere illum,cuius fama celebris sit,[Paris de Puteo in verbo Consilium cap.1. nu.2. de Syndicatu,] & nota quod si reperiatur Medicus imperitus potest reprobari non obstãte quod fuerit approbatus,cum tractetur de vita hominis,[l.11. §. reprobari, ff.de muner. Caroccius in tractat.locat.,& conducti par.3. in titul. de varijs, & extraordin. cognitionibus num. 8. & per totum, & Auendan. in dicta prima

parte,cap.2.nu.20.verſ. ſalaria,]
57 & eadem ratione poterit Regimen talem medicum imperitum expellere, nõ obſtante quod fuerit conductus per annum, & poteſt ipſum Regimen conſtituere ſalarium Medicis, Doctoribus, & Magiſtris artium liberalium ex pecunia publica abſque licentia Principis, aut Officialis Regij, [l.1. in princ.ff.de vacat. muner. l.ambitioſa, ff de decret. ab ordinat. faciend. vbi Doctor. Martin.Laudenſ. de Princip.q.366.& Montanar. in dicta pragmat. 1. num.8.] nota tamen quod quantum ſit ſoluendo in Regno, eſt ſtatutum per [Conſtitut. Regni incipien. quia nunquam de probat. exper. Medic. & ibi Afflict.] quæ tamen conſtitutio receſſit ab vſu, Item nota quod promiſſio facta per infirmum Medicis obligat hæredes ſi non habet ſalarium à publico [nouiſſimi addentes ad deciſio. Afflict. 123.] Item nota quod nullo modo Medici poſſunt continuare viſitam ad tertiam vicem ob pœnam infamiæ, & aliam contentam in Bulla Pij Quinti abſque
58 quio faciant confiteri peccata infirmorum [Viuius deciſ. 307. lib.2. & Maſtrill. deciſ.10.] Item nota, quod in qualibet terra debent eſſe tres Speciarij, qui tenentur iurare, & puniuntur ſi adhibuerint fraudem in arte, [Afflict. in Conſtitut. in terra qualibet in titul. eod.] & proinde ſolet Regimen noſtrum deputare duos, nobilem, ſcilicet, & popularem in aduentu Prothomedici, qui cum ipſo aſſiſtant ſuper Speciarijs ad euitandos dolos, ac fraudes.
59 Item nota, quod per virtutem excellentem, ſeu inſigne artificium poteſt delinquens cõſulto Principe impunitus dimitti, ſed intelligendum eſt, quod debent probari merita ipſius rei in Principem, vel Rempublicam, prout latiſſimè tractauit hanc materiam [Iulius Clarus in praxi in §. finali quæſt. 60. verſic. Item prodeſt, & ſequent. fol. 165. allegans Couarr. lib.2. reſolut. capit. 9. num. 6. & Carerium noſtrum Calabrum in in practic. fol.548. num.72.]

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

§. 5.

Regulæ ad determinanda dubia circa Regiminis officia tractantur, & Regimen quot Administratores pro tuitione Reipublicæ eligit.

SVMMARIVM.

Syndici, & Regimen se habent in Ciuitate, tanquam Patres familias in domo, num. 1.

Diffinitur prudentia, quænam sit; & ibi dicitur, quod scientia pertinet ad contemplatiuum, prudentia uerò ad actiuum, num. 2. & 3.

Prudentia œconomica quomodo differt à prudentia in genere, num. 3.

Prudentia œconomica in quæ consistit, & ideò Syndicus uti deputatus ad defendendam Vrbem dat formam Ciuitati, num. 4.

Forma Ciuitatis consistit in ordine, num. eod.

Singulæ partes uersantur ad suum uniuersale, seù totum, numero eodem.

Syndicus singulis partibus Ciuitatis singulos proponit procuratores, qui totam Ciuitatem conseruant, num. 5.

Partes Ciuitatis sunt tres, sicut tres sunt partes unius corporis, scilicet caput, cor, & Epar, num. eodem.

Syndici, & Regimen faciunt multos officiales, ut rectè se gerant, num. 6. *& seq.*

Prudentia Regiminis in quæ uersatur, num. 11.

Officium horum officialium generaliter cognoscitur ex nomine, & incidenter tractatur de regimine, & quid sit regere, num. 12. *& seq.*

VLTIMO quia multa possunt occurrere dubia circa officia Regiminis, sunt notanda aliqua,
1 quæ possunt deseruire ad scien-

dum totum officium, & ius Regiminis, quæ possunt vsui esse ad omnes quæstiones determinatas, & determinandas, & propterea primo dico, quod Syndici se habent in Vniuersitate tāquam patresfamilias in domo, [Arist. in cap. 3. lib. 1. Politic. & Ægidius Columna] qui Cardinalium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cœtui fuit adscriptus, sed morte præuentus minimè diuulgatus [in cap. 14. part. 1. lib. 2. de Regimine Principum,] & per hoc debent imitari prudentiam œconomicam requisitam in patribus familias ad regendum vxorem, filios, & patrimonium, nam eodem modo Syndici regunt Vniuersitatem tanquam vxorem, Ciues tanquam filios, & bona Vniuersitatis tanquam patrimonium, & hoc perficiunt mediante prudentia œconomica, de qua aliquid dicendum est, qui tractatus licet spectet ad Phylosophum moralem, tamen potest etiam spectare ad Iurisconsultum tāquam
2 artificē subalternatum Phylosopho morali, vt dicunt [Bart. & Doctor. in procem. ff. veter. & Portius, & alij Doctor. in Instit. rubr. in illa quæstione cui parti Phylosophiæ supponatur ius Ciuile.]

Secundo dico prudentiam nihil aliud esse, nisi scientiam operandorū, secūdum Senecam, & latè per Ægidium Columnam loco citato in c. 2. 6. & 7. par. 2. lib. 1.] Itē dicit [Damascenus] animal rationale diuidi in duo in id, quod est in ea contempla-
3 tiuum, & in id quod est in ea actiuum, contemplatiuum est, quod excogitat res, prout habent esse, actiuum verò quod consiliatiuum est, & quod agenda dirigit, & vocat contemplatiuum intellectum, actiuum verò rationem, & dicit Sapientiam pertinere ad contemplatiuum, prudentiam vero ad actiuum, vnde prudentia dirigit actus aliarum virtutum, vt dicitur [Prouerb. 15.] vir prudens dirigit gressus suos, [& Prouerb. 17.] in facie prudentis relucet sapientia, oculi stultorum in finibus terræ, [l. 10. ff. de iustit. & iure,] sed cum nos non habeamus in animo tractare de tota prudentia, sed tantum de prudentia œconomica, videndum propterea tantum de prudentia œconomica, quæ differt à prudentia in genere, quantum differt species a genere, & pars à toto, species vero à genere differt tamquam limitatum ab illimitato, & pars à suo toto, & sic quemadmodum prudentia in genere dirigit omnes virtutes, sic prudentia œconomica debet dirigere propriam
4 virtutem œconomici, seu Patrisfamilias, quæ consistit in hoc, in sciendo, videlicet partes,

tes, & principia eius officij, quæ in nullo alio consistunt, nisi quia cum non sit ipse Syndicus, nisi deputatus ad defendendam Ciuitatem, propterea debet se cogitare esse tamquam formam Ciuitatis, quemadmodum enim forma est illa, quæ dat esse, & cõseruat materiam, sic Syndicus talis debet esse, qui dat formam Ciuitati, & eam conseruat, hæc autem forma nihil aliud est, nisi esse ipsius Ciuitatis, nam forma dat esse rei, & per hoc debet totum ordinem Ciuitatis, in quo consistit forma Ciuitatis conseruare, hic autem ordo, vt diximus in principio operis, dat esse Ciuitati, & constituit eam in esse Ciuitatis, quo ordine turbato desinit esse Ciuitas, ordo autem consistit, vt vnaquæquè pars Ciuitatis in suo vniuersali versetur, vnde ad propositum nostrum Syndicus singulis partibus Ciuitatis singulos proponit procuratores
5 qui totam Ciuitatem conseruãt, hinc cum ipse non possit solus omnia adimplere cum toto eius consilio electorum initium inueniendo, & exitum cogitando sic habetur in [Sacra Scriptura Nũ. 11.] ita singulis partibus Ciuitatis singulos appropriat ministros, & cum partes Ciuitatis sunt tres, quemadmodum sunt partes vnius corporis, nam in corpore est Caput, Cor, & Epar, Caput imperat, Cor partim imperat, & partim capiti obedit, Epar vero in totum obedit, sic in Ciuitate sunt Magistratus, qui imperant, & propterea ad hoc vt magistratus rectè se gerant, Syndicus facit multos ministros,
6 [Arist. 2. Polit. & Aegidius Columna loc. cit. cap.8. par. 1. lib. 3.] nam quia in Ciuitate habemus Locumtenentem Ciuitatis, & Casalium, & eius Iudicem, propterea ad continendos ipsos magistratus in eorum officijs Syndici, & Regimen faciunt Assistentes, qui procurant, ne fiant grauamina per Curiam Regij Locũtenentis, Item faciunt Assistentes Magistro Iurato, qui procurant tempore quo administrant iurisdictionem, ne fiant grauamina per illum, Item faciunt Assistentes in officio Prothomedici ad hoc, vt ipse contineatur in eius officio, ne fraudes fiant, Item ad continendos omnes magistratus in officio, faciunt Syndicatores Regiorũ omniũ officialiũ iurisdi-
7 ctionis etiã Actuariorũ, qui sunt accessoriè ad ipsos magistratus item fiunt Rationales ad videndum computa Syndicorũ, & Regiminis, qui sunt aliquo modo Syndicatores Regiminis.

Secundo est in Ciuitate id, quod fingitur vice cordis, quia dat virtutem a capite receptam omnibus membris Ciuitatis, & tales possunt dici in Ciuitate esse omnes Sacerdotes qui ministrãt virtutem Capitis Nostri Christi in membris Ecclesiæ, & oratio-

nibus,ac sacrificijs Deũ placant, & quia inter religiosas personas reputantur Monasteria Monialium, quæ specialiter pertinent ad nostram patriam,cum ab ip-
8 sa Ciuitate fuerunt erecta, & fundata, & Moniales sint personæ ipsius Ciuitatis, ideo deputantur Assistentes Monasteriorũ Monialium in singulis Monasterijs, item assistentes Hospitalis Sanctæ Mariæ Annunciationis.

Tertio ad reliquam turbam, quæ vocatur Epar vti corpus qđ recipit tantùm alimẽtum,& corpoream vim à capite, & corde,& sunt videlicet omnia, quæ pertinent ad curam publicam veluti aliquæ partes sunt locò animi,vt sunt Pacerij, quorum officium est conseruare mutuum amorẽ,
9 aliqui sunt loco alimenti,vt sunt Grasserij, qui conseruant annonam,alij procurant,vt in Ciuitate semper adsit frumentum pro vbertate ipsius, & dicuntur Deputati pro materia frumentorũ, alij conseruant loca publica, vt Portulani, alij conseruant decorem Ciuitatis,& dicitur officium paleæ minutæ,alij procurant baiulationes,vt sunt baiuli,alij cõseruant leges, & priuilegia Ciuitatis,& dicũtur Deputati pro obseruãtia priuilegiorum, alij sunt tanquam ratio in corpore, vt est officium Consultoris, & Procuratoris, alij iura conseruant, vt sunt Syndici missi Neapolim,aut aliam Vrbem ad negotia Ciuitatis, alij repræsentant Ciuitatem
10 in Aduentu Presidis,& sunt Syndici missi ad recipiendum Præsidem, alij conseruant substantiã Ciuitatis,quę cõsistit in pecunia, & tales dicũtur Cascerij,alij sunt Deputati pro refectione murorũ Ciuitatis, alij conseruant nobilitatem,&dicuntur Deputati nobilitatis.

Ad Gubernium itaq; pertinet omnes istas partes ordinare, & singulis partibus singulos depu-
11 tare ministros, ita vt nulla pars sit sine cura,&in hoc versatur prudentia Regiminis,quemadmodũ prudentia Patrisfamilias ęconomici versatur in prouidendo omnibus partibus domus, & distribuendo singulis sua officia,itaut nullus se intromittat de officio alterius, quemadmodum in vno corpore sunt multa membra, & vnum membrum non facit officium alterius membri, sicut manus non facit officium pedis, sed Regimen, vt dixi, est tanquã tota forma totius huius corporis, ad quod spectat omnes partes ordinare ex auctoritate relatorum[Doctorum,&Ægidij Columnæ.]

Tertio dico officium harum partium, & horum ministrorum generaliter cognosci ex nomine singulis attributo, quemadmodum [in l.5. C. de defensor.
12 Ciuit.] arguit Imperator de defensore Ciuitatum hoc modo defensores nihil sibi insolenter, nihil

nihil indebitum vindicantes nominis sui tantum fungantur officio, ita possumus dicere de officialibus constitutis à regimine, quod vnusquisq; debet fungi officio sui nominis, Item dicitur in eodem text. de eisdem defensoribus, quod non desinant esse, id quod esse dicuntur, eodem modo dicimus in regimine Reipublicæ, quod non debent desinere esse id, quod dicitur esse, itaque si dicuntur esse de regimine, non debent desinere regere, quid autem sit regere omnibus constat, nihil enim aliud est regere, nisi ad finem dirigere, finis autem Vniuersitatis nihil aliud est, nisi id quod dat perfectionem
13 ipsi Ciuitati, vnumquodque autem perficitur in proprio esse, proprium verò esse Vniuersitatis est ordo, qui nihil aliud est, nisi quod omnes ad vnũ conueniant, licet sint distincti in multitudine, quod adimpletur obseruata distinctione officiorum, et sublata confusione, & quod tandem omnes partes ordinentur ad totum constituendum, quod quemadmodum adimpleri possit in singulis officijs distinguendis, & examinandis, deinceps dicendum erit.

CAPVT SEPTIMVM.

§. 6.

Tractatur de officio Assistentium super grauaminibus Curiæ Regij Locumtenentis.

SVMMARIVM.

Officium Assistentium est grauissimum, cum uersetur circa caput Ciuitatis, & Casalium, quod est Curia Regij Locumtenentis, num. 1.

Hoc officium differt ab officio Syndicatorum, & circa quod uersetur, num. 2. & seq.

Quid debet specialiter facere, n. 5

Hoc officium comparatur toti populo, quia possunt proponere actiones populares, num. 6.

Hoc officium committitur nobili; & populari, num. 7.

His igitur generaliter dictis nunc veniamus ad explicationem officij cuiuslibet, & primum à primo pro-
1 posito officio, quod erat de Assistẽtibus super grauaminibus Curiæ Regij Locumtenentis, & quia eorum officium versatur in prouidendo, ne per ipsam Curiam fiant grauamina, quod quidem officium grauissimum esse cẽseo, & maximæ vtilitatis in Republica, dicimus enim communiter, quod cũ caput dolet, cętera mẽbra languent, & cum Curia Regij Locũtenentis dicatur Curia Ca-

pitanei Ciuitatis nostræ,& Casalium,propterea cum Curia eadẽ malè se habeat,nescio quomodo totum corpus Ciuitatis,& Casalium possit se bene habere,videndum propterea quid facere debeant, vt eorum officium rectè administrent ipsi Assistentes, & cum euidens sit ipsos non habere potestatem syndicãdi, nam Syn-
2 dicatores eliguntur finito officio,& per hoc de his, quæ facienda sũt à Syndicatoribus finito officio,erit tractandum in sequẽti, vnde potest distingui officiũ Assistentium ab officio Syndicatorum,nam Assistentes sunt deputati ad assistendum in Curia, & videndum,ne per officiales ipsius Curiæ forsan per imperitiam,vel ignorantiam statutorum Ciuitatis aliquid fiat indebitè, & ideò eorum officium erit quotidie assistere cum eisdem officialibus, & certiores eos reddere de statutis,& priuilegijs nostris, nec non etiam admonere eos de multis extorsionibus,quę quotidie fiunt
3 ab Actuarijs eiusdem Curiæ circa solutionem actorum contra pandectas,& de alijs grauaminibus, quæ fiunt a domesticis officialium nescientibus forsan ipsis officialibus,& de corruptelis,seù malis consuetudinibus introductis in Curia. Itaq; eorũ officium nõ versabitur in iudicãdo,& corrigendo officiales, nam hoc pertinet ad Syndicatores finito officio, sed tantũ in instando, & rogando ipsos officiales pro bono publico, & recordando statuta nostra, ne fiant grauamina, & quando viderint fortè officiales ostinatos ad malum eorum officium erit tãquam procuratorũ
4 Ciuitatis adire superiores, & scribere Proregi,& eius Collaterali Regni,ad hoc,vt scire possint grauamina, alias tenerentur in conscientia, & essent infideles. Cæterum, vt aliquid in particulari de hoc officio sciatur,aduertendum est primo, quod tempore Iustiniani per [Nouell.cap.8. §.damus autem] fuit prouisum, vt si quid per Prouinciam Præses contra fas egerit, vt Dei amantissimus Episcopus,& primiores eius loci Præsidis delicta enumerantes preces dirigant ad Imperatorem,& sic videmus quod tale officium antiquitus fuit proprium Episcoporum,& primorũ eius loci,in quo Præses degebat, & sic rectè à nobis dictum fuit tale officium esse grauissimum, nã fuit olim demãdatum Episcopis, qui sunt primi in Ecclesiastica Hierarchia.

Secundo Aduertendum circa multa versari posse officium ta-
5 le, primo si Magistratus,vel officialis vltra debitam quantitatẽ aliquid à subditis accepit, hoc enim prohibetur [l.7.C.de offic. Rectoris, & d. Nouell.8. §. sed neque eos.] Secundo cum viderint talia per officiales fieri, & officiales admoniti nolint resipiscere ad finem tuendi iura nostra,debent contradicere,& pro-

testari argum. eorum quæ di-
cunt [Cassan. in Consuet. Burg.
in tit.Des Iustices in tex. de sim-
ple rescousse rubr.1. §.7. nu.23.
& Auendan. in 1. par.c.19.nu.8.
de exequend.mand.] Idcirco de-
bent instare, vt iudicium mute-
tur in melius,& si quid fuerit fa-
6 ctum contra statuta nostra,debẽt
recurrere ad Superiores appel
lando, & sic possunt comparari
toto populo,& proponere actio-
nes populares ad tuendũ ius po-
puli, nã si actio popularis datur
cuilibet de populo ad tuendum
ius populi, vt [in tit.ff.de popu-
lar. actio.] tanto magis dicendũ
erit Assistẽtes grauaminibus ha-
bere ius proponẽdi iura Vniuer-
sitatis,& tuendi ius populi cõtra
transgressores, & de horum offi-
cio latius possunt instrui per d.
[Nouell.8.§.curam,& in Nouell.
86.§.præterea, Item Nouell.82.
§. cæterum.]

7 Tertio Aduertendum hoc of-
ficium committi à Regimine
duobus, videlicet nobili, & po-
pulari.

CAPVT SEPTIMVM.

§. 7.

In hoc §. tractatur de officio Assistentium Magistri Iurati, vbi dicitur quæ dicta fuerunt de Assistentibus super grauaminibus Curię Regij Locumtenentis, possunt applicari ad Assistentes Magistri Iurati proportionaliter, & de origine talis officij.

SVMMARIVM.

Quæ sunt aduertenda per Magistrum Iuratum in eius officio, & Curia, num.1. & seq.

1 OMnia quę diximus su-
pra de Assistentibus
grauaminibus Curię
Regij Locumtenẽtis
possunt applicari As-
sistentibus Magistri iurati, vnum
tantũ hic notabimus, quod olim
Syndici insimul cum Doctore as-
sistebant,procurantes, ne Magi-
ster iuratus tẽpore nundinarũ fa-
ceret grauamina,vt per [capitul.
Ducis Calabriæ de anno 1472.
fol.26.num.13. & de anno 1523.
fol.118.nu.37.& seq.]nunc verò
2 Regimen tantùm creat duos As-
sistentes nobilem, & popularem,
qui Assistentes debent admone-
re Magistrum Iuratum,quod eli-
gat Doctorẽ pro eius Assessore,&
Doctor debet esse Ciuis, vnde fi-
nitis nundinis parebat syndica-
tui per spatiũ quindecim dierũ,
vt in [d.c.de anno 1472.nu.14.]

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

§. 8.

Tractatur de Officio Assistentium Prothomedici, & vnde habuit originem tale officium.

SVMMARIVM.

Prothomedicus auctoritatem habet visitãdii Speciales, nu. 1.

In visitatione Prothomedici debet interuenire Doctor Physicus eligendus per Regimen numero eodem.

Prothomedicus debet stare syndicatui numero 2.

PRothomedici habẽt authoritatem visitandi Speciales, seu Aromatharios, & propterea ex priuilegio concesso no-
1 stræ Ciuitati, vt prædicta visitatio fiat secundum debitum modum, debet interuenire vnus Physicus eligendus per Regimen, vt notatur [in d. capitul. ordinat. per Carol. V. de anno 1533. fol. 96. nu. 21.]

Notandum, quod Prothomedicus debet stare Sindicatui ex ordinat. [eiusdem Caroli V.
2 de anno 1554. fol. 103. ater. nu. 32. & ex Prag. 2. de Sindicat. official.] de quibus Sindicatoribus, & eorum officijs tractabimus in §. sequenti.]

CAPVT SEPTIMVM.

§. 9.

Latè materia de Syndicatu explicatur.

SVMMARIVM.

Syndicatus vnde habuit originem numero 1.

Officiales non dato Sindicatu etiam vocati a Principe non possunt recedere ab officio nu. 2.

Potestas eligendi sindicatores vnde processerit tam in nostra ciuitate, quam in alijs ciuitatibus Regni nu. 3. & seq.

Qua

Quæ

Ntequam veniamus ad officium Sindicatorum, primo est aduertendum, quod origo sindicatus processit a iure diuino,
1 fuit enim primum iussum Samueli primo Regum, vt rationem publicè redderet, vnde sumpta est praxis sindicandi, & Samuel per hos dixit Populo volens reddere rationem suæ administrationis, vt legitur [in c.12. Primo Regum] loquimini, de me coram Domino, & coram Christo, num bouem, vel animal cuiuspiam tulerim, si quempiam sim calumniatus, aut aliquem oppresserim, si de manu alicuius munus acceperim, contendant mecum hodiè; & restituam vobis, & legitur [in Euang.] redde rationem villicationis tuæ, iam amplius non poteris villicare, ex quibus colligimus primo sindicatum esse de Iure diuino, [ex doctrina Augustini Dulceti in tractatu de sindicatu nu.6.] qui allegat [cap. cum æterni de sententia, & re iudicata in 6. l. 1. C. vt omnes Iudices tam ciuil. quam crimin. & titulum vt Iudic. sine quoque suffragio in Auth.] & propterea non posse a Principe remitti, vt dicit [Rouitus in Prag. 1. de sindicat.
2 official. nu. 61.] Intantum quod officiales durante sindicatu non possunt recedere a loco, in quo administrauerūt, etiam si fuerint vocati

vocati a Principe vt [in auth. de administrator. in princ. ibi vt nec per occasionem hinc euocationi,] sed pro notitia sindicatus sunt multa aduertenda, & Primo est aduertendum de his, quæ incumbunt Vniuersitati circa electionem Sindicatorum, Secundo de his quæ incumbunt Sindicatoribus electis, Tertio de his quæ incumbunt querelantibus, quarto de effectibus, & euentis sindicatus; Circa primum est aduertendum, quod [ex priuilegio cõcesso nostræ Ciuitati, & Casalibus a Rege Ferdinando in anno 1507. fol. 79. nu. 11. & fol. 80.
3 nu. 12.] fuit concessa potestas sindicandi Regios Auditores, & Officiales Curiæ Regij locum tenentis, quæ Vniuersitates eligũt quatuor Sindicatores, videlicet Regimen nobilium eligit vnum nobilem, honorati eligunt alterum popularem, deinde totum Regimen nobilium, & honoratorum eligunt vnum Consultorem V. I. Doct. postea omnia Casalia seu potius deputati ipsorum Casalium eligunt quartum sindicatorem; & hoc [ex priuilegio concesso in anno 1555. per Regem Philippum secundum vt
4 est in fol. 111. nu. 31. & fol. eod. ater. nu. 31.] in aliis locis fit electio sindicatorum secundum consuetudinem, & ita iubet fieri [pragmatica vulgo dicta delli 89. capi promulgata per Excellentissimum Comitem de Lemos

Iuniorem in anno 1616 sub die 31. Maij,] & hæc consuetudo consistit in hoc, nam in multis locis sindicatu fit a successore, vt dicitur [in d. prag. & Surgens in cap. 17. nu. 31. & seq. de Neap. Illustr.] in multis alijs ab Vniuersitate interuenit tamen successor; & in aliis sine successore, vnde videndum est, quid sit de Iure communi, & quid de Iure Regni circumscripta cõsuetudine, nam vbi adest consuetudo, attenditur consuetudo [Surgens loc cit.] & dicimus primo quod
5 officiales de Iure communi sindicabantur apud Præsidem vt per [Nouell.. .. per cõst. vero Regni incip. volumus] fuit ordinatum, quod sindicentur pœnes successorem, postea superuenit [Regia Prag. incip. regię dignitati de sindicatu official.] & voluit sindicari debere per sindicatores eligendos per Vniuersitatem & idem fuit confirmatum per aliam [prag. incip. volumus,] & aliqui fuerunt inopinione, quod per pragmaticas non fuit derogatum dictæ Constitutioni Regni [incip. volumus,] & sic licet fuisse ordinatum eligendos esse sindicatores per Vniuersitates, tamen non per hoc excludi debere successorem, sed tamen contrarium est verius, & doctrina [Bal. in l. obseruare §. proficisci in prima quæst. incip. hoc verum ff. de
6 offic. procõsul.] vbi inquit quod si lex municipalis dat formam, vt

offi-

officialis ſindicetur per aliquos bonos viros, nullus alius poteſt ſe intromittere in ſindicatu pręter illos de ſindicatu, & ita tenet [Rouit.in d.Prag.regiæ dignitati nu. 21.] & ſic eſt expeditum quod de iure Regni debent ſindicari officiales per ſindicatores eligendos ab Vniuerſitate, de Iure verò Communi per Præſidem.

Antequam autem Vniuerſitas procedat ad electionem ſindicatorum, videndum eſt, quod ſi officiales ſindicandi, aut querelantes
7 dederint liſtam ſuſpectorum, debeat per Regimèn procedi ad electionem ſindicatorum non ſuſpectorum [Philippus Franchus in c.cum ſpeciali 16. quæſt. de appellat.] & in materia ſuſpitionis proceditur quemadmodum in aliis ſuſpitionibus, non enim eſt aliquod ſpeciale in ſindicatu, quod non ſit in aliis ſuſpitionibus, & conſequenter quemadmodum in omnibus iudiciis debet procedi ſine ſuſpitione [l. apertiſſimi C. de Iudiciis] ſic & in cauſis ſindicatus debent eligi Iudices non ſuſpecti de qua materia ſuſpitionis tra-
8 ctauit pleniſſimè] Paris de Puteo in verbo ſuſpitio de ſindicatu, & Pract. Papienſis in libello declinatione Iuriſdictionis in verbo Iudicem ſuſpectum. Hoc tamen ſolum nos notabimus, quod habemus tres terminos ſcientiam, opinionem, & ſuſpitionem, ſcientia dicitur per demonſtrationem, quæ non poteſt aliter, ac aliter ſe habere veluti de eis quæ ſunt certa per naturam, & ſunt neceſſaria, opinio eſt de his, quæ poſſunt aliter ac aliter ſe habere veluti per argumenta probabilia, ſuſpitio verò
9 eſt minus, quam opinio, nam eſt de his, de quibus non habemus argumenta neque neceſſaria, vt eſt in demonſtratione, ſeu ſcientia, neque probabilia vt in opinione, ſed tantum quædam motiua incerta, quæ poſſunt aliter ſe habere, & non ſunt probabilia, vnde non eſt probata illorum opinio, qui quærunt in cauſis ſuſpitionis cauſas neceſſarias, vel probabiles, nam tunc non eſſet ſuſpitio, ſed certitudo, vel opinio, ſed tunc eſt ſuſpitio, quando adeſt aliquod ſignum licet incertum, & propterea ſi aliquis dederit ſuſpectum caput conſilij, conſequenter erit ſuſpectum to-
10 tum conſilium [ſecundum Bal. in l.1.C.ſi rector Prouinc.] Item quoque ſi fuerit ſuſpectum caput Tribunalis, erit totum Tribunal ſuſpectum, & non eſt dubium poſſe allegari ſuſpectum collegium totum, ſicut allegatur ſuſpecta vna ſingularis perſona [Felin in c.cauſam quæ col.1.de offic.delegati,] non tamen poterunt allegari ſuſpecti omnes nobiles, vel omnes populares, ſeu Doctores vnius Ciuitatis [Bal. & Doctor. in l. hoc modo ff. de conditio. & demonſtratio. Decius

cius,& Doctor.in c.1. de Iudiciis Bal.in l.1.C. si Rector Prouinciæ & Boer. decis. 264.]quem refert [Viuius in opin.332.lib.1.commun.opin.in antiquis,] hæc breuiter circa suspitionem,nam alia sunt tractata per Doctor.in locis communibus, vt diximus supra.

Secundo aduertendum, quod Sindicator Vtriusque Iuris Doctor debet eligi ex ciuibus nostræ Ciuitatis,licet non sit nobilis,aut honoratus , in aliis verò
11 locis secundum [pragmaticam Regiæ dignitati] solet eligi de locis conuiciniis, qui debet iudicare secundum statuta loci , in quo causa fuit agitata [Troysius in d.prag nu.8. & sequent.]

Circa secundum,v3.de his quę incumbunt Sindicatoribus electis,notandum est,quod Sindicatores debent mittere bannum,
12 postquam erunt electi, quod si quis velit porrigere querelas contra talem officialem compareat infra viginti dies ad porrigendum querelas, alias termino elapso non procedetur, & hoc si per annum integrum Officialis stet in officio, si verò minus vno anno pro rata temporis imparti-
13 etur terminus [Paris ind. tract. de Syndicatu in rubr. de official. Syndicand.] vbi dixit, quod banna debent fieri. cum comminatione, quod de cœtero non audiantur, & per Syndicatores non poterit terminus prædictus abbreuiari absque dispensatione Proregis, quæ dispensatio non solet concedi, nisi cum consensu Vniuersitatis [Troysius loc. cit. nu.5.] vbi etiam dixit,quod vnus ex pluribus Syndicatoribus potest emittere bannum cum termino prædicto, & tale bannum procedet, & terminus in eo præfixus currit.

Sed circa hoc, primo quæro quid si officialis exercuit officium per biennium , vel triennium, vtrùm possit terminus vi-
14 ginti dierum prorogari, quemadmodum fit, quando exercuit officium minùs biennio, in quo abbreuiatur pro rata temporis, & dicendum, terminum non posse prorogari, quia est vnum officium,& [capitulum Regni 132.] generaliter dicit,quod detur terminus dierum viginti ad porrigēdum, & viginti ad prosequendum, & non explicat, neque distinguit, si Officiū durat p annum biennium, vel triennium, sic nec nos distinguere debemus [arg. l. de pretio ff. de publican. in rē act.] & faciunt doctrinæ [Carauitæ in ritu 295. nu.6.Capibl. in prag.5. nu.67.& seq.de Baron. & Rouit.ind.prag.1.nu.30.] vbi dicunt, quod si vnum est officium, debent dari viginti dies , sed si plura sunt officia, debet tempus prorogari, & in hoc versatur dubium, seu quæstio inter [Carauitam, & Rouitum,] nam Doctor
15 Carauita dicit, quod si vnum est officium, & durante primo anno

fuit

fuit confirmatus, vel sine noua cõfirmatione toleratus vltra annũ debet sindicari pro vnico anno, cũ vnicum dicatur officium prorogatũ, sed [D.Rouit.] dicit, qđ cũ fiat prorogatio, non dicitur vnũ officium, sed plura, & cõsequenter quęstio pendet ex hoc ad videndũ an sit vnicum officiũ, vel plura, & [Rouit.] tenet quod respectu prorogantis semper est vnũ officium, sed respectu tertij sit diuersum officiũ, sed cũ sindicatus non consideretur respectu confirmãtis, sed respectu Vniuersitatis, & ciuiũ, & sic respectu tertij, non potest dici vnũ, & idẽ, sed diuersum omnino, & proinde terminus sindicatus debet etiã prorogari pro rata tẽporis, & sic oẽs tã [Carau.] quã [Rouit. in n.30.] concludunt qđ tãm si sit officiũ per annũ, quã si vltra annum nõ
16 debet tẽpus prorogari, secus verò, quãdo sunt plura neq; obstat ratio, quã aliquis possit opponere dicendo, qđ si quis exercet officiũ minus anno debeat tẽpus abbreuiari, ergo a proportione si exercet plus anno debet prorogari, nã hæc ratio non valet, quia Pragmatica cõsiderat, qđ officiũ est annale, & cõsequenter statuit terminum viginti dierũ respectu officij annalis, & non respectu officij infra annum, & perinde debet abbreuiari, cum sit infra annum, non tamen debeat abbreuiari, cum sit vltra annum, cum officium licet regulariter sit annale, possit tamen esse biennale, & plus, & tamen hoc non fuit consideratum a Pragmatica respectu termini dãdi querelas, ergo nec nos considerare debemus, sed tantum quod cõsidera-
17 uit Regia Pragmatica quod pro vnico officio, quod nõ sit minus anno detur tẽpus ad porrigendum querelas viginti dierum, & aliorum viginti ad prosequendum.

Secundo quęro, quid si officialis est confirmatus in eodem officio, quãdo debet sindicari, & dicendum non posse sindicari, nisi in fine integri officij, quod colligitur ex finalibus verbis
18 [dictæ pragmat. 1.] & notauit [Rouit. ibi. num. 29. & Capibl. in d. pragm. 5. nu. 67. & 68.]

Tertio quæro, quid si infra terminũ datũ ad porrigendũ querelas q̃s porrexit querelas cõtra officiales, sed tñ opponitur contra querelas, qđ nõ sint formatæ secundũ tenorẽ [l. libellorum, ff. de accusat.] vtrum propterea officialis sindicandus non poterit molestari amplius, neq; conueniri, & circa hoc videmus fuisse obseruatos in patria nostra, quod si quis dederit querelas, & fuit oppositum de nullita-
19 te, statim absque aliquo respectu reijciunt querelas tamquam nullas, & officialis sindicandus euadit, & ipsi, qui tenent hanc opinionem, eam fundant ex textu [in dicta l. libel-

lorum,] qui tamen textus facit contra ipſos, ſi rectè aduertatur, primo namq; conſideramus multa ex dicto textu, non requiri aliud in querelis niſi nomen querelantis, nomen querelati, nomen delicti, annus, & mẽſis, & conſulis, necnon nomen Conſulis, & diei, quo datur querela, & amplius locus commiſſi delicti, nam Iuriſconſultus ibi primò ponit formulam non libelli, ſed inſcriptionis, deinde dicit [vtiq; enim, & locus deſignandus eſt, in quo adulterium commiſſum eſt, & perſona cum
20 qua admiſſum dicitur, & menſis,] deinde concluditur, hoc etiã lege Iulia publicorum iudiciorũ cauetur, & generaliter præcipitur omnibus, qui reum aliquem deferunt,] deinde dicitur, ſed ſi aliud crimen obijcitur idipſum libello comprehendẽdum erit,] itẽ dicitur, [ſubſcribere debere eum, qui libellum dat ſe profexum eſſe, vel alium pro eo ſi litteras neſcit,] tandem concluditur, [quod ſi libelli inſcriptionũ legitimè ordinati nõ fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reũ poteſtas erit,] hęc ſunt formalia verba textus, ex quibus verbis multa cõcludun-
21 tur neceſſariò, primo enim concludimus querelam non eſſe nullam, aliud eſt enim dicere querela eſt nulla, aliud aboleri nomen rei, nam aboleri nomẽ rei, nihil eſt aliud, niſi cancellare querelam, vt dicit [gloſ. in verbo aboletur in d. l.] ſed ſic eſt modo, quod cancellare nihil eſt aliud, niſi caſſare nomen rei, ergo querela eſt valida, nam ad hoc, vt aliquid caſſetur, oportet eſſe, ergo querela eſt valida, nam non entis nullæ ſunt qualitates, nam ſem-
22 per ex regula logicæ priuatio præſupponit habitum, deinde non dicit textus ſimpliciter, qđ rei nomen aboleatur, ſed loquitur cum conditione, quod aboletur nomen rei, ſed ex integro repetendi reum poteſtas erit, neque aliquis mihi obicijat, quod ſtante lapſu termini non poteſt fieri iſta repetitio, nam terminus tantum fuit datus ad querelandum, ſed ſic eſt modo, quod infra tempus viginti dierum, verum eſt dicere querelam fuiſſe porrectam, ergo querela porrecta querelans debet audiri, nec debet reijci querela, cum textus non dicat querelam eſſe
23 reicijendam, & conſequenter ſtante validitate querelæ poteſt procedi, & emendari error querelæ. Secundo aduerte, quod ille textus [dict. l. libellorum] tractat de inſcriptione, quæ inſcriptio nunc non eſt in vſu, aliud autem eſt dicere, ita debere formari querelam, aliud eſt dicere ita formandum libellum inſcriptionis, nam libellus inſcriptionis fuit inductus ad hunc finem, vt ille, qui ſe inſcripſit, teneatur ad pœnam

taleonis,

taleonis, sed sic est modo, quod hodie pœna taleonis, & inscriptio non est in vsu, vt dicit [Iu-
24 lius Clarus in §. fin. in praxi, quæst. 12. versic. quæro, & per totam, Amedeus ad Prohœmium num. 4. in tractat. de Syndicatu, & cæteri Doctor. in praxi,] ergo dicere quod in libello querelæ debet seruari idē, quod seruatur in inscriptione valdè absurdum est, in locum autem inscriptionis hodie potest dici, quod successerit præsentatio, quæ fit Iudici, nam ibi inscribitur præsentata querela, & tunc deberet Iudex interrogare actorem, si vellet vti istis qualitatibus, & requisitis in inscriptione, sed dato & non concesso, quod querela sit nulla, videamus quas qualitates debet habere quærela, vt non dicatur nulla ex dicta lege, & clarum est nullas qualitates esse necessarias, nisi nomen accusatoris, & accusati, de-
25 lictum, tempus, & locus delicti, & coram quo Iudice præsentetur querela cum die præsentationis, non tamen est necessarius dies, neque hora, sed circa prædicta posset de nonnullis dubitari, & primo cum dicatur in textu, quod sit necessarium ponere locum, & tempus, an debeat poni non solum locus, sed etiam locus loci, & tempus temporis, & videmus in [dicta lege] fieri mentionem de Ciuitate, & domo, ergo debet poni locus specificus non locus numeralis, & sic debet poni locus, idest domus, & non angulus, vel camera domus, vnde malè practicatur in patria mea, cum reijciunt querelas propter hoc non fuit expressa camera domus, & confines eius, & tamen in illo textu non dicit esse necessariū apponere confinia, neque cameram, ergo malè practicantur [Iulius Clarus loco citato] de tempore autem non dicit aliud, quod debet apponi mensis, & Consules, sed sic est modo, quod in
26 loco annorum Consulum hodie successit annus Incarnationis Dominicæ, ergo non est necessarium apponere annum Consulum, seu nomen Consulis, sed in Ciuitate mea solent apponere nomen Regnantis, idest Regnante Inuictissimo Philippo III. & amplius non solum ponunt nomen Regis, sed etiam nomen Proregis Regni, & nomen Præsidis Prouinciæ, tunc tempore delicti, vnde dicunt hoc modo, quæ omnia commissa, & patrata fuerunt per dictum Magnificum Sindicandum scienter, dolosè, & appensatè, intuitu, & prærogatiua officij, regnante Regio Catholico Phi-
27 lippo Tertio, existente Prorege Regni Illustrissimo, & Excellentissimo Comite de Lemos sub Præsidatu Illustrissimi Don

P 2 Bernar-

Bernardini de Cardines, [Amedeus, & Iul. Clar. loco citato.] in quibus verbis multa apparent superfluè dicta, quæ tamen illi dicunt esse necessaria, nam præsupponunt, nisi dicatur delictum fuisse commissum scienter, dolosè, & appensatè querelam esse nullam, & tamen non vident, quomodo ipsi Iurisconsultum ipsum reprehendant, qui ponit querelas, & tamen nullum verbum de delicto scienter, dolosè, & appensatè commisso, sed tantum dicitur in illo textu non esse aliud necessarium, nisi nomen delicti ponere, dicẽdo, quod talis defert talem, dicens illam adulterium commisisse cum tali, eadem ratione possumus dicere, quod talis officialis commisit crimen barattariæ, con-
28 cussionis, vel aliud, &c. nam eo ipso quod dicitur commisisse crimen, includitur dolus, Porrò ponunt intuitu, & prærogatiua officij, presupponendo, quod non potest aliquis querelari, nisi de his, quæ gessit tamquam officialis, & quod nisi ponatur illa clausula, non debent Sindicatores in ea querela procedere tamquam nulla, cum non habeant iurisdictionem, nisi in gestis intuitu officij, sed hoc malè dicunt, nam eo ipso quod quis querelat Sindicandum coram Sindicatoribus, intelligitur proponere querelam contra talem officialem tamquam Sindicandum, & sic sub ista conditione tamquam talis, qui possit cogi corã Sindicatoribus, [Bald. in l. nemo potest C. vbi de crim. agi. oport.]

29 Præterea quemadmodum valet bannum, quod omnes qui volunt proponere querelas compareant infra viginti dies, & tamẽ non dicitur in banno, quod proponant querelas de his, quæ gesserunt intuitu, & prærogatiua officij, sic proportionabiliter debet dici, quod valet querelà non obstante, quod non sit dictum intuitu, & prærogatiua officij.

Amplius [Regia Pragmatica prima] non dicit, quod offi-
30 ciales dent Sindicatum de his, quæ gesserunt intuitu, & prærogatiua officij, sed tantum quod officiales stare debeãt ad Sindicatum parati respõdere quibuscumque quærelis ciuiliter, & criminaliter, siuè mixtis de commissis, & omissis in eorum officio, nec dicit intuitu, & prærogatiua officij, ergo nec nos dicere debemus, sed tantum dicere debemus secundum Pragmaticã, qđ talis cõmisit tale delictũ tẽpore sui officij, & in suo officio nã quis est ille, qui sciat fuisse factũ intuitu, & prerogatiua officij vnde sufficit esse factũ delictũ in officio, nã valet argumẽtũ à lege ad libellũ, nã libellus debet confirmare legẽ, & sic lex est ius, & libellus est propositio iuris, & deberem' dicere, qđ potius ineptũ esset

esset dicere intuitu,& prærogatiua officij,cũ præsupponatur quædam qualitas, quæ deberet deinde ꝓbari,hæc, & multa alia ineptissima dicuntur in querelis,quæ proponuntur in Ciuitate nostra.

32 Nunc restat tractare de quibus Syndicentur officiales,sciendum officiales teneri de commissis,& omissis in eorum officio, [vt in d.pragm 1. de Syndicat.]

Primo autem occurrit lex Iulia repetundarum, quæ generalis est,est enim crimen repetundarũ omne delictum, quod committitur ab aliquo quando est in Magistratu, vel alio officio publico, eo quod subditos spoliauit ablatis,& captis pecunijs extra iudicium,vel in iudicio ob corruptionem, vel ob sententiam ferendã, & dictum est crimen repetunda-

33 rum eo quod liceat finito Magistratu,& potestate subditis à Magistratu repetere,quicquid ab ipso indebitè receptum est, vnde tale delictum est generale contra Magistratus pecuniam indebitè quoquo modo recipientes [toto tit.ff.ad l.Iuliam repetundarum] & non solum datur contra Magistratum,qui indebitè recepit,sed etiam datur cõtra eum, si aliquis ex eius Ministris receperit [l. 1.ff. eod.& l. 1.C. eod.] & pœna dictæ legis est extraordinaria,& dicitur [in l.7.fin.ff.eod.] quod hodie ex lege repetundarum extra ordinẽ puniũtur,& plerumq;, vel exilio, vel etiam durius, prout admiserint, quid enim si ob hominẽ necandũ pecuniam acceperint, vel licęt non acceperint calore tamẽ

34 inducti interfecerint, vel innocentem,vel quem punire non debuerant capite plecti debent,vel certè in insulam deportari, vt plerique puniti sunt.

Secundo si dolo malo in fraudem legis Iudex sententiam dixit [l.decima quinta,§.Iudex,ff. vbi qui agere, vel cõue. debe.] vbi dicitur Iudicem tunc litem suam facere intelligere cum dolo malo in fraudem legis sententiam dixit, dolo malo autem videtur hoc facere, si euidens arguatur eius gratia,vel inimicitia,vel etiam sordes,vt veram extimationem litis præstare cogatur.

Tertiò, si contra leges, & cõstitutiones pronunciauit, quo casu tenetur, [l.Cornelia de falsis,] vnde habetur [in l.2.§. sed & si quis in fin.ff.ad l.Cornel.de falsis] his verbis, sed etsi Iudex Constitutiones Principũ neglexit, punitur.

Quarto, si non dolo malo,sed per imprudẽtiam Iudex aliquid fecerit,tunc tenetur ex quasi delicto ex textu [in l.vlt. ff. de extraordin.cognit.] & in hoc casu tenebitur in factum actione, in quantum de ea re æquum religione iudicantis videbitur ex textu [dictæ l. vlt. & Instit. de obligat.quę ex quasi delict.nasc. in princ. Item l.4. §. si Iudex ff.

de action. & obligat. & latè per Carocium in par.3.tit.de varijs, & extraordinarijs cognitionib' per totum in tract. locati,& cōducti.]

Hæc sunt generalia delicta, nūc veniam' ad aliqua specialia veluti de barattaria,cōcussione,
35 extorsione, furto,indebita tortura, & inobseruantia prouisionum,& ordinum superiorum, Item de denegata iustitia, & indebita carceratione, de quibus aliqua specialia dicenda sunt.

Barattaria est nomen modernum non cognitum in iure Ciuili, & dicitur vulgariter barattare quasi vendere, & in officiali dicitur barattaria, quando officialis facit aliquid propter pecuniam,siuè benè, siuè malè, & Iurisconsulti non fecerunt specialem mentionem de barattaria,sed posuerunt hunc tractatū [in d. tit.ad l.Iul. repetund.] sed latè per [Paridem de Puteo in tractat.de Syndicatu cap.1. in verbo barattaria fol.133.& c.1. in verbo corrupt.fol.160.&Clarus in praxi §. fin. q.173.]

Concussio est, cum quis incutit timorem simulato iussu superioris, vt aliquid extorqueat, vnde ordinariè solemus dicere, & proponere querelas de concussione, & extorsione, latè per [Paridē de Puteo in dicto tract. in verbo Iudices cap.7.fol.106.]

Extorsio agitur [in tit. ff. de concussionibus,]& vide [infra nu.58. & seq.] vbi benè dictum est, & dicitur extorsio cum per aliud genus grauaminis à subdito pecuniam extorquet,nā tunc transit in propriam speciem extorsionis, seù quæ fit iustitia suadente,quia significatio verbi, extorsio, est plena [Paris de Puteo loco citato, in verbo electio officialium c.1.fol.mihi 174.]

36 Furtū est generale ī officiali, q̄ īdebitè aliqd accipit à subditis.

Indebita tortura non punitur aliqua speciali pœna, neque habet nomen delicti specialis, sed ponitur in [titulo ad l.Iul.de vi publica,] quæ lex loquitur contra Magistratus Populi Romani, qui prætextu publicæ potestatis aliquē torqueri, vel carcerari faciunt, nam [in l.10.in princ. ff.ad d.l.Iul.de vi publica] dicitur quod is, qui potestatem, imperiumue habebit, si aliter decernat, imperet, vel faciat,quam ei ius erit,tenetur lege Iulia de vi publica,nam vis publica dicitur vis qualificata cum aliqua ratione iuris publici, vnde quia arma sunt publica, qui facit vim cum armis, dicitur incidere in legem Iuliā de vi publica, Item quia Magi-
37 stratus est persona publica, propterea tenetur lege Iulia de vi publica [toto titul.ff.ad l.Iul. de vi publ.]

Circa verò inobseruantiam prouisionum est notandum, quod circa prouisiones superio-

rum

rum est differentia, nam aliquæ sunt prouisiones factæ à Principe, aliæ factæ ab alijs Magistratibus, & si fuerint prouisiones factæ à Principe, aut continent certam pœnam, aut non continent certam pœnam, si continent, ea debet infligi, secus verò si non continent, nā tunc datur pęna arbitraria,& nota vnū, qđ ab omni Magistratu est obseruandum, quod si fuerit præsentata alicui Iudici Principis iussio, & is Magistratus medio tēpore absit ab officio, qui post illum Magistratum init, talem lem iussionem suscipere debet,
38 & insinuare, & si priuata causa est perinde eam iussionem implere, & exequi debet, quasi ad ipsum scripta foret, si vero istius modi iussio ad publicum spectabit, debet examinare talem iussionem, & si publicum nihil ex ea re detrimentum capiat, quæ in ipsa continentur, impleat sin autem publico ea damnum minetur, nihil prorsus ex ea agatur, sed prius referendum est Principi, vt secunda iussio fiat, & hæc obseruantur in mandatis Principum, sed si mandata fuerint ab alijs Magistratibus, tūc si priusquam ea insinuentur ad eum, qui mandatum dedit, aut cui mandata data sunt contingat remo-
39 ueri à Magistratu, itidem is, qui Magistratum successit, hæc suscipiat, & exequatur, si legitima facta fuerint, quod si contra legem, aut aduersus Rempublicā facta sint, iubet Imperator ea pro infectis haberi, & consequenter Iudex, qui non exequitur mādatum iustum Superioris extra Principem, nullo modo tenetur, vt habentur hæc oīa [in Nouell. Cōst.134.§.pręterea hoc quoq;.]

Quoad denegatam Iustitiam sciendū extare [Nouell.Constit. 17.§.3. & 86. in princ. vsque ad §.Porrò si contingat] in quibus Constitutionibus iubet Imperator causas expediri per Magistratus, & ne iustitia denegetur, vbi supplicium irrogatur deneganti iustitiā, & nota, quod causæ debēt expediri secundum ordinem datum à Cōstitutionibus, & Pragmaticis Regni, vt in [pragmat. 2.sub tit.de offic.Sacri Regij Cōsil.] videlicet quod causæ primæ cōclusæ expediuntur, & in Sacr.Reg.Consil.causæ priuilegiatæ, & summariæ tractentur in die Sabbathi, & in [Constit. Regni incip iusti cultores] statuitur, vt omnes Iudices Regni talem ordinem in de-
40 cidendis causis obseruare procurent, videlicet quod primo fiant causæ Ecclesiarum, deinde fiscales, subsequenter pupillorū, orphanorum, viduarum, & quarumlibet debilium personarum, priusquam aliorum litigātium, [& in Constit. Regni Præsenti] ordinatur, vt inchoatis causarū Audientijs, nullæ pœnitus aliæ misceantur, nisi primis quæstio-

P 4 nibus

nibus per diffinitiuæ, vel interloquutoriæ sententiæ calculum finis legitimus imponatur, [& in Constit. Regni hac lege in perpetuum] statuitur, vt infra decē dies causæ post cōclusionem decidantur, & concordat cum priuilegio nostro [à Rege Ladislao in anno 1413. fol. 5. nu. 5.]

Circa indebitam carcerationem est notandum, quod aut Iudex aliquem indebitè carcera-
41 uit dolosè, & tunc tenetur [ex Constit. Regni si Iudex fraudulenter, & ibi Afflict.] & tunc priuatur officio irrecuperabiliter, & efficitur infamis, ac priuatur omnibus suis bonis per sententiam, & hoc est de iure Regni, & hoc procedit etiam in causa ciuili, Iudex non punitur pœna publicationis omnium bonorū, sed quando dolosè, & malè iudicauerit in causa criminali, vt patet [in Auth. nouo iure C. de pœnis Iudic. qui malè Iudic.] & nota quod Iudex, qui dolosè malè iudicauit, incidit etiam in pœnā falsi, vt [l. 1. §. 1. ff. ad l. Cornel. de fals.] & tenet [Afflict. ibi nu. 1.] & per istas pœnas non est sublata pœna, quod facit litem suam, & aliam pœnam, de quibus [in l. 1. & 3. & fin. C. de pœnis Iudic. & Instit. de obligat. quæ ex quasi delicto in princ.] Si verò Iudex malè iudicauit per imperitiam tunc punitur arbitrio Regis, vt [in d. Constit.] & ad propositum de Iudice carcerāte aliquem di-
42 cendū est, quod vltra dictas pœnas, si Iudex aliquem carcerauit animo iniuriandi, tenetur actione iniuriarum [l. nec Magistratibus, ff. de iniurijs,] secus verò si non animo iniuriandi, sed alio modo per dolum, quia tūc potest teneri lege Iulia de vi publica.

Vnde notandum ad sciendum, quæ debet continere libellus criminalis in Syndicatu, deberet primo animaduerti, quod debet specificari delictum, secundo debet poni locus, & tempus delicti
43 ex quibus tàm ex specificatione delicti, quam loci, & tempore delicti potest reus se defendere, & in hoc consistit rectus modus libellandi, nam in ciuilibus editur actio ad finē, vt reus sciat cognoscere actionem, qua cōueniatur, & ea cógnita possit deliberare, an cedere vellet, vel contendere [l. 1. in princ. ff. de edendo,] & in criminalib. accusator debet specificare nomen delicti cum loco, & tempore, vt dicitur [in d. l. libellorum ff. de accusat. & Iulius Clarus in dicto §. final. quæst. 12. in praxi,] & per hoc statim ac quis narrat factum, ex quo non potest resultare, nisi vnica actio in ciuilibus, vel vnicum delictum in criminalibus, tunc dicitur satisfecisse dictæ [l. libellorum] in criminalibus, & in dicta [l. 1. de edendo] in ciuilibus, & propterea praxis libellādi descēdit à Theorica in sciēdo distinguere nomen actionum, & nomen delictorum,

&

& in Syndicatu officialiũ,vt plurimum oportet aduertere ad ta-
44 lia delicta, quæ inuicem distinguũtur, de quibus diximus in superioribus, nam lex Iulia repetundarum loquitur de his, quæ recipit officialis indebitè quomodocunque receperit, dumtamen receperit indebitè stando in meris, & puris finibus administrationis officij, sed quando excedit fines sui officij incutiendo metum, vim, violentiam,& carcerationem subdito, & cum tali vi, metu, & violentia extorquet pecuniam à subdito, hoc admissum transit in aliam speciem delicti, cum quo nihil cõmune habet[dicta l.Iulia repetundarum,] vnde si simulato Superioris iussu incutit metum, & hac occasione accipit pecuniam,tunc tale delictum transit in delictum concussionis,& punitur pœna imposita per [l. 1.& tot.tit.ff.de cõcussio.] Si vero officialis per indebitam
45 carcerationem, vel aliud genus grauaminis contra ius extorquet à subdito pecuniam, hæc dicetur propria extorsio, quæ transit in propriam speciem delicti, & de ea loquitur[Constit.Regni incip. eos tãtum officiales,] quod si Iudex cõtorsit iustitiam pro pecunia,vt quia condemnauit ad soluendum, vel quia absoluit condemnãdum, hæc dicetur propria barattaria,licet barbaricè,& de ea loquitur [Constit. Regni, incip.Iudex si accepto,& ita Rouitus in pragm.3.de milit. nu.38. & seq.] & sic vbi resultant variæ species delicti, semper debet factum specificari, & concludi secundum naturam illius delicti,& proptèrea quãdo Iudex malè iudicat per imperitam tunc causa est Ciuilis, & tunc debet contra ipsum concludi, quod cõdemnetur in quantum Religioni Syndicatorum videbitur conuenire per [text.in tit.Instit.de obligat.quę ex quasi delicto in princip.] Et
46 notandum quod cum dixerimus specificãdum esse locum, & tempus ipsius delicti propterea malè faciunt ij, qui specificant id, quod non pertinet ad delictum secundum abusum nostrum,nam si aliquis indebitè torquetur, nõ pertinet ad specificationem delicti specificare per quas personas fuerit illata illa tortura, sic etiã si quis accusetur de indebita carceratione,non pertinet ad specificationem delicti dicere nomen Alguzeriorum, neque locum in quo fuit captus carceratus, vt aliqui faciunt,sed debet specificari locus torturæ, & locus carcerationis,nam delictum specificatur ab eo,quod perficit delictum, & nõ ab eo à quo incipit delictũ, & sic licet aliquis fuerit captus carceratus in vno loco, non debet specificari locus,in quo fuit captus, sed in quo fuit carceratus, & propterea ad sciendum formare rectos libellos oportet scire doctrinam ad cognoscendum,

dum, à quo delicta specificentur, nam à quo delicta specificentur, ab eo habent essentiam, et distinctionem, et ab eo habent claritatem, et lucem; ita vt qui distinxit delicta, et bene specificauit cum temporibus, et locis delicti specificati semper dicitur rectè formasse libellum Syndicatus.

Sed antequam ad prædicta descendamus, aduertẽdum est vnũ, quod in causis ciuilibus, cũ adsit [Regia Pragmatica incip. dispẽdia litium de ordin. Iudic.] man-
47 dat in causis ciuilibus, & mixtis, propterea non datur solemnis libellus, sed talis, & qualis petitio, & per hoc non est necessaria solemnis aliqua, neq; specificatio actionum, sed sufficit taliter factum narrare, ex quo possit reus deliberare, an velit cedere, vel contendere, & sic in Syndicatu etiam ita obseruatur, sed tota difficultas est tantum in criminalibus, de quibus supra diximus, oportere scire à quibus delicta specificentur.

Veniamus nunc ad examinandum principia distinctiua delictorum, & dicendum primo, id quod dicunt Doctores, quod voluntas, & propositum distinguũt maleficia, sed vltra voluntatem, & propositum ego dico concurrere debere obiectum, nã vt di-
48 cit [Arist. in primo de Anima] actus distinguũtur per obiecta, & vt dicit [idem Phylosophus in 3. Physic.] motus distinguũtur per terminos, & propterea cum voluntas sit quidam motus, oportet dicere, quod actus volũtatis distinguãtur per terminos, idest obiecta, nam obiectum est illud, quod terminat actum voluntatis, & propterea si quis, dũ est officialis ad finem iniuriandi aliquem, ipsum carcerat, non ad finem extorquendi pecuniam, neq; aliquid acquirendi, tunc dicitur incidere in crimẽ iniuriarum, si vero per imperitiã, & sic non animo iniuriandi, tunc quia non habet pro obiecto iniuriam, sed tantum iustitiam, sed quia dicitur facere iustitiam per imperitiam, propterea tenetur ex quasi delicto, idest culpa, nã imperitia culpæ annumeratur, vt habetur [in Instit. ad legẽ Aquiliã §. si Medicus per imperitiã,] & licet Medicus dicatur cõmittere delictum malè medendo, dũ Iudex tamen malè iudicando nõ cõmittit delictum, sed quasi delictum, & ratio est, quia Medicus malè medendo cõsequenter malum facit, & sic eius delictũ consistit in faciendo, sed Iudex ne malè iudicet, non facit aliquid, sed tantum culpam committit, [Carocius in dicta parte tertia in titulo de varijs, & extraordinarijs cognitionibus de locato, & conducto.]

His expositis veniamus nunc ad tertium propositum, videlicet de his, quæ incumbunt que-
49 relantibus, & sciendum, quod in-

in patria mea practicatum est, quod infra terminum viginti dierum datum ad porrigendum querelas non solum debent proponi querelę secundum formam vt supra expressam, sed etiam querelantes debent legitimare personas, [Carrabba sing. 202. Carauita in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ 199. nu. 4. Iulius Clarus in praxi in §. fin. quæstione 18. versic. tenetur etiam, Paris de Puteo in verbo Iudex num. 16. in tractat. de Syndicatu, Cappella Tholosana q. 132. & Angel. in tractat. de Maleficijs in verbo ad querelam Titij num. 71. fol. 37.] & propterea si quis agit tamquam hæres, debet probare se esse hæredem, & si quis agit tãquam procurator debet exhibere mandatum procuratorium, et quando mãdatum procuratorium est datũ ad porrigendum querelas criminales, debet hoc tale mandatum continere omnes circũstantias, quemadmodum diximus in libello, vnde ad euitandum sophisticas cauillationes, solet in eodem mandato procuratorio inseri totus tenor querelæ criminalis formatæ secundum formã, vt supra expressã, et ita vidi
50 sẽper practicari per [tex. in l. nõ ignorat, C. de accus.] vbi dicitur qđ quis non admittitur ad querelandũ, nisi primo probet se talẽ, et qualẽ, Ceterũ respondetur nõ obstare dictã legẽ, nã hæc exceptio legitimationis psonæ dicitur exceptio dilatoria, et, pptērea debet probari infra terminũ datũ ad probandũ exceptiones dilatorias, et sic nõ probatur in termino dato ad porrigẽdũ querelas, sed probatur post oppositas dictas exceptiones, vt habetur [in Cõst. Regni exceptiones, vbi per Affli.] vbi dicitur in primo notabili, qđ exceptiones dilatoriæ per conuentũ ciuiliter, vel criminaliter sunt opponẽdæ infra biduũ cõputandũ à die oblati libelli, et ante libellum nulla exceptio debet opponi, et sic corrigitur ius cõmune, qđ vult quod
51 exceptiones dilatoriæ possunt opponi vsq; ad litis contestationẽ, licet veniant probandæ post litẽ contestatã, vt in [l. exceptionẽ C. de probat.] et concordãtia sunt [in gl. in c. exceptionẽ de except.] et sic [tex. ĩ d. l. nõ ignorat] non dicit, qđ quis eodẽ tẽpore, quo proponit querelã debet verificare se talẽ, et qualem, sed dicit simpliciter, quod quis nõ admittitur ad accusandum, nisi probet se talem, et qualem.

Aduertant etiã querelantes, quod infra terminum datum ad querelandum est introductũ per
52 abusum, quod qui querelat, pręstat cautionem expensarum, et de hoc potest dici idem, quod diximus in superiori exceptione, nam cautio expensarum est etiam exceptio dilatoria, et sic adimpletur parte opponente,

natura

natura enim exceptionum est, quod opponantur, & post oppositionem adimpleatur aliàs proceditur in accusatione, seu actione, et nulla habetur ratio exceptionis non oppositæ, vt in [l. 1. & 2. ff. de except. & Instit. tit. de except.] vbi explicatur natura exceptionum, quod dicantur exclusiuæ actionum, quando sunt peremptoriæ, vel dilatoriæ Iudicij, quando sunt dilatoriæ, ergo si earum natura est dilatare, non poterunt annullari, & si de natura exceptionum peremptoriarum est perimere, consequenter dicendum est non annullare, nam quod perimitur non est nullum, sed est validum, quia priuatio præsupponit habitum, auctoritate Phylosophi.

Et aduerte, quod quando aliquis vult probare se esse hæredem secundum veram ratio-
53 nem iuris, non debet admitti præambulum ad querelandum, nam præambulum est inductum à Ritu Magnæ Curiæ, estque etiam inductum ad finem liquidandi Instrumenta secundum formam ritus, & dictus ritus præambuli, cum sit contra ius commune, non potest extendi ad alias materias, & propterea ne fiat calumnia, debet præsentari præambulum, & ampliùs dicere offert se in promptu probare per testes, & scripturas se esse hæredem, & tunc Syndicatores debent testes examinare, & si non examinentur, non potest dici, quod steterit per querelantem, & sic dicitur per ipsum fuisse satisfactum legi requirenti legitimationem personæ.

Aduertant insuper querelantes, quod in termino, qui datur ad porrigendum querelas,
54 proceditur de momēto ad momentum, ita vt si hora vigesima diei fuit emanatum bannum Cosentiæ, eadem hora vigesima post viginti dies numerandos à dicta hora querelæ hominum Ciuitatis Cosentiæ, & Casalium debent porrigi, aliàs non debent audiri, sed in Prouincia attenditur alius terminus, videlicet terminus computatur ab hora, qua in vltimo loco Prouinciæ fuerunt banna publicata, & ita vidi practicari, & dicit [Rouit. in pragm. 1. num. 7. de Syndicatu official.] licet de Iure dies termini non computentur in termino [Guid. Papa decis. 270. & ibi addent.]

Porrò aduertant querelantes, quod porrigant petitionem Syndicatoribus, petendo
55 fieri ordinem Regio Thesaurario, quod detineat tertiariam salarij debitam Syndicando seruata forma [Regiæ Pragmaticæ 1.] nā si nō detur hæc petitio ex officio non potest fieri dictus ordo, cū sit dicta Regia Pragmatica inducta in vtilitatem quere-

lantium

lantium, & sic debet peti a parte, sed quando Syndicatores vellent procedere per inquisitionem, quod possunt facere etiam non præcedente infamia, vt dicit [Paris de Puteo in tract. de sindicatu in verbo Officialis cap. 8.nu. 7. in fi. & Berard. Bombin. in dubio nono inter volum. consil.] tunc possunt Syndicatores ex officio etiam facere prædictum ordinem, & notandum obiter, quod multa nomina, quæ merentur vocari in nostra Ciuitate, non merentur in aliis propter residentiam, & titulum Ducis Calabriæ, vtpote Cosentiæ vocatur Regius Thesaurarius, alibi verò Perceptor.

Amplius notent querelantes, quod Officialis sindicandus non potest appellare a decreto fa-
56 cto a Syndicatoribus, quod contra eum procedatur per generalem inquisitionem, sic fuisse decisum bis in Sacro Regio Consilio refert [Rouit. in d. prag. 1. num. 25 de sindica. Official.] & ratio est in promptu, quia non potest appellari a lege, sed sic est modo, quod per legem, idest per ipsam Regiam Pragmaticam est statutum, quod procedatur contra Officiales sindicandos per inquisitionem, ergo si appellaretur a decreto Syndicatorum, appellaretur ab ipsa Regia Pragmatica prima, sic etiam fuit decisum per S. Consilium vt refert [Rouit. in prag. 5. nu. 14. de officio Iudicum, & aliorum officialium.]

Item aduertant querelantes, quod officiales non debent stare sindicatui per procuratorem, sed
57 personaliter, & hoc est de Iure communi per tex. [in l. vni. C. vt omnes Iudices tam ciui. quam crimin.] & concordat cū priuilegiis [Reg. Ioannæ anno 1416. fol. 12. nu. 5. & Regis Ferdinandi anno 1464. fol. 34. ater. nu. 8.]

Item aduertant querelantes quod in causis sindicatus non appellatur ad officiales Baronis, sed ad Regios Superiores [Minadois cons. 24.] & idem procedit in causis Rationalium [Montanar. in prima prag. de administr. Vniuers.] Et similiter de appellatione facta a Catapanis electis ab Vniuersitate [de Franchis decis. 511,] & ratio est, quia de natura appellationis est, quod appelletur ad Superiorem Iudicis iudicantis, sed sic est modo, quod Sindicatores, Rationales, & Catapani cum eligantur ab Vniuersitate ex potestate legis, dicuntur officiales legis, & non Baronales, & consequenter non possunt habere in Superiores officiales Baronales, sed Regios.

Item aduertant querelantes,
58 quod officiales sindicandi licet allegent suspectam Ciuitatem, tamen tenentur stare sindicatui in Regio nostro Castello, non autem in aliis Terris sic voluit [Philippus Rex noster II. in

priuil.

priuil. concess. anno 1555. fol. 111. nu. 31. & ater. nu. 32]

Item aduertant querelantes, quod contra officialem sindicandum non potest ex vnico teste iurari in supplementum pro-
59 bationis [Iason in l. 1. colum. 2. nu. 7. vers. & notate, & numero 12. vers. quinto haberis C. vt omnes Iudices tam Ciuil. vel Crim. per tex. in l. si quis C. de offici. Iud. Bal. in l. nec quicquam §. proficisci quæst. x. ff. de offic. proconsul. & Plotus in repetit. l. si quando nu. 634. C. vnde vi,] & ratio est, quia iuramentum suppletorium datur in causis modicis, & parui momenti vt [l. ad monendi C. de Iureiuran.] non autem in causis grauibus, & odiosis, vt est causa sindicatus.

Item aduertant, quod aliquando solent officiales sindicãdi procurare per Suam Excellentiam prouisionem, quod stent
60 sindicatui per procuratores, & propterea in Ciuitate nostra hæ prouisiones non debent attendi, nisi sit expressa mentio facta cum clausula derogatoria nostrorum priuilegiorum de verbo ad verbum, vt habetur [per priuileg. Reginæ Ioannæ anno 1416. fol. 12. nu. 5. & Reg. Ferdinandi anno 1464. fol. 34. ater. nu. 8.]

Item aduertant, quod si Princeps disponat, quod Officiales non sindicentur, intelligitur, nisi
61 deliquerint, & de his quæ ad eos peruenerunt, ne dicta prouisio Principis sit contra ius diuinum, vt dicit [Martinus Laudens. de official. quęst. 82.] & propterea nota non esse veram illam doctrinam, quam aliqui Doct. dicunt, quod Officiales hodie non sindicantur de consuetudine nisi de furtis, & male ablatis, nam sindicantur de omnibus, quæ ad eos peruenerunt, etiam sine dolo, vt diximus.

Item aduertant, quod in causis sindicatus, quia est duratura paruo tẽpore proceditur tempore festiuo, etiam tempore Re-
62 surrectionis Domini Nostri, vt dicit [Mart. in quæst. 142.] & dantur termini proportionati instantiæ sindicatus, nam cum Instantia duret viginti dies, propterea non dantur nisi duo dies ad probandum, & per hoc debent aduertere, quod habeant probationes promptuarias.

Videndum nunc restat de euentibus sindicatus, & primo noto quod condemnatus in sin-
63 dicatu non poterit amplius redire ad idem officium, seu aliud in eodem loco [Rouit. in d. prag. 1. nu. 51.]

Item noto, quod est decisum per [prag. 7. de Sindic. official.] quod officiales omnes etiam post redditum sindicatum, & obtentas literas liberatoriales possunt à quocumq; Tribunali inquiri etiam ex officio de male gestis in officio, non tamen co-

gnitis

gnitis in sindicatu præstito.

Item noto, quod Præses non sindicatur per Syndicatores ele-
64 ctos ab Vniuersitate sed per Commissarium destinãdum per Suam Excellentiam, & in sindicatu prędicto proceditur, quemadmodum diximus in aliis [Rouit. in d. prag. 1. nu. 6. & Surgens in c. 17. in fi. num. 31. de Neap. Illustr.]

Item noto, quod Vniuersitates possunt reijcere officiales, si
65 non habent literas liberatoriales alterius officij, [l neminem C. de suscept. lib. x. & Bar. in l. rescripto §. debitores ff. de muner.] quemadmodum etiam potest ex aliis causis officialem non recipere, de quibus doctissimè [Capibl. in prag. 5. nu. 93. de Baronibus.]

Vltimo notandum est circa præcedentiam Syndicatorum, nam obseruatur quod inter nobilem, & Doctorem attenditur
66 tantum ætas, Tertio loco succedit Syndicator honoratorum, & nouissimus erit Syndicator Casalium, & sic obseruatur tam in sedendo, in scribendo, quam in omnib' actibus, & in expediẽdis bannis, & prouisionibus obseruatur titulus ex prouisione Magnificorum Dominorũ Syndicatorum sine nominatione specifica, & hoc est declaratum per [decretum celebratum in sedili nostro anno 1550. fol. 143. ater. nu. 2.]

Noto denique vnum circa interpretationem [pragmaticæ] quam vulgus vocat [delli 89. capi editam per Excellentissimum Comitem de Lemos Iunio rem sub die 31. Maij 1616. in cap. 43.] vbi ordinatur quod
67 circa grauamina detur appellatio in decretis interloquutoriis in causis sindicatus Auditorum ad Regiam Audientiam, in grauaminibus vero, & in causa diffinitiua detur appellatio ad Magnam Curiam Vicariæ, quæ pragmatica fuit malè intellecta, nam Regia Audientia, cum appellatur ab interloquutorio, dicit stantibus grauaminibus partes adeant Magnam Curiam, & sic hoc modo contra mentem Regiæ Pragmaticæ, quæ vult, quod causæ tantum diffinitiuæ videantur a Magna Curia, non autem interloquutoriæ, & per hoc deberent reuocare grauamina, & remittere causam ad Syndicatores, & hæc esset vera praxis, quæ oritur ex mente, & verbis Regiæ Pragmaticæ, neque in hoc adest repugnantia, nam videmus in Sacro Consilio ita etiam obseruari, quia remittit causam ad Magnam Curiam, quæ procedat non obstante grauamine illato, nec est vera ratio illorum, qui dicunt, quod qui semel grauauit, item grauabit, nam si hæc ratio procederet, malè faceret S. Consilium remittendo causam ad Magnam Curiam

riam, sed quemadmodum Sa-
68 crum Consilium remittit ad Magnam Curiam, ita Regia Audientia potest remittere ex potestate sibi attributa a Regia Pragmatica, quæ ordinat, quod non cognoscatur a Regia Audientia nisi de grauaminibus, sed causæ diffinitiuæ cognoscantur a Magna Curia, quæ non potest cognoscere de interloquutoriis, sed de diffinitiuis, & Regia Audientia de interloquutoriis, & hoc habet maximam rationem, quia per indirectum euacuatur totus sindicatus, nam procurant officiales sindicandi minimum grauamen, & postea occasione huius minimi grauaminis per eorum Collegas Iudices suspectos, & partes faciunt causas deuolui ad Magnam Curiam in maximum detrimentum pauperum, & aliarum miserabilium personarum, quæ fuerunt grauatæ ab officialibus, & non possunt postea causam prosequi ad ipsam Magnam Curiam Vicariæ.

Et nota vltimo, decreta, aut sententiam latam contra Sindicandum fore nulla, & nullam, si fuerint promulgata non per o-
69 mnes Syndicatores, & maximè sine Consilio Cōsultoris [Vrsill. ad decis. Afflicti primam nu. 6.] quæ decreta, & sententiæ, ac omnia acta debent scribi gratis, & sine expensis [Amedeus in tract. de Sindicatu nu. 219.] & sic vidi obseruari in syndicatu Auditoris Roccæ, qui obtinuit prouisionem contra Notarium Achillem Gerbasium fidelem Cancellarium nostræ fidelissimæ Ciuitatis, quod restituat ducatos 12. perceptos pro copia trāsmissionis actorum ad ipsam Magnam Curiam, ex causa allegata.

CAPVT SEPTIMVM.

§. 10.

Sequitur tractare de Officio Rationalium, & quid sit.

SVMMARIVM.

Rationales qui dicuntur, & vnde tale nomen fuerit acceptum num. 1.

Rationales quibus assimilentur nu. 2.

Syndici, & electi tenentur ad similitudinem Tutorum, & curatorum nu. 10. & 3.

Fortuitus casus Regimini non imputatur, & ibi tractatur quando tenentur de leui culpa, & quid est leuis culpa, & quomodo

priuil. conceſ. anno 1555. fol. 111.nu.11.& ater. nu. 32]

Item aduertant querelantes, quod contra officialem ſindicandum non poteſt ex vnico teſte iurari in ſupplementum pro-
59 bationis [Iaſon in l. 1. colum. 2.nu.7.verſ.& notate,& numero 12. verſ. quinto haberis C.vt omnes Iudices tam Ciuil. vel Crim.per tex.in l.ſiquis C.de offici. Iud.Bal.in l. nec quicquam §.proficiſci quæſt. x. ff. de offic. proconſul. & Plotus in repetit.l. ſi quando nu.634.C.vnde vi,] & ratio eſt, quia iuramentum ſuppletorium datur in cauſis modicis,& parui momenti vt [l. ad monendi C. de Iureiuran.] non autem in cauſis grauibus , & odioſis,vt eſt cauſa ſindicatus.

Item aduertant , quod aliquando ſolent officiales ſindicādi procurare per Suam Excellentiam prouiſionem,quod ſtent
60 ſindicatui per procuratores , & propterea in Ciuitate noſtra hæ prouiſiones non debent attendi, niſi ſit expreſſa mentio facta cum clauſula derogatoria noſtrorum priuilegionum de verbo ad verbum , vt habetur [per priuileg. Reginæ Ioannæ anno 1416.fol.12.nu.5.& Reg.Ferdinandi anno 1464. fol. 34. ater. nu.8.]

Item aduertant, quod ſi Princeps diſponat , quod Officiales non ſindicentur, intelligitur, niſi
61 deliquerint,& de his quæ ad eos peruenerunt, ne dicta prouiſio Principis ſit contra ius diuinum, vt dicit [Martinus Laudens. de official.quęſt. 82.] & propterea nota non eſſe veram illam doctrinam , quam aliqui Doct. dicunt, quod Officiales hodie non ſindicantur de conſuetudine niſi de furtis,& male ablatis , nam ſindicantur de omnibus , quæ ad eos peruenerunt,etiam ſine dolo, vt diximus.

Item aduertant, quod in cauſis ſindicatus , quia eſt duratura paruo tēpore proceditur tempore feſtiuo,etiam tempore Re-
62 ſurrectionis Domini Noſtri, vt dicit [Mart. in quæſt. 142.] & dantur termini proportionati inſtantiæ ſindicatus , nam cum Inſtantia duret viginti dies,propterea non dantur niſi duo dies ad probandum , & per hoc debent aduertere , quod habeant probationes promptuarias.

Videndum nunc reſtat de euentibus ſindicatus , & primo noto quod condemnatus in ſin-
63 dicatu non poterit amplius redire ad idem officium, ſeu aliud in eodem loco [Rouit. in d. prag.1.nu.51.]

Item noto , quod eſt deciſum per [prag. 7. de Sindic.official.] quod officiales omnes etiam poſt redditum ſindicatum , & obtentas literas liberatoriales poſſunt à quocumq; Tribunali inquiri etiam ex officio de male geſtis in officio,non tamen co-

gnitis

gnitis in sindicatu præstito.

Item noto, quod Præses non sindicatur per Syndicatores ele-
64 ctos ab Vniuersitate sed per Commissarium destinãdum per Suam Excellentiam, & in sindicatu prędicto proceditur, quemadmodum diximus in aliis [Rouit.in d.prag.1.nu.6.& Surgens in c.17.in fi.num.31.de Neap. Illustr.]

Item noto, quod Vniuersitates possunt reijcere officiales, si
65 non habent literas liberatoriales alterius officij, [l neminem C. de suscept.lib.x.& Bar. in l. rescripto §. debitores ff. de muner.] quemadmodum etiam potest ex aliis causis officialem non recipere, de quibus doctissimè [Capibl. in prag.5.nu.93. de Baronibus.]

Vltimo notandum est circa præcedentiam Syndicatorum, nam obseruatur quod inter nobilem, & Doctorem attenditur
66 tantum ætas, Tertio loco succedit Syndicator honoratorum, & nouissimus erit Syndicator Casalium, & sic obseruatur tam in sedendo, in scribendo, quam in omnib⁹ actibus,& in expediẽdis bannis, & prouisionibus obseruatur titulus ex prouisione Magnificorum Dominorũ Syndicatorum sine nominatione specifica, & hoc est declaratum per [decretum celebratum in sedili nostro anno 1550. fol. 143. ater.nu.2.]

Noto denique vnum circa interpretationem [pragmaticæ] quam vulgus vocat [delli 89. capi editam per Excellentissimum Comitem de Lemos Iuniorem sub die 31. Maij 1616. in cap. 43.] vbi ordinatur quod
67 circa grauamina detur appellatio in decretis interloquutoriis in causis sindicatus Auditorum ad Regiam Audientiam, in grauaminibus vero, & in causa diffinitiua detur appellatio ad Magnam Curiam Vicariæ, quæ pragmatica fuit malè intellecta, nam Regia Audientia, cum appellatur ab interloquutorio, dicit stantibus grauaminibus partes adeant Magnam Curiam, & sic hoc modo contra mentem Regiæ Pragmaticæ, quæ vult, quod causæ tantum diffinitiuæ videantur a Magna Curia, non autem interloquutoriæ, & per hoc deberent reuocare grauamina, & remittere causam ad Syndicatores, & hæc esset vera praxis, quæ oritur ex mente, & verbis Regiæ Pragmaticæ, neque in hoc adest repugnantia, nam videmus in Sacro Consilio ita etiam obseruari, quia remittit causam ad Magnam Curiam, quæ procedat non obstante grauamine illato, nec est vera ratio illorum, qui dicunt, quod qui semel grauauit, item grauabit, nam si hæc ratio procederet, malè faceret S.Consilium remittendo causam ad Magnam Curiam

tionis nu. 22.

Rationibus confusis, & intricatis minime est credendum nu. 23.

Liberatio quando debet retractari si ex eo resultat enormissima læsio nu. 24.

Regia Cammera Summariæ solet destinare Commissarios pro reuisione computorum etiam non data læsione. nu. 25.

Variatio, seu electio fori non operatur contra administratores quoslibet, qui non tenentur extra locum administrationis suos libros edere num. 26.

Rationales possunt absentem condemnare nu. 27.

Circa officium Rationalium est aduertēdū, quod Rationales generaliter dicuntur ij, qui rationes administrationis alicuius vident, discutiūt,
1 & calculant, & dicuntur a ratione, quæ est supputatio, calculus, vel expensa, vt dixit [Foller. in prag. 2. cap. 3. & 4. nu. 10. de administr. Vniuer.] & hi Rationales habuerunt nomē a Rationalibus de quibus fit mentio [in Const. Imperatorum,] & appellati sunt alio nomine Procuratores Cæsaris vt in [Rub. ff. de offic. Procur. Cæs. & l. ad fiscum C. vbi causæ fiscales & l. 4. C. de fundis rei priuatæ, & l. vlt. C. de Aduocatis fisci] in quibus locis aliquando vocantur Procuratores Cæsaris, aliquando Rationa-
2 les. Nunc videndum de officio Rationalium, & aduertendum est, quod Rationales Sindicorum, & Regiminis sunt similes Rationalibus, qui vident rationes tutorum, & Curatorum, nam vt diximus supra, Sindici, & Electi tenentur ad similitudinem tutorum, & Curatorum, Vnde si non fecerint ea, quæ facere debent secundum ea, quæ diximus supra, quando tractatum est de officio Sindicorum, & Electorum tenentur in omni eo, in quo læserint Vniuersitatem, & non solum debent rationem reddere de his quæ fecerunt, cum facere non deberent, sed de his quæ non fecerunt, cum facere deberent præstando dolum, & culpam, & quantam in suis rebus diligentiam [arg. tex. in l. 7. in princ. C. de testam. tutel. & l. 1. ff. de tute. actio.] Vnde si quid dolo, vel culpa Regiminis Ciuitas amisit, vel non acquisiuit, tenetur resarcire [l. 7. C. arbitr. tutel. & l. 4. ff. quando ex facto tutoris, & l. vlt. ff. de administr. tutor.]

3 Item tenentur si malè contraxerunt, vel prædia non idonea compararuerunt [l. 6. §. competit. ff. de administr. tutor. & l. 56. §. fi. ff. eo. tit.] Sic etiam si nomen Ciuitatis Regimine agere cessante desinit esse soluendo, aut etiam si condemnata Vniuersi-

uersitate non appellauit Regimen, dum haberet bonam causam [l. 11. C. de administr. tutor.]

Est tamen aduertendum, quod fortuitus casus Regimini non imputatur [l. 4. C. de periculo tutorum,] nisi culpa casum
4 præcessit [l. 3. C. eo. titu.] & tandem de omnibus tenetur Regimen, in quibus admisit saltim leuem culpam, vt supra diximus, & sic videndum esset, quid sit leuis culpa, & in quibus casibus quis excusetur a leui culpa, in quo tractatu [Bar. in l. quod nerua ff. depositi, & Bal. in l. quæ fortuitus C. de pignorat. act.] adduxerunt quandam doctrinam, quæ nullo modo practicari potest, nam dicunt leuem culpam esse, non adhibere eam diligentiam, quam diligens Paterfamilias est adhibiturus, & quando diffiniunt leuissimam culpam, dicunt, leuissima culpa est non adhibere eam diligentiam, quam diligentissimus Paterfamilias est adhibiturus, sed quis sit iste diligens Paterfamilias, & quis diligentissimus nullo modo explicant, sed relinquunt ad arbitrium Iudicis, & propterea esset
5 videndum clarè, in quo versetur hoc arbitrium Iudicis, & quomodo consideretur hæc leuis, & leuissima culpa, & propterea vt rectius procedamus, & detur doctrina clara, oportet videre omnes textus, qui faciunt mentionem de tali culpa, ex quibus verbis eam significent, nam vt dicit [Arist. i lib. Perihermenias] allegatus [a Reuer. Patre Lutio Garrasio,] cuius ego Auditor fui, modi significandi correspondent modis intelligendi, & modi intelligendi correspondēt modis essendi, ita vt ex modis significandi possunt colligi modi intelligendi, & ex modis intelligendi modi essendi, Verbi gratia, si significo hæredem, hoc nomine hæredis, & nomen hæredis dicitur ab hero, & herus dicitur Dominus, ergo per vocum modum significandi hæredis, significamus Dominum esse hæredem, & cum significamus hæredem esse Dominum, ergo per intellectum debemus intelligere Dominum, & si debemus intelligere Dominum, ergo est Dominus, & consequenter semper se habent per ordinem modus significandi, modus intelligendi, & modus essendi, primo [in l. 1. in princ. ff. de tutelæ actione] habentur hæc verba, tutorem præstare dolum, & culpam, &
6 quantam in suis rebus diligentiā, & [l. 7. C. ad arbitriū tutelę] habentur hæc verba, quicquid tutoris dolo, vel lata culpa, aut leui, seù curatoris minores amiserint, hoc in tutelæ, seù negotiorum gestorum vtile iudicium venire non est incerti iuris, & [in l. 32. in princ. ff. de administr. tutor.] ibi, a tutoribus, & cura-

toribus ea diligentia exigenda est circa administrationem rerum pupillarum, quam Paterfamilias rebus suis ex bona fide præbere debet, & [in l. 9. ff. eodem], ibi generaliter quotiescumque non fit nomine pupilli, quod quiuis Paterfamilias idoneus faceret, non videtur defendere,& [in l.6.§. competit ff. de administr. tutor.] ibi competit aduersus tutores tutelæ actio, si malè contraxerunt, si prædia non idonea comparauerunt per sordes,aut gratiam, quid ergo si neque sordidè, neque gratiosè, sed non bonam conditionem elegerint rectè quis dixerit solam latam negligentiam eos præstare, ac in parte debere, & [l. 56. §.fi.ff. eo. tit.] ibi Scæuola respondit, si scientes emerunt ab eo, qui in ea causa etiam obnoxius sententiæ priori esset, tutelæ iudicio eos teneri, hæc & non alia iura reperiuntur , quæ lo-
7 quuntur de culpa præstanda per tutores , & hæc omnia iura extenduntur ad materiam Sindicorum,& Electorum ex rationibus, vt supra expositis, nam tutores,& Curatores,& Sindici,ac Electi tenentur de eadem culpa scilicet leui , vt supra exposuimus, item sunt similes in officio
8 tutoris,& Curatoris, item officium Sindici, & Electorum dicitur munus Ciuile personale sine honore,vt dicunt omnes Doctores & præcipuè [Bar.in l. 1.C.de mulier. & in quo loco,et Iaf. et Barpalea in l.placet C.de Sacrosanctis Eccl.] in quibus locis tractatur materia munerum personalium, realium, et mixtorum,et approbatur talis comparatio, vidimus autem in omnibus legibus supra allegatis tutorem non teneri,nisi de diligentia tanta,quanta,in suis rebus vt in [l.1.ff.de acti.tute.] Item non teneri quando nihil faciunt sordidè,vel per gratiam, vt dicitur [in d.§.competit,] ergo leuis culpa nihil aliud est,nisi quędam culpa positiua , idest sine gradu comparationis, nam dicitur ad differentiam leuissimę culpæ,seu leuioris culpæ, et leuissima dici-
9 tur in superlatiuo gradu, et leuior in gradu comparatiuo, ergo leuis culpa excludit gradum comparatiuum, et gradum superlatiuum,et sic nihil aliud vult dicere leuis culpa, nisi id quod dixit Iurisconsultus [in l.1.ff.de actio.tute.] non adhibere in rebus pupilli eam diligentiam, quam solet adhibere in rebus suis, ita vt statimatque excluditur dolus, vel sordes, vel gratia, et res fiunt , et administrantur bona fide, et ea diligentia, qua solent vti in rebus suis nunquam tutores,vel Curatores, et administratores Reipublicæ ad aliquid teneantur, sed ad hoc vt teneantur,oportet probare, quod non adhibuerunt diligētiam solitā adhiberi in rebus propriis,

vel

vel aliquid fecerunt per sordes, vel gratiam, & in hoc consistit ius rationum reddendarum, nã statim ac probatur bona fides excluditur culpa, & per hoc potius debet ponderari bona fides in syndicando Regimine, quam paruus error [l. quamuis ff. de condit. & demonstr.] vbi dicitur impletam esse conditionẽ rationum reddendarũ, si redditæ sint rationes bona fide, licet in calculo sit erratũ, & dicit [glos. ibi] quod illud videtur bene factum, quod bona fide fit.

Viso de eo ad qđ tenetur Regimen, videndum est de officio Rationalium quomodo se debẽt habere, & dicendũ primo, quod possũt procedere summariè, debent tamen Rationales audire
11 Regimen in reuisione, & computatione, quod si sit significatum, vel condemnatũ, cogitur inuiolabiliter ad soluendum pecuniam, ad quam fuit condemnatũ, vel significatũ, & in tantum hoc est verum, quod exequitur
12 non obstante appellatione, seù reclamatione prestita fideiussione in casu retractationis, et tale priuilegiũ procedendi sũmariè spectat quoq; ad ipsũ Regimen, postquã fuit condemnatũ ad soluendũ, & soluit, nã potest instare reuideri ipsas litteras significatoriales ex eisdẽ actis nõ dato termino summariè, & de plano [de Frãch. decis. 147.] qđ si fuerit dictũ de nullitate apparẽte ex eisdẽ actis, aut prouenięte ex defectu iuris naturalis, puta citationis ad dicendũ, tunc non possunt exequi literæ executoriales [Amend. ad d. decis. de Franch.] citans [Afflict. decis. 283. in fi.] est tamen speciale in re frumentaria, vt possit per Rationales procedi absente eo cuius cõputa videntur, & contra ipsos sentẽtiare, & ipsos significare [l. 2. §. qđ
13 de frumentaria, & ibi glos. ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertin.] & nota quod quando Rationales sunt electi à Regia Camera Sũmariæ ipsi Rationales mandant exequi significatorias ꝑ eos expediras, secus vero si sint electi ab Vniuersitate, nã tunc debent implorare brachiũ Iudicis iurisdictionẽ habẽtis, qui mãdat exequi dictas significatorias, sicut exequũtur significatoriæ factæ ꝑ Rationales electos ab ipsa Regia Camera [Amendola ad decis. de Franch. 210. nu. 121. & seq.]

Itẽ nota, ꝙ Syndici, aut Regimẽ nõ possũt ad re Regiam Came-
14 rã pro reddenda ratione in Regia Camera ꝑ eorũ administratione, sed debent remitti ad locũ vbi administrauerunt [tot. tit. C. vbi ratiocinijs publicis, Bal. Sal. & oẽs DD. in l. 1. & 2. eod. tit. Canonistæ in c. Sacer totib. ne cler. vel Monac. Montan. in prag. 5. §. 12. nu. 18. de administ. Vniuer. & Amendola in d. decis. nu. 123.]

Itẽ nota qđ pro reuisione cõputorũ hodie obseruãt ꝑ ipsã R. C.

toribus ea diligentia exigenda est circa administrationem rerum pupillarum, quam Paterfamilias rebus suis ex bona fide præbere debet, & [in l. 9. ff. eodem] ibi generaliter quotiescumque non fit nomine pupilli, quod quiuis Paterfamilias idoneus faceret, non videtur defendere,& [in l.6.§. competit ff. de administr. tutor.] ibi competit aduersus tutores tutelæ actio, si malè contraxerunt, si prædia non idonea comparauerunt per sordes,aut gratiam, quid ergo si neque sordidè, neque gratiosè, sed non bonam conditionem elegerint rectè quis dixerit solam latam negligentiam eos præstare, ac in parte debere, & [l. 56. §.fi.ff. eo. tit.] ibi Scæuola respondit, si scientes emerunt ab eo, qui in ea causa etiam obnoxius sententiæ priori esset, tutelæ iudicio eos teneri, hæc & non alia iura reperiuntur, quæ lo-
7 quuntur de culpa præstanda per tutores, & hæc omnia iura extenduntur ad materiam Sindicorum,& Electorum ex rationibus, vt supra expositis, nam tutores,& Curatores,& Sindici,ac Electi tenentur de eadem culpa scilicet leui, vt supra exposuimus, item sunt similes in officio
8 tutoris,& Curatoris, item officium Sindici, & Electorum dicitur munus Ciuile personale sine honore,vt dicunt omnes Doctores & præcipuè [Bar.in l.1.C.de mulier. & in quo loco,et Iaf. et Barpalea in l.placet C.de Sacrosanctis Eccl.] in quibus locis tractatur materia munerum personalium, realium, et mixtorum,et approbatur talis comparatio, vidimus autem in omnibus legibus supra allegatis tutorem non teneri,nisi de diligentia tanta,quanta,in suis rebus vt in [l.1.ff.de acti.tute.] Item non teneri quando nihil faciunt fordidè,vel per gratiam, vt dicitur [in d.§.competit,] ergo leuis culpa nihil aliud est,nisi quędam culpa positiua, idest sine gradu comparationis, nam dicitur ad differentiam leuissimę culpæ,seu leuioris culpæ, et leuissima dici-
9 tur in superlatiuo gradu, et leuior in gradu comparatiuo, ergo leuis culpa excludit gradum comparatiuum, et gradum superlatiuum,et sic nihil aliud vult dicere leuis culpa, nisi id quod dixit Iurisconsultus [in l.1.ff.de actio.tute.] non adhibere in rebus pupilli eam diligentiam, quam solet adhibere in rebus suis, ita vt statimatque excluditur dolus, vel sordes, vel gratia, et res fiunt, et administrantur bona fide, et ea diligentia, qua solent vti in rebus suis nunquam tutores,vel Curatores, et administratores Reipublicæ ad aliquid tenentur, sed ad hoc vt teneantur,oportet probare, quod non adhibuerunt diligētiam solitā adhiberi in rebus propriis, vel

vel aliquid fecerunt per sordes, vel gratiam, & in hoc consistit ius rationum reddendarum, nã statim ac probatur bona fides excluditur culpa, & per hoc potius debet ponderari bona fides in syndicando Regimine, quam paruus error [l. quamuis ff. de condit. & demonstr.] vbi dicitur impletam esse conditioné rationum reddendarũ, si redditæ sint rationes bona fide, licet in calculo sit erratũ, & dicit [glos. ibi] quod illud videtur bene factum, quod bona fide fit.

Viso de eo ad qđ tenetur Regimen, videndum est de officio Rationalium quomodo se debẽt habere, & dicendũ primo, quod posſũt procedere summariè, debent tamen Rationales audire
11 Regimen in reuisione, & computatione, quod si sit significatum, vel condemnatũ, cogitur inuiolabiliter ad soluendum pecuniam, ad quam fuit condemnatũ, vel significatũ, & in tantum hoc est verum, quod exequitur
12 non obstante appellatione, seũ reclamatione prestita fideiussione in casu retractationis, et tale priuilegiũ procedendi sũmariè spectat quoq; ad ipsũ Regimen, postquã fuit condemnatũ ad soluendũ, & soluit, nã potest instare reuideri ipsas litteras significatoriales ex eisdẽ actis nõ dato termino summariè, & de plano [de Frãch. decis. 147.] qđ si fuerit dictũ de nullitate apparẽte ex eisdẽ actis, aut proueniẽte ex defectu iuris naturalis, puta citationis ad dicendũ, tunc non possunt exequi literæ executoriales [Amend. ad d. decis. de Franch.] citans [Afflict. decis. 283. in fi.] est tamen speciale in re frumentaria, vt possit per Rationales procedi absente eo cuius cõputa videntur, & contra ipsos sentẽtiare, & ipsos significare [l. 2. §. qđ
13 de frumentaria, & ibi glos. ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertin.] & nota quod quando Rationales sunt electi à Regia Camera Sũmariæ ipsi Rationales mandant exequi significatorias ꝑ eos expeditas, secus vero si sint electi ab Vniuersitate, nã tunc debent implorare brachiũ Iudicis iurisdictioné habẽtis, qui mãdat exequi dictas significatorias, sicut exequũtur significatoriæ factæ ꝑ Rationales electos ab ipsa Regia Camera [Amendola ad decis. de Franch. 210. nu. 121. & seq.]

Itẽ nota, ꝙ Syndici, aut Regimẽ nõ posſũt ad re Regiam Came-
14 rã pro reddenda ratione in Regia Camera ꝑ eorũ administratione, sed debent remitti ad locũ vbi administrauerunt [tot. tit. C. vbi ratiocinijs publicis, Bal. Sal. & oẽs DD. in l. 1. & 2. eod. tit. Canonistæ in c. Sacertotib. ne cler. vel Monac. Montan. in prag. 5. §. 12. nu. 18. de adminiſt. Vniuer. & Amendola in d. decis. nu. 123.]

Itẽ nota qđ pro reuisione cõputorũ hodie obseruaẽ ꝑ ipsã R. C.

quod ex ſignificatorijs ſoluũtur dietæ Cõmiſſarijs, verũ ſi nemo debitor apparet, petens Cõmiſſariũ ſoluit dietas [Aymon conſil 38.num.15.]& eadẽ ratione ſi accuſaretur aliquis de mala adminiſtratione,& colluſione cum Rationalibus, vel ſi de hoc eſſet publica fama, cũ in hoc caſu debeat adiri Regia Camera,& cõſequẽter expedire Cõmiſſarios, qui ſi inuenirẽt officiales Vniuerſitatis defraudaſſe, ipſos ſignificabũt,& ex dictis ſignificatorijs ſalariũ accipiunt, alias habebit ſumptus ab eis, qui petierunt Cõmiſſarios [Aymon conſ.15.]

Prӕterea eſt aduertendũ circa librum rationum,nam circa talẽ librum multæ poſſunt occurrere quæſtiones,& primo quęritur quas conditiones debeat habere dictus liber, ad hoc vt fidem faciat,& circa hoc arguũt [Doct.] ex libro rationũ Tutorum, nam debet habere eas conditiones, quas habet liber rationũ factus

16 à tutoribus, & Curatoribus, de quo [in l. 1.§.officio, & ibi gloſ. & Bald.ff.de tutelis, & ratio.diſtrah.] in quo libro debent ſcribi omnes partitæ exitus, & introitus,qui ſunt ita connexi, vt confeſſio introitus non præiudicet niſi acceptetur exitus, & è conuerſo[Franc.Marc.deciſ.60. par.1.& Auend.in 2.par.cap.10. num. 30. de exequend. mandatis Regijs.]

Item debet ipſe liber cõtinere data,& accepta cui,à quo, &

17 ex qua cauſa,& qua die, anno, & menſe nominatim, & ſingulariter,nam ſi hæc non fiant,non poteſt conuenienter reddi ratio adminiſtrationis [l.cõperimus, & ibi Bar.C. de nauicul. lib. 11. & l.2. §. quod de frumentaria in illis verbis ratio tamen adminiſtrationis ſecundum fidem acceptorum, & datorum ponatur ff. de adminiſtrat. rer. ad Ciuit. pertin.]& ſi perfectè omnia non ſcribantur præſumitur dolus, & locupletatio,niſi aliud doceatur, maximè ſi tẽpore quo fuit cępta adminiſtratio, adminiſtrantes erant pauperes, & tempore finitæ adminiſtrationis reperiantur diuites,vnde Rationales debent habere plures oculos, quos natura dedit videndo,reuidẽdo, & perlegendo non cum celerita-

18 te,ſed maturè,nec valet excuſatio communis Admiſtratorum dicẽtium amiſiſſe librum rationis, niſi probent,vt benè docuit [Loſæus 3.par. cap.vlt. num. 15. & ſeq.de iure Vniuerſitatis,tex. in l. ſi quis ex argentarijs §. penult.ff.de edendo, Roland. conſil.49. per totum vol.1. & Borgninus deciſ. 37. num. 10.] & ſi Regimen, ſeu Adminiſtratores tradito libro rationum poſtea ſe abſentent ſignum maximum prædæ eſt, vnde poſſunt ipſi Rationales ſine alio proceſſu ipſos condemnare, vt dicit [Paulus de Caſtro in l. 2. in fin. C. vbi

quis

quis de curiali,vel cohortali, & Losæus loco citato num. 21. & seq.]Item magnam præsumptionem habent contra se, si reperiantur tenere tempore officij depositi res Vniuersitatis vti possidentes ex iniusto, & furtiuo titulo[Ludouicus in l.principalibus,ff.si cert.petat.]

Secundo quæro ad quid teneatur Regimen nouum, si non exegerit pecuniam debitam à prædecessoribus, & dicendum
19 quod tenetur tantum ad quantitatem debitam, non autem ad pœnas, & vsuras [l.1.C. de periculo nominat. lib. 11. in verbo damna, & ibi Doctor.]

Tertio quęro infra quod tempus debet reddi ratio administrationis post depositum officium, & dicendum quod adest [Pragmat. 5.§. nono de administrat. Vniuers.] quæ ordinat,
20 quod infra decem dies, nisi adsit rationabile impedimentum, [vt in d.pragm §.12.] sed nunc videmus absque impedimento trãsire biennium, & decennium, sed quid dico decennium, imò statim reddunt computa, & aptant ita bene rationes, quod semper reperiuntur Administratores creditores, & nunquam aut rarò debitores,& bene adaptari possũt hæc carmina[Io.Mariæ Bernaudæ in libro la Zotica.

E quel, che vien di ruffa in raffa,
Se ne va di buffa in buffa.

Debitores autem reperti tenentur, & reputantur indocti,& ignari, sed apud Deum viri probi[Caualcanus decis.37. et Foller in d.pragm.5.§.9. num.30.] et propterea ad euitandum inconuenientia apud nos adest statutum speciale, vt in textu [infra in cap.14.] quod computa reddenda sunt à Rationalibus creatis ab ipso Regimine, quod creat duos rationales alterum nobilem,et alterum Popularem, qui videant computa cum interuentu Magnifici Aduocati Fiscalis,et ad præsens est peritissimus Alexander Rouitus, cuius eximiam integritatem, maximã scientiam, cęterasq; præclaras virtutes, quas arrharũ loco pro futuris laboribus animus demõstrauit in nonnullis doctissimis Cõmentarijs super Pragmaticis huius Regni, et nil mirum, cum sit filius Scipionis Magni Consiliarij, cui Genitor meus, et ego plurimum debemus,vel alterius Magnifici Officialis Regij, qui Officialis Regius in Vniuersitate habetur loco patris [l.2. in fi.C. de debitor.Ciuit.lib.11.]et sicut Pater curã habet filiorũ,ita officialis debet habere curã Ciuitatis,et videre an Ciues probè,vel improbè negotia Ciuitatis administrẽt[Guid.Papa decis.631. in 4.dub.]et hoc maximè,vt obuietur fraudibus,ne vulpina simplicitas comedat pecus [Bal. in cons.386.in fi.in 1.vol.[Imo officialis Regius supplet ex officio

in his,in quib.vertitur vtilitas publica,interest enim Reipublicæ, vt eius negotia bene administrētur,& Administratores eius malè gubernantes puniātur, vt sint alijs in exemplum [l.ita vulneratus in fin. ff. ad legem Aquil.] & nota quod Officialis Regius successit in locum Thesaurarij Calabriæ,ad quem spectabat interuenire in reuisione computorum ex ordinat. [Ducis Calabriæ anno 1476. nu.9. fol.46.& iterū in anno 1472.fol.26. n.8.]

Quarto quæro,an credatur in omnibus partitis libro,& dicendum eodem modo prout dicitur
21 in libro tutorum, nam si liber cōprobetur scripturis publicis, vel priuatis libris mercatorum, prout sunt in nostra Ciuitate,vel per medium Bāci, tunc in omnibus etiam in magnis quantitatibus pro dicto libro præsumitur donec probetur contrarium[Innoc.in cap.fraternitatis de hæreticis, & Bar. & Doctor. in l. si ex falsis de transaction.] & nota qđ in minutis erogationibus sufficit liber Administratorum cum iuramento[l.fin.§.in computatione,C.de iure deliberand.& Bart. in l.1.§.officio in 2.lect.ff.de tutel.& rati.distrah.]si cōtinet verisimilia [Crauetta in 1.par. in verbo quarto limitatur nu.35.] de antiq. tempor.]

Vltimo nota,quod si fuerint liberati Administratores non viso libro,qui ex consequentia actus
22 administratorij venit ostendendus[Bal.in rub.C.de exercitoria actione nu.12.vers. & ideo] cum nō dicatur legitima edita ratio, nō valet liberatio, imò Administratores dicuntur fuisse in dolo, & dolosę redditio rationis, & ei⁹ liberatio nullo modo valet [Afflict. decis.360.] & qui nō habet libros,videtur in dolo tamquam transgressor legū[Auend.in d.2. par.cap.10.nu.39.] etiamsi talis liberatio haberet plures renunciationes,& pęnę adiectiones de nō contraueniēdo, quia sunt ipso iure nullæ, & tanquam accessoriæ regulātur à principali, qđ nullo modo valet[gl.in l.1.§.fin. ff.si quid in fraudem patroni,l.fi. ff.de constit.pecun. & l.de bonis §.1.ff.ad l.falcid.]

23 Item si ostenderetur liber, & rationes pręcessissent tam intricatæ, vt non facilè possint intelligi,nā intricata ratio non est ratio,nec data videtur [l.cū seruus ff.de condit.& demonstr.& l.sūma cū ratione §.j.ff.de Peculio,] & nisi causa liberationis vera appareat,nō dicitur ratio reddita, sed quædā confusio, [l.cū plures §.in primis ff.de administ.tutor. Bal.in l.2.C. de nauicula.lib.11. & in rubr.C.de fide instrum.& l. fin.C.de edendo,Bart. in l.neminem, C. de susceptor. & arca. lib.10.] vbi dicit, quod si nominatim non constat, cui datum sit, & qua de causa, non poterit intelligi ratio, neque

valebit

valebit liberatio tamquam data super ignoratis [l. si cum tutoribus ff. de transact.] & cessante causa liberationis cessat quoque liberatio.

Item etiam potest retractari dicta liberatio, si ex ea resultet enormissima læsio, ex qua intel-
24 ligitur esse dolus [l. si de meis §. recepisse, & in l. sed etsi in serum §. si quis Iudex ff. de arbitris,] & vbi est enormitas, ibi resultat dolus [Bald. consf. 380.] maximè si per insidias, et persuasionem fuerit data liberatio [Corneus consil. 136. col. fin. et 258. lib. 4. Calcaneus consil. 11.] et cum præsumatur talis dolus ex enormissima læsione non valet liberatio facta, et potest retractari etiamsi ei renũciatum esset [Ant. de Butrio consf. 24. Soccin. consil. 24. vol. 1. Corneus consf. 288. vol. 3.] et quando dolus, et persuasio dolosa cum læsione concurrunt in liberatione facta, eo ipso est liberatio, et diffinitio nulla ipso iure, et semper potest peti, vt ratio de nouo reddatur.

Aduertẽdum est, quod Regia Camera solet destinare Cõmissarios pro reuisione computorũ
25 Vniuersitatum etiam nulla apparente læsione [Rouit. in dicta pragm. 5. num. 42. et seq.]

Aduertendum, quod variatio seù electio fori non operatur cõtra Administratores quoslibet, siuè sint tutores, siuè Administratores Reipublicæ ad finem
26 eos trahendi ad reddendam rationem extra locum administrationis gestæ, ibi enim est reddenda ratio, vbi administratio gesta fuit, & extra locũ administrationis nemo tenetur suos libros edere [Paschal. in 2. par. cap. 2. num. vlt. de patr. potest. et dixi supra num. 14.]

Aduertendum denique, quod Rationales possunt condemna-
27 re etiam aliquẽ ex Administratoribus absentem, [vt l. 1. ff. de administ. rer. ad Ciuit. pertinẽt. Ang. de Perusio in tract. de Syndicatu n. 6. et Doctor. in dicta l. 1.]

CAPVT SEPTIMVM.

§. 11.

In §. præcedenti dictum est de officio Rationalium, subijciamus nunc titulum de officio Assistentium Monasteriorum Monialium, et vnde habuit originem, quæq; ipsis incumbant.

SVMMARIVM.

Officium Assistentium vnde habuit originem, nu. 1.

Assistentes debent esse ætate graues, & Casti, nu. eod.

Assistentium officium circa quæ versetur, nu. eod.

Quot Assistentes creantur, nu. 2.
Moniales non acceptantur in nobilissimimis Monasterijs Virginum, & Sancta Claræ sine consensu Regiminis, nu. 3.
Assistentes quas prærogatiuas, & honores habent, nu. eod.
Apocrisiarij, qui dicantur, & qui bus assimilentur, nu. 4.
Officium Assistentium super quod versetur, nu. 5.

1 Nota quod officiũ Assistẽtium habuit originẽ ex [Nouella Constit. 133. §. et primum quidem,] vbi mandatur, vt portis Monasteriorũ assistant viri ætate graues, et casti, nec non omnium testimonio comprobati, et propterea vocantur Assistentes à verbo assistendi, et horum officium est tenere claues duarum portarum, scilicet vnius portæ, quæ est in parte exteriori, et alterius quę est in parte inferiori, et notandũ quod Reuerenda Abbatissa tenet etiam claues portarũ ex parte interiori, ita vt Abbatissa non possit portas aperire absq; Assistente, neq; Assistens absq; Abbatissa, et Assistens debet esse vti adscriptitius illi Monasterio ad aperiendum portas, vt possint intrare Medici, Physicus, et Chirurgicus, et aliæ personæ pro cõmoditatibus Monasterij, ad hoc vt non nascatur aliquod scandalum, et propterea semper cũ introducatur aliqua persona in Monasterio, associatur ab Assistẽtibus, vt omnia fiant honestè, et sine scandalo, et Assistentium officium in hoc consistit, nã circa alia negotia habent Monasteria suos Apocrisiarios, seu procuratores qui agunt omnia negotia Monasteriorũ, de quibus non se intromittunt Assistentes, [vt in d. nouell Cõstit. 133. §. illud quoq;] et nota quòd nostrum
2 Regimen particulare creat tres Assistentes duos nobiles, et vnũ popularem, qui popularis nunquam in quinq; Monasterijs monialium, quæ habemus, habuit exercitium, sed semper alternis mensibus Assistentes nobiles assistunt, et ferè semper eliguntur consanguinei Abbatissæ Monasterij, nam electio Abbatissæ fit mense Aprilis, et deinde mense Maij creantur Assistentes ad votum ipsius Abbatissæ, qui Assistentes solent approbari ab Archiepiscopo, et debent excedere quadraginta annos, et plus, vt in [dicta nouella Constit. 133. ibi viri ætate graues, et casti]
3 Nota tamen quod ad hoc, vt aliqua acceptetur in nobilissimis Monasterijs nũcupatis virginũ, et Sãctæ Claræ oportet interuenire consensus Regiminis, nam talia Monasteria fuerũt ædificata à Ciuitate, et nota quod Assistentes in solẽnitatibus festiuis in Vesperis, et Missarũ solẽnibus

habent

habent aliquos honores, nam dantur eis thūra,et pax cū intortijs accenſis tēpore Sanctiſsimi Corporis Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

Cœterum de his Aſsiſtētibus lōgiorem tractatum remittimus [ad Nouellam ſupradictam 133.
4 §.et primum] vbi etiam tractatur de Apocriſiarijs,qui negotia Monaſteriorum gerunt, et ſunt veluti Procuratores [dicta Nouella §. enim vero vſq; ad §. certè ſi quis.]

Officium quoq; Aſſiſtentium eſt proſpicere ijs,quæ faciunt ad vtilitatem, & honeſtatem monaſterij, & referre Illuſtriſsimo
5 Archiepiſcopo,ad quem ſpectat prouidere ſuper omnia [argum. eorum, quæ dicuntur in dicta Nouella per totam.]

CAPVT SEPTIMVM.

§. 12.

Sequitur de officio Aſsiſtentium Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Annunciationis, quid ſit, et locum quorum ſubſtineant,et omnia quæ diximus in materia Regiminis, procedunt in his.

SVMMARIVM.

Aſſiſtentes quot creantur à Regimine,& circa quæ verſentur, num.1.

Aſſiſtentes æquiparantur tutoribus, & curatoribus, num. eod. & num. 3.

Aſſiſtentes tenentur reddere rationes, nu.2. & 3.

Aſſiſtētes non poſſunt adminiſtrare ſine confectione Inuentarij num. eod.

Aſſiſtentium officium verſatur ex redditibus in dando alimenta, infantibus expoſitis, & auxilium infirmis, nu.3.

Aſſiſtentes coram quibus Iudicibus compelluntur pro adminiſtratione reddenda, nu.eod.

Quæ perſonæ non poſſunt eſſe Aſſiſtentes remiſſiuè, nu.5.

Officiales iuriſdictionis debēt ſummariè cognoſcere cauſas Hoſpitalis, nu. eod.

Hoſpitale noſtrum habet priuilegium nundinarum,ac adminiſtrationem iuſtitiæ in illis, & ad quem ſpectat portare vexillum, nu.5.

Adducitur cauſa compulſiua circa erectionem Hoſpitalis, nu. 6.

Solēt

SOlent creari à nostro Regimine tres Asſiſtētes duo nobiles,& alter popularis,qui aſ-
1 ſiſtunt Hoſpitali Sanctæ Mariæ Annunciatæ, & de eorum officio tractatur [in l.Orphanotrophos 30.C.de Epiſcop.& Cler.]vbi Imperator dicit eos ſubſtinere vicem tutorū, & curatorum, & de his etiam habetur [in nouella cōſtit.131. §.ſanè Orphanotrophos,]qui licet [in d l.30.§.fin.]dicantur liberi à ratiocinijs tutelaribus,ſeù curationibus,tamē per [Nouell. Conſtit.131.§.res vero, & 123. §.œconomus]tutelaribus,& curatorijs rationibus sūt obnoxij, & hoc noſtrum Hoſpitale habet eadem priuilegia,quæ habet Ec-
2 cleſia[d.Nouell. Conſtit.131.§. penult.Bald & Doctor. d.l. Orphanotrophos,l.3.§.ſed & ſi hęres ff.de minoribus,Bal.& Doct. in l.pupillorum C. de rep. hære. l.omnia priuilegia,& ibi Bar. & Doct.C.de Epiſc.& Cler.]& de his Aſsiſtentibus poſſunt dici ea omnia, quæ diximus in materia Regiminis,nam non poſſunt administrare ſine cōfectione inuentarij,& tenētur reddere rationes Rationalibus eligendis à noſtra Ciuitate [Anchar.conſ.316.in cauſa,Ruin. conſ.29. plura verſ. ſuper quarto vol 5.Plot.in repet. l.ſi quando nu.202. & ſeq.C.vndeui,]& tenentur iurare[Clem quia contingit de relig.domi. et Montanar. in pragm.2.nu.338. de adminiſtr.Vniuerſ.]

Nota,quod officium horū Aſſiſtentiū eſt exigere redditus ipſius Hoſpitalis, et expēdere ne-
3 ceſsitatibus eius,ſcilicet in operibus pijs, vt in dando alimenta infantibus expoſitis, itē in dādo auxilium infirmis,tàm circa medicamēta,quàm circa Medicos, et tenentur libros conficere rationū, et in fine rationē reddere [§.œconomos in Auth.de Sāctiſ. Epiſc.] diximus enim eos æquiparari Orphanotrophis,et tutoribus, et curatorib. dixit [Socc. conſ.46. vol.1.] et cum ipſi ſint ſeculares pro adminiſtratione reddenda compelluntur corā Iudice ſæculari[l.1.vbi omnes Doctor.C.de colleg.illic.]

4 An vero Religioſi, et Clerici deputari poſsint ad officium Hoſpitalis,vide [Mōtan.in prag. 2.nu.205.de adminiſt. Vniuer.] et cauſæ dicti Hoſpitalis sūmariè debent cognoſci[c.generi de reg.iur. in 6.et Bal.in l.vni.§.fin autem diſiunctim, C. de caducis tollendis.]

5 Vltimo eſt aduertendū, quod Hoſpitale noſtrū habet priuilegiū nundinarū à Philippo II.[in anno 1555.fol.109.nu.20.] quæ nundinæ incipiunt à feſtiuitate Sanctæ Mariæ Annunciatæ vſq; ad octauā inclusiuè, cum omnibus prerogatiuis,iuriſdictionib' gratijs,

gratiis,immunitatibus, libertatibus, & similibus, quæ habet Magister Iuratus in foro Magdalenæ, & omnes prouentus, & vtilitates spectant ad ipsum Hospitale,& Vexillum,seu Iurisdictionem nundinarum, habet Assistens senior, quando biennium spectat ad Nobiles, tertio verò anno spectat ad Popularem, quod vexillum accipitur intus Ecclesiam à manu Officialis Regij præsente toto Regimine, & aliis Nobilibus, & exiit à Ianua parua, & ingreditur per Ianuam Maiorem, & ponitur in fenestra, quo Vexillo posito administratur Iustitia per tres Assistentes cum interuentu Magnifici Consultoris, hodie sic seruatur, & in parte ordinat quoddam decretum latum a Regimine impressum inter nostra priuilegia [fol. 143. in anno 1556.]

Nota, quod Ciuitas nostra ordinauit dictum Hospitale ad nutriendos pueros publicè expositos, & ad conualescentiam
6 infirmorum, ne diuites compellêtur præstare eleemosinam pro ipsis [gl.in c.sicut ij 47.dist.] & propterea Regimen creat dictos Assistentes ad regendum dictum Hospitale, quia hic locus fuit erectus ab Vrbe nostra, vt dicit [de Ponte cons.18.latè,& Montanar.in d.prag. 2. nu. 204.] ex auctoritate glosæ in Auth.de Sãctiss.Episc.§. Sportularũ in verbo Aeconomis,vbi etiã] Bartolus,interest enim Reipublicæ,ne infirmi pauperes moriantur, quia sine pauperibus non est Ciuitas perfecta [l. secunda. ff. de nundin.]

CAPVT SEPTIMVM.

§. 13.

Explicatum fuit in Rubrica de statutis, quæ versantur circa conseruationem Pacis Reipublicæ, meritò Regimen nostrum creat Pacerios, quorum officium est procurare pacem inter Ciues.

SVMMARIVM.

Officium Paceriorum successit in locum Irenarcharum nu. 1.

Officium horum est procurare pacem inter Ciues nu. 2.

Quot Paceriÿ creantur a Regimine, & quot creantur à sedilibus Neapolitanis, & ibi adducuntur laudes ipsorum nu. 3.& seq.

Quando

Quando pax facta sub verbo, & fide Regia de non offendendo dicatur rupta; & *inter nobiles talis pax habetur tanquam remissio nu.* 5.

Diximus de his quæ pertinent ad conseruãdum Officium capitis, & cordis Reipublicæ in quibus consistit recti-
1 tudo, & vigor, sequitur nunc vt tractemus de his, quæ pertinent ad corpoream vim, quæ dependet a sanguine, cuius Principium est in Epate, quod consistit in dando corpoream vim toti corpori Reipublicę, conseruat enim totum corpus, & circa hoc sunt multi deputati, de quibus sigillatim declarabimus, & primo sunt Pacerij, qui successerunt in locum antiquorum Irenarcharum, de quibus habetur [in l. vn. C. de Irenarchis lib. 10. & in l. 18. §. 1. ff. de muner. & honor.]
2 horum enim officium erat procurare concordiam, & pacem inter Ciues, [AEgidius Columna in par. prima cap. 6. & cap. 13. lib. 3. & par. 2. cap. 3. de Regimine Principum, & par. 3. cap. 19.] & constituebantur ordine Præsidum Prouinciarum nominati a decurionibus, prout hodie Neapoli sunt sex sedilium appellati, qui differentias inter Nobiles ipsorum sedilium componunt, & mandata etiam faciunt, vt vnusquisque in sua domo permaneat, donec paciscantur, nec alius officialis superior se intromittit, dummodo non interuenerit sanguinis effusio, nec sic res scandolosa, quæ esset digna exemplari demonstratione, nam tunc spectat ad Proregem [de Ponte in tract. de Potest. Proreg. in rub. de prouis. fieri solit. nu. 6.] Vnde Regimen
3 nostrum ad imitationem ipsorum facit duos Nobiles de sedili, qui vocantur Pacerij, ad quos spectat facere concordiam inter Ciues, nam statim sequuta discordia tractant pacem, & quando recusant, adeunt Præsidem Prouinciæ, qui facit mandata, ne tales discedant a domo, & hi Pacerij sunt multum laudãdi, nam imitantur Christum, qui fuit author Pacis, & [S. Paulus dicit ad Thessalon. cap. 5.] Ipse autem Deus Pacis sanctificet vos; & [Matthæi in cap. 5.] docet Christus, quod Pacifici Filij Dei vocabuntur & [Paulus ad Ephes. cap. 2. inquit,] Ipse enim est Pax nostra, & veniens euangelizauit nobis pacẽ, & [Ioannis ca. 20.] idem Dominus ait, Pax vobis, nam ex pace oritur bonum regimen Reipublicæ, & [Psalm. 75.] in pace factus est locus eius, & [Diuus Gregor.] pudeat nos inquit, pacis mundo deferre, quam nobis, hinc descendens Christus reliquit, vnde si Prin-
4 ceps videat discordias inter Ciues,

-ues, debet eos ad pacem compellere [Bald. in l. congruit ff. de offic. Præsid.] quia nulla maior est virtus, quam in pace regere populos, vt ait [Seneca in 8. cap. 6.] & propterea non valet statutum prohibens concordiam, quia esset contrarium Sancto Euangelio, & legi [l. furti §. pactus ff. de infam. & Bald. ibi.] Hi tamen Pacerij non possunt cogere rixãtes, sed hortari ad faciendum pacẽ [l. quis ff. de vsufructu,] vt diximus supra.

5 Nota tamen quod facta pace non per hoc tollitur pœna, nam tunc esset contra ius [Bart. in l. Diuus Marcus ff. ad Syllan.] verũ inter nobiles talis pax habeatur tamquam remissio, & nouissimè per Comitem de Lemos Iuniorem fuit publicata [Pragmatica sub die 31. Maij 1616.] in qua statuit, quod Pax facta sub verbo, & fide Regia de non offendendo, si fuerit rupta, facit incurrere pœnam contentam in dicta Pragmatica.

CAPVT SEPTIMVM.

§. 14.

Latè tractatur materia Grasseriorum, & quam prudentiam debent habere in imponenda assisia, vna cum multis quæstionibus, & notabilibus vtilibus ad hanc materiam arduam secundum hodiernum diem.

SVMMARIVM.

Grasserij quomodo differunt a Deputatis pro comparando frumento, nu. 1.

Omnia, quæ pertinent ad vbertatem conseruandam, pertinent ad vtilitatem publicam principaliter, & inde possunt deduci argumenta in hac materia, num. 2.

Necessitas, & publica vtilitas principaliter æquiparantur, vbi etiam notatur in quibus consistat publica vtilitas principaliter, & quid in dubio debemus respondere, nu. 3. & 4.

Grasserius potest de facto projcere, & perdere merces corruptas in totum, vel in partes, nu. 5.

Tempore caristiæ potest quilibet de populo cogi ad vendendum subiectis pretio moderato, & potest cogere diuites ad mutuandam pecuniam, vt frumentum ematur, nu. 6.

Onus indicere pro modo substãtiæ cuiusque an possit, nu. 7.

Scrutationes an possint fieri, vt cõstet quæ quantitas frumenti sit in

1 Nota primo, differre officium Grasserij in Ciuitate nostra ab officio Deputatorũ pro frumento, nam Grasserij non habent talem auctoritatem, nisi tantum in assisia constituenda rebus comestibilibus, in quibus tamen de consuetudine, & solito apponi assisiam in omnibus rebus præter panem, nam iustum pondus in pane, seù assisiam ponit Syndicus, & totum Regimen, & ea quę pertinent ad comparandum frumentum, & conseruandum fiunt per Deputatos fruměti, & propterea dicendum separatim à nobis est de Deputatis frumentorum, & de his quæ pertinent ad officiũ Grasserij ex dictis [Ægydij Columnæ in p.2. lib.3. c.19. de Regimine Principum.]

Secundo nota, qđ ea, quæ pertinent ad vbertatem æquabilem conseruandam dicuntur pertine-
2 re ad vtilitatem publicã principaliter, vnde omn a ea iura, quæ sũt inducta pro iure publico cõseruãdo possunt applicari ad hãc materiam nostram, & [Doctor.] vsi sunt argumentis in hac materia deductis ex his, quæ pertinẽt ad utilitatẽ publicã principalř.

Tertio nota, qđ necessitas, & publica utilitas principalř æquiparãtur, ut dicit [Alex. in l. nepos
3 Proculo, 125. in addit. ad Bar. ff. de uerb. sign.] & per hoc ea, quæ

R dicun-

dicuntur in necessitate, habent etiam locum in his, quæ concernunt utilitatem publicam principaliter, & dicimus generaliter, quod necessitas non habet legẽ, unde uidẽdum in quibus casibus cõsideretur publica utilitas principaliter respectu Annonæ, item quos fauores habeãt tales casus, & dicimus pertinere ad Rẽpublicã quod principaliter uiuentes homines conseruentur [Bal. in l.fin.col.2. in princ. C. de nego. gest.] Item ne uendantur putridæ carnes, pisces corrupti, & cętera malè olentia, ut dicit [Ripa in tract. de peste num.146.]
4 & in dubio pronũciare debemus in fauorem harum causarum fauorabilium, unde [regula 21. incip. quoties dubia ff. de reg. iur.] dicit quoties dubia est interpretatio libertatis, secundum libertatem respondendum erit, [& l. in ambiguis 86. ff. eod.] in ambiguis pro dote respondere melius est, qđ si talis fauor debetur doti, in qua consistit publica vtilitas secũdaria, vt dicũt [DD. in l.j.ff.sol.matr.] tãto magis debemus hoc dicere in his, in quib⁹ consistit publica utilitas primario. Præterea quemadmodũ pars ordinatur ad totũ, & est propter totum, sic ius priuatum quod se habet ad ius publicum, tãquam pars ad totum debet cedere iuri publico, & ordinari ad ius publicum, ex quibus multæ decisiones possunt colligi.

5 Primo potest Grasserius proijcere, & perdere de facto merces corruptas [arg. l. cæteræ 4.§. mala ff. famil. ercisc.] & non solum quando in totum sunt corruptæ, sed etiam quando in parte, vel quando est mixtũ corruptum cum incorrupto, vt puta cera noua cum antiqua, nam tota cõcremabitur, & dabitur pauperibus [Angel. in l.1.C. de condit. in publ. hor. lib.10.]

Secundo tẽpore carestiæ quilibet de Populo cogitur ad vendendum subiectis, sed moderato pretio propter vtilitatem
6 publicam [l. si pendẽtes §. si quid Cloacarij, & ibi Angel. de vsufruct.] & hoc tempore si Vniuersitas caret pecunijs in communi, potest diuites cogere ad mutuandum pecuniam, vt frumentũ ematur, & postea pecuniæ reddantur, & hæc coactio potest fieri etiam per capturam personæ, & carcerationis nulla habita ratione personarum, & priuilegiorum, nam tunc silent omnia priuilegia, & loqui nõ debent tempore famis, & belli [Cicero officior. lib.2. l. pro tyronibus C. de priuileg. Aug. lib. 11. Gugliel. de Cuneo in l. neminem C. de Sacrosanct. Eccles. Plat. in l.1.C. de omni agro deserto lib.11. Ripa in tract. de peste in 2. par. versic. sextum num.162. & Cassan. in consuet. Burgund. rubr.1.§.4. nu. 48.] quod procedit etiam si isti diuites sint nobiles [Plat. in l.

vni-

vni C.vt nemini liceat lib.10.]&
compulſio ad mutuãdum debet
eſſe generalis, & non particula-
ris contra vnũ, vel duos vicinos
diuites [Bar.in l.nullus C. de Iu-
dæis,Luc. de Penna in l.1.C.de
quibus muner.lib.11. & de Põte
de poteſt.Proreg.in ſumm.tit.2.
de abundant.Ciuit. & Reg.nu.x.
7 & ſeq.]& ſi Ciuitas patiatur pe-
nuriam victualium, & commo-
ditatem emendi non habeat, po-
teſt indicere onus, vt quiſq; pro
modo ſuæ ſubſtantiæ frumentũ,
& ſpecies annonales emat, & il-
las in Ciuitatem vẽdat,vel vt pe-
cuniã mutuet, vnde ipſa frumen-
ta valeat comparare,ne tàm ipſi
quam pauperes fame pereant ob
publicas neceſſitates [de Ponte
8 loc. cit. num.6.& ſeq.]& vt con-
ſtet quæ vbertas frumenti ſit in
Ciuitate tẽpore neceſſitatis poſ-
ſunt fieri ſcrutationes, in quo a-
ctu ſeruãd' eſt ordo poſitus per
[Ripam in d. tract. de peſte §.6.
in 2. par.nu.158.] Poteſt etiam
9 cogere Ciues,vt vadat ad emen
dum frumentum in partes lon-
ginquas, vt dicit [de Ponte loc.
cit.nu.15.] & poteſt capere ani-
malia vi,cauſa aſportãdi frumẽ-
tum [de Ponte loc.cit.num.16.]
& dum offert Vniuerſitas pretiũ
ſtatutum, & moderatum poteſt
capere frumentum Clericorum
in neceſſitate ſine pœna excõmu-
nicationis [Viuius deciſ. 28.] &
habet Vniuerſitas prælationem
pro eodẽ pretio [Couar.var.reſol.
cap.14.num.3.lib.3.] & non ſo-
lum exiſtente neceſſitate,ſed etiã
pro publica vtilitate, vt Ciuitas
ſit abundans [Guid. Papa deciſ.
373. & Afflict. in prohęm. Con-
ſtit.3.quæſt.]& generaliter dicẽ-
dum, quod ratione publicæ vti-
10 litatis infringitur libertas,& ſer
uitus,quę ſunt prima iura perſo-
narum,quę regulariter non poſ-
ſunt infringi per habentes iuriſ-
dictionem,etiam per Regem, nã
dicimus,quod ea, quæ competũt
iure facultatis, ſeũ libertatis nõ
poſſunt infringi per bãna Baro-
num,& aliorum Superiorum, &
tamen ratione publicæ vtilitatis
hoc fit, & hoc non dicitur pro-
priè infringere libertatem, licet
[Paris de Puteo] vtatur hoc mo-
do loquendi [in tract de Syndic.
cap. de exceſsibus Baronũ verſ.
excedunt,] & allegat [text. in l.
Lucius ff.de euict.& l.item ſi ver
11 beratum ff de rei vendic.] nam
libertas nihil aliud eſt, niſi ipſa-
met voluntas libera, volũtas au-
tem libera nihil aliud eſt,niſi ap
petitus boni, ſed cũ bonũ pub li
cũ pręferatur bono priuato,& ſit
excellẽtius quã bonum priuatũ,
conſequenter dicendũ eſt,cũ ali-
quis adſtringatur ratione publi
cę vtilitatis ad vendendũ,vel ali-
quid faciendũ, qđ erat liberi ar-
bitrij non dicitur infringi eius li-
bertas,ſed potius adiuuari,nam
hoc caſu eſt quædam inſtigatio
ad bonum, quod naturaliter à
voluntate expetitur,licet à con-

cupiscentia carnis refugiatur, & quod diximus de libertate, potest etiam dici de seruitute eadem ratione,& sic ratione publicæ vtilitatis potest etiam infringi seruitus, [Iaf. in l.quo minus num.32. & 85. ff. de flumin.] & in hac materia possumus applicare exemplum naturale, nam uidemus, quod propter necessitatem totius corporis, seù utilitatem omnia membra laborāt, & uidemus,quod ad defendendū totum corpus,seù tuendum naturaliter aliquod membrum abscinditur,ut totum corpus conseruetur, & si hoc militat in cor-
12 pore naturali, ita etiam debet militare in corpore artificioso Reipublicæ, quod debet imitari corpus naturale quātum potest, nam ars, seù artificiale tāto meliora, quanto magis imitantur naturam,[ut l.si pater in fi. cum l.seq. ff. de adoptio. & Iurisconsultus in l. proponebatur, ff. de Iudic.]dicit Ciuitatem esse unam personam, seù unum hominem artificialem, & imaginatum, &
13 hinc resultant omnia priuilegia attributa publicæ utilitati, de quib' latè [Hyppol.in sua pract. crimin. in §. attingam] & propterea hinc resultat quod cum Ecclesia,& Ecclesiasticæ personę dicantur membra huius corporis, consequenter statuta facta
14 per Vniuersitatem ratione conseruationis publicæ propter necessitatem frumentorum debent seruari per Ecclesiasticas personas [Couar.honor,et decus nostrum uariar. resol. cap.3. lib.2. & latè Osascus decis.181.] talis autem obseruatio, non ex ui legis ciuilis,sed naturalis,uel diuinæ,uel canonicæ, ex [Alphon. de Castro lib.1. de potest. legis pęnalis cap. ultimo, Victor. in relect.de potest.Eccles.quæst.ultima, Emanuel Rodriquez to.1. c.196.q.reg. Card. Bellar. to.2. lib.1. de Cleric. cap.28.] unde adstringuntur tamen per eorum Superiores Ecclesiasticos, [. de Franch.decis. 380. & decis.9. et
15 Viuius decis.28.] et hac ratione p publica utilitate proclamātur bāna, ut Ciues reuelēt frumēta, quæ colligerent, ut possit uideri si ea sufficiunt,& in domibus suspectis manu militari horrea pscrutātur[Frāc.Marc.decis.230. & 40.] & pro publica utilitate mādatur Ciuibus, et uasallis,ut
16 non in priuato, sed in communi foro uictualia uendant [Petra de potest.Princip.nu.17.fol.65.] & ex his possunt induci oēs quęstiones similes, quid potest fieri,uel nō fieri tpe sterilitatis, sed sēper aduertat,qp ipsa statuta licet possint fieri ab Vniuersitate,et obligent quoad effectū oēs subditos, seù de corpore Vniuersitatis nō tn possūt adijci pęnæ,uel mulctę,
17 nisi ab habente iurisdictionē,uñ ad hoc,ut habeant ualorē,quoad pęnas debēt adire officiales habētes iurisdictionē,et cōtra clericos officia-

officiales Eccles. arg.eorum quæ dicit [Ias. in l.oës populi nu.34. & seq.ff.de iust.& iure, & Rolãd. à Valle cons.99.nu.3.& 20.vol.2
18 & cum tractetur de iure publico, & diximus supra omnia interpretãda in fauorem publicũ, debent talia statuta interpretari secundum id,quod melius est publico fauore,nam vtilitas publica iuuanda est interpretatione, [Gramm.decis.12. num.19. de Franch. decis.723. num.16. de Ponte cons.15. num.8.tom.2. & de Potest.Proreg.tit.5.de tractis num. 10. & Valenz. consil. 99. num.33.]
19 Nunc videamus,quæ remedia opportuna possunt inueniri ad conseruandam vbertatem,& annonam,& primo perspiciendum est quid sit annona, & quæ sint causæ, quæ causant sterilitatem, & quæ causant vbertatem, secundo de remedijs contra fraudantes,& quæ debẽt aduertere Grasserij, ne fraudetur assisia per eos posita, nam multoties ponunt Grasserij assisiam, & aliqui fraudãt dictam assisiam vel in ponderibus, & mensuris veluti Tabernarij, qui solent vẽdere tunninam cum bilancia,seu statera non perforata, quo casu non vendunt ad iuxtam mensuram,quia vendunt aquam salatã cum illis excremẽtis, quæ ponũtur in bilancia ad onerandam bilanciam,Tertio quas considerationes debent habere Grasserij, vt assisia sit iusta, & quam potestatem habent,& ad hoc vt ordinatè more nostro procedamus videndum sigillatim de his fraudibus,quæ solent à quibusdam committi.

Nunc igitur alio sumpto initio sequendo ordinem propositũ explicandum est primo quid sit
20 Annona, & Annona est fertilitas, vel sterilitas anni deducto nomine ab anno,& vulgò dicitur *Annata*,& trãsfertur ad victum, idest ad res victuales, vel annales,vel diurnales, vnde annona dicitur quidquid alicui datur,vel ipse sibi comparat victus causa, quod si ad diurnalem victũ erogatur, dicitur vulgo ratio, si ad annalem dicitur munitio,& prouisio, [vt toto tit. C.de annonis Ciuil.lib.10.& ibi Luc.de Pen.& Surgens in cap. 24. num. 1. de Neap.Illustr.]

Secundo sciẽdum est, quæ veniant appellatione annonæ ad hoc,vt sciamus, quæ statuta possint fieri propter annonam ab eo, qui habet potestatem in annona,nam talis potestas limitatur ratione annonæ, & quidem ad sciendum, quæ veniunt appellatione annonæ videre oportet [Fulgos.in cõs.160.Minadois decis.23. & Annam singul.228.] relatos [à Surgẽte in d.loc.n.24.]
21 & primo possumus dicere, qđ ad Annonam pertinet id, qđ dicitur in Sacra Scriptura de frumento,vino, & oleo [in Psal.4.]

à fructu frumenti, vini, & olei multiplicati sunt, nam cum vellet Dominus noster Iesus Christus inducere Sacramentum ad alimoniam spiritualem illud significauit per panem, & vinum, & cum voluit inducere Sacramẽtum ad inducendam etiam sanitatem, & corporis salutem, illud significauit per oleum, & sic in his tribus consistit principaliter annona, in alijs verò rebus secundariò, nam non sunt tam publicę necessariæ, est etiam necessaria caro, & propterea pertinet ad officium Grasseriorũ cura carnis, vt iusto pretio præbeatur, [l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. pręfect.] & potest dici Grasserius in hac parte habere officium Præfecti Vrbis, ad quem antiquitus spectabat cura carnis, vt iusto pretio pręberetur, [vt in d. l. 1. §. cura carnis.]

Sequitur videre de causis, quę causant vbertatẽ, & quæ causant sterilitatem, & quia potissima
22 causa causatiua vbertatis est agricultura, propterea multum fauendum est Agricolis, & pręcipuè esset prouidendum, vt Agricultores venderent victualia in grosso, & nõ minutatim, ne dum, diù morantur in Ciuitate minutatim vendendo damnum sequatur in agricultura [Plat. in l. colonos, C. de agricol. & censit. lib. 11.] & sæpè in grosso permittitur, quod minutatim non esset tam vtile [glos. in l. 2. C. quando, & quibus quar. pars debe. lib. x. eadem ratione remittuntur Rusticis, & Agricultoribus scrupulosè subtilitates iuris, nedum vagantur per Ciuitatem quærẽdo consilium à iuris peritis, deserant agriculturam, & propterea in testamentis permittitur eis testari cum quinque testibus quia parui testes reperiuntur, quod procedit tam in testamentis in scriptis, quam in nuncupatiuis [l. fin. C. de testam.] vbi ita dicunt [Bald. & Salyc.] nam interest Reipublicæ ne agrorum cultura deseratur, sed Rustici agrorum cultura sedulò vacent [l. 1. C. de Colonis fund. patrimonial. lib 11. & l. 1. C. de agricol. & censit. lib. 11.] & propterea statutum fuit, ne Rustici à rusticanis operibus distrahantur, & ne ad vllum obsequium deuocentur [l. 1. & per totam C. ne rustici ad vllum obseq. lib. 11.] Item statutum fuit, ne creditores possint accipere pignori, boues, & alia instrumenta agriculturę, [vt in l. exequutores, & Auth. agricultores C. quę res pignori oblig. possunt,] multa alia sunt priuilegia agriculturæ ad fauorem publicũ inducta, de quibus per [Doct. & Luc. de Penn. in l. 1. C. de agric. & censit. lib. 11. & Campagna latè in c. Reg. 4. de Bobus aratorijs non pignor. nec capiend. num. 9. & seq. & in cap. Reg. 156. & latè per Rip. in trac. de peste vers. Accedo num. 171. cum pluribus

ribus

ribus sequentibus, fol. 73.]

Secundo debet prouidere cōtra ementes frumentū, vt reuendant,& sic potest statui ne forensesemant victualia donec transeat hora certa,& interim Ciues possunt emere, nam cessantibus emptoribus vilescit pretium, & cum Ciues portent onus Reipublicæ debent habere commodū [Plat.in l.septem diebus C. de erogat.milit.ann.lib.11]& maximè hoc faciendum est contra istos Recatterios, quorū officiū sordidum,& satis exosum est, vt dicit Luc. de Penn. in l.maximarum C.de excus. muner.lib.10.] & prius cauendum est vtilitati publicæ loci,& Ciuium, quam exterorum,& ob id debet statui, ne extrahantur victualia à loco, in quo fuerunt nata, nisi prius constet esse abundantiam in proprio loco, quamobrem concessiones quæ fiunt, vt frumentum possit exportari extra Regnum in alijs tamen Regnis fœderatis, limitari debent, vt prius prouideatur, vt sit abundantia in Regno vnde extrahuntur, cuius publicæ vtilitati prius prouidendū est, nam prima charitas incipit à se ipso[Plat.in l.si quis per diuinum C. de aquæ ductu lib.11.]

23

Tertio debent prouidere contra uendētes carius, quam taxatum est alimenta tempore careśtiæ, & debet contra eos procedi veluti cōtra Pacis violatores, vt notat [Alberic. in l.qui metu §.miles ff.de re milit.& Oinotò. in §.14.Inst, de public.iudicijs.]

24

Quarto tempore penuriæ panis Administratores Reipublicę debent statuere quantum panis cocti debeat vendi singulis diebus Ciuitati, & per listam, seruata tamen distributionis æqualitate per text. [in l.prouidendū C.de postul.& l.1. C.de frumen. Vrb.Constant. lib.11.]

Quinto tempore carestiæ ad hoc, vt ciuitas minus perdat debet misceri frumentum vetus, licet corruptum cum nouo, vel vetus,et corruptum per Ciuitatem distribui [de Pōte loc.cit.in tit.de abund.Ciui.et Reg.n.17.]

25

Sexto mercatores sunt necessarij ad conseruandam vbertatē qui conducunt frumentum nauibus ab exteris Regnis,et propterea tales debēt fauoribus prosequi, neque angarijs molestari, vt dicit[Plato in libro de Rep.et in l.1. ff. de nundinis, Surgens in d.cap.24.num.25.et seq.]Vnde valet statutū factum à Regimine, quod deferentes comestibilia sint immunes à gabellis ob publicam vtilitatem, dummodò gabellæ exigantur per aliquem Deputatum Vniuersitatis[Bar.in l.omnes populi num.16.ff.de iustit.et iure] secus verò si gabellę forent alicuius particularis veluti locatæ alicui Ciui per ipsum Regimen[Bar.in l.toties §.si cui ff.de pollicitat. et d.l.omnes populi nu.53. et non obstat [l.vē-

à fructu frumenti, vini, & olei multiplicati sunt, nam cum vellet Dominus noster Iesus Christus inducere Sacramentum ad alimoniam spiritualem illud significauit per panem, & vinum, & cum voluit inducere Sacramẽtum ad inducendam etiam sanitatem, & corporis salutem, illud significauit per oleum, & sic in his tribus consistit principaliter annona, in alijs verò rebus secundariò, nam non sunt tam publicę necessariæ, est etiam necessaria caro, & propterea pertinet ad officium Grasseriorũ cura carnis, vt iusto pretio præbeatur, [l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. pręfect.] & potest dici Grasserius in hac parte habere officium Præfecti Vrbis, ad quem antiquitus spectabat cura carnis, vt iusto pretio pręberetur, [vt in d. l. 1. §. cura carnis.]

Sequitur videre de causis, quę causant vbertatẽ, & quæ causant sterilitatem, & quia potissima
22 causa causatiua vbertatis est agricultura, propterea multum fauendum est Agricolis, & pręcipuè esset prouidendum, vt Agricultores venderent victualia in grosso, & nõ minutatim, ne dum, diù morantur in Ciuitate minutatim vendendo damnum sequatur in agricultura [Plat. in l. colonos, C. de agricol. & censit. lib. 11.] & sæpè in grosso permittitur, quod minutatim non esset tam vtile [glos. in l. 2. C. quando, & quibus quar. pars debe. lib. x. eadem ratione remittuntur Rusticis, & Agricultoribus scrupulosè subtilitates iuris, nedum vagantur per Ciuitatem quærẽdo consilium à iuris peritis, deserant agriculturam, & propterea in testamentis permittitur eis testari cum quinque testibus quia parui testes reperiuntur, quod procedit tam in testamentis in scriptis, quam in nuncupatiuis [l. fin. C. de testam.] vbi ita dicunt [Bald. & Salyc.] nam interest Reipublicæ ne agrorum cultura deseratur, sed Rustici agrorum cultura sedulò vacent [l. 1. C. de Colonis fund. patrimonial. lib 11. & l. 1. C. de agricol. & censit. lib. 11.] & propterea statutum fuit, ne Rustici à rusticanis operibus distrahantur, & ne ad vllum obsequium deuocentur [l. 1. & per totam C. ne rustici ad vllum obseq. lib. 11.] Item statutum fuit, ne creditores possint accipere pignori, boues, & alia instrumenta agriculturę, [vt in l. exequutores, & Auth. agricultores C. quę res pignori oblig. possunt,] multa alia sunt priuilegia agriculturæ ad fauorem publicũ inducta, de quibus per [Doct. & Luc. de Penn. in l. 1. C. de agric. & censit. lib. 11. & Campagna latè in c. Reg. 4. de Bobus aratorijs non pignor. nec capiend. num. 9. & seq. & in cap. Reg. 156. & latè per Rip. in trac. de peste vers. Accedo num. 171. cum pluri-

ribus

ribus sequentibus, fol. 73.]

Secundo debẽt prouidere cõtra ementes frumentũ, vt reuendant,& sic potest statui ne foren
23 ses emant victualia donec transeat hora certa,& interim Ciues possunt emere, nam cessantibus emptoribus vilescit pretium, & cum Ciues portent onus Reipublicæ debent habere commodũ [Plat.in l.septem diebus C. de erogat.milit.ann.lib.11]& maximè hoc faciendum est contra istos Recatterios, quorũ officiũ sordidum,& satis exosum est, vt dicit Luc. de Penn. in l.maximarum C.de excus. muner.lib.10.] & prius cauendum est vtilitati publicæ loci,& Ciuium, quam exterorum,& ob id debet statui, ne extrahantur victualia à loco, in quo fuerunt nata, nisi prius constet esse abundantiam in proprio loco, quamobrem concessiones quæ fiunt, vt frumentum posit exportari extra Regnum in alijs tamen Regnis fœderatis, limitari debent, vt prius prouideatur, vt sit abundantia in Regno vnde extrahuntur,cuius publicæ vtilitati prius prouidendũ est,nam prima charitas incipit à se ipso[Plat.in l.si quis per diuinum C. de aquæ ductu lib.11.]

Tertio debent prouidere contra uendẽtes carius,quam taxatum est alimenta tempore care-
24 stiæ, & debet contra eos procedi veluti cõtra Pacis violatores, vt notat [Alberic. in l.qui metu §.miles ff.de re milit.& Oinotò. in §.14.Inst, de public.iudicijs.]

Quarto tempore penuriæ panis Administratores Reipublicę debent statuere quantum panis cocti debeat vendi singulis diebus Ciuitati, & per listam, seruata tamen distributionis æqualitate per text. [in l.prouidendũ C.de postul.& l.1. C.de frumen. Vrb.Constant. lib.11.]

Quinto tempore carestiæ ad hoc,vt ciuitas minus perdat debet misceri frumentum vetus,
25 licet corruptum cum nouo, vel vetus,et corruptum per Ciuitatem distribui [de Põte loc.cit.in tit.de abund.Ciui.et Reg.n.17.]

Sexto mercatores sunt necessarij ad conseruandam vbertatẽ qui conducunt frumentum nauibus ab exteris Regnis,et propterea tales debẽt fauoribus prosequi, neque angarijs molestari, vt dicit[Plato in libro de Rep.et in l.1. ff. de nundinis,Surgens in d.cap.24.num.25.et seq.]Vnde valet statutũ factum à Regimine, quod deferentes comestibilia sint immunes à gabellis ob publicam vtilitatem, dummodò gabellæ exigantur per aliquem Deputatum Vniuersitatis[Bar.in l.omnes populi num.16.ff.de iustit.et iure] secus verò si gabellę forent alicuius particularis veluti locatæ alicui Ciui per ipsum Regimen[Bar.in l.toties §.si cui ff.de pollicitat. et d.l.omnes populi nu.53. et non obstat [l.vẽ-

ditor §.si constat, et ibi Bald. in in fin.ff.communia prędior.] qui dicit, quod populus potest statuere ob publicam vtilitatem in præiudicium tertij, nã illi tenetur damnum resarcire, quam ob rem statutum factum à Ciuitate Neapolis, quod deferentes comestibilia eidem Ciuitati, et habentes litteras ab electis ipsius, sint immunes ab omnibus gabellis, valet, excepta gabella, quæ vocatur *del buon d. n. ro*, vti spectantem ad Regiam Curiam, [vt per pragm. 1. de Annona.]

Quoad autem causas causantes sterilitatem est aduertendũ, qđ potissima ratio causans sterilitatē est mala administratio,
26 et confusio, vt dicit [de Ponte in tit. de abund. Ciuit. et Reg. nu. 20. et in l. 1. C. de frument. Vrb. Constantinop. lib. 11. Cassiadorus variar. lib. 1. Epist. 35.] qui dicit inopiam non tàm à sterilitate temporis, quàm à negligentia matre natam esse, ex qua peccata oriuntur, nam penuria est causa peccandi, et multa delicta fiunt tempore penuriæ propter necessitatem, vt per eundē [Cassiador. lib. 9. cap. 14.] idcircò à Regimine creātur Deputati frumentorum, qui solent esse duo, aut quatuor nobiles, et populares, et aliquãdo mittit Regimen personas in partes remotas ad emendum frumentum, et hi Deputati propter publicam necessitatem non possunt se excusare etiamsi forent personæ priuilegiatæ [Plate. in l. 1. C. vt nemini liceat in emptione speciei lib. x.] et potest Regimen pro ducendo frumento accipere nauem, vel plaustra in vitis Dominis [Ripa de peste in §. de remedijs præseruatiuis num. 121.] & potest taxare salarium dictis Ciuibus missis ad emendum frumentũ absq; licentia Principis, vt dicit [Montanar. in pragm. j. num. 12. de administrat. Vniuers.]

Sed quæritur, an Regimen possit recipere pecuniã mutuo pro dicta causa absque licentia Pro-
27 regis, ita vt cõtractus sit nullus, et Domini possint repetere pecuniam datã ex tali causa, [et Capiblan. in pragmat. 1. num. 178. versic. sed non prętermittam vsque ad num. 182. circa finem de Baron.] latè disputat quæstionē nostram, et tandem concludit propter ipsam [Regiã Pragmaticam primam de Baron.] non posse hoc fieri, et hoc ne quicquàm excogitetur in fraudem, et ob id ne fraus fiat nõ potest fieri aliquid etiam in vtilitatem publicam, et stante statuto dictæ [Regiæ Pragmaticæ,] etiã prętium amitti à Dominis, vt latè ibi per eum, et sic patet timorem fraudis præualere publicæ vtilitati in dubio, et sic in casu prædicto debere interuenire Regium Assensum, ne fraus fiat.

Cęterum multa concernentia vbertatem Annonæ, et eius confer-

seruationem explicat concinnè
28 [Ripa in d.tract.de peste par.3. tit. de remedijs ad conseruandā vbertatē, & exquisitissimè Martinus Coler. de alimentis lib.1. c.17.per totum,]vbi videre poteritis amplam materiam, non enim expedit aliorum dicta recensere.

Nunc videndum de remedijs, quæ debent adhibere Grasserij, ne fraudetur assisia, & contra alios fraudatores in emendo, & vendendo victualia.

Primo itaq; debent aduertere Grasserij, nā multoties datur ab eis assisia, vt non possit vendi
29 verbigratia vinum, nisi sex denarijs ad folietta, modo Tabernarius addidit aliquid vltra foliettam, & vult plusquam sex denarijs propter illam adiectionē, certè hæc est fraus, nam non debuit vendere cum illa adiectione sua arbitrariè, sed debet obseruare assisiam, nam illa additio non est digna illo pretio addito, & sic præsumitur fraus [l. si libertus, ff. de iurepatronat.] & nota statuta semper debere interpretari strictè, cum sint stricti iuris, vt diximus in rubrica, vnde statutum prohibens vinum portari extra districtum non censetur prohibere portari acetum, [Bal. in l. cum conuenit C. de periculo, et commodo rei vendi.] potest tamen fieri extensio horum statutorum etiam pœnalium, et correctiuorum, quando si non fieret extensio sequeretur absurdus intellectus, vel statutum fieri delusorium, vel fieret fraus ipsi statuto, vt dicunt [Bar. Ripa, et Doctor. in l. si constante in 9. quæst. ff. solut. matrim.]

Item statutum inductum ob publicam vtilitatem fauore ipsius publicæ vtilitatis, seù neces-
30 sitatis debet etiam extendi ex identitate, vel maioritate rationis, item quando statutum habet rationem expressam, vel non potest reddi, nisi vnica ratio, potest etiam extendi ex identitate rationis, vt dicit [Bar. et Ripa in dicta l. si constante in 9. quæst.] ex qua resolutione possunt decidi omnes quæstiones, quæ fieri possunt circa statuta facta ad cōseruandam vbertatem, & ad euitandas fraudes, vnde primo si statuto cauetur, quod frumentū non potest vendi extraneis, debitor non potest soluere creditori suo frumentum, quod debet, vt dicit [Alberic. in tract. de statutis in 2. par. quæst. 209.]

Item statuto cauetur, quod victualia non exportentur extra Ciuitatem sub pœna amissionis
31 ipsarum rerum, & animalium super quibus conducerentur, forēsis ligabitur pęna statuti [arg. l.1.C. de Summa Trinit. & fide Catthol. & ibi Alberic.] nam de iure subditus est, nam ibi sortitur forum ratione delicti, ergò tenetur seruare statutum [l.3. in fin. ff. de offic. Præsidis,] tāto magis,

gis, quia talia statuta sunt communiter in omnib' locis, & perdentur animalia, si erant conducentis, secus si essent sibi comodata, vel conducta, nam tunc Dominus, qui non est in culpa, ea non perderet [l. cotem ferro §. Dominus, ff. de public.] & hoc nisi probaretur de scientia Domini, qui sciret super eis debere conduci res vetitas [d. §. Dominus] super scientia tamen, & ignorantia stabitur iuramento Domini [Alberic. loc. cit. in q. 2. in 2. par.]

32 Item ratio publicæ vtilitatis in annona facit, vt quælibet persona possit accusare etiam aliàs prohibita accusare, vt persona famosa, mulier, & milites, sic etiã seruus potest accusare Dominũ, [vt l. 1. ff. ad l. Iul. de annona, & l. 13. ff. de accusat.] hæc generaliter dicta sunt de statutis interpretandis emanatis pro annona, & ad euitandas fraudes, nunc videamus aliqua remedia specialia, vt proposuimus contra speciales personas fraudes committentes in uictualibus, & assisia.

Primo fraudem committunt vendentes vnam rem pro alia, vt Tabernarij vinum albũ, aut so-
33 phisticum vendunt pro muscatello, & Sartores qui ponunt lanam in thoracibus loco bombicis, & similia, & hi debent puniri tamquam fraudantes, [vt dicit Bald. in l. non dubium col. 5. C. de legibus, & Apostill. ad Angel. de malefic. in par. mendax in princ.] nec non contra istos habet locum pœna stellionatus, vt dicit [Bart. in l. 2. C. de murileg. lib. 10.] sic etiam puniri debent, qui in tritico miscent auenam, vel hordeum, aut in hordeo paleam, & puluim, constito, quod de industria fuerit mixtum, sic si quis aquam in lana, vel iuxta lanam posuerit, vt dicit [Angel. in l. Annonam, ff. de extraordin. crimin.] sic etiam vendens vinũ mixtum potest puniri, & adhuc
34 vinum effundi, & ne fiat vinum acerbum, potest ordinari, ne colligatur vindemia, nisi certo tempore [Cæpoll. in tract. de seruitut. rusticor. prædio. cap. de messe, & vindemia,] nam omnis occasio fraudis euitanda est à Iudicibus [l. vni. §. sed ne C. de lati. liber. toll.] & cum ficus adogliatæ non sunt similes fichibus ve-
35 ris, & pisces capti per taxum, vel alias herbas mortiferas, cum soleant esse nociui, & eorum pastu homines infirmentur, debent Grasserij aduertere, ne vendantur, [Isern. in Constit. Regni, cap. de venditore veneni lib. 3. Afflic. in Constit. qui cum toxicum, & perbellè Carraba in sing. 194.]
36 Item debent distribui, & diuidi res, siuè victualia sordida ab alijs fructibus veluti debent in diuersis Apothecis vendi candelæ, oleum, caro salata, salcicciæ, seù farcimina, & alia similia, & per contrarium fructus, vt poma, pira,

pira, & similes fructus debent
37 vedi etiam in diuersis Apothecis, & in diuersis locis, itē Grasserij aduertant contra vendentes thynninam, & similia salata, nam Tabernarij debent vendere in statera perforata, & tenere vas aquæ ad prius lauandam bilāciam, seù stateram, antequam ponderetur thynnina, ita vt in ponderatione sit extra sordes, & sal sit fusus in terra, vt minus aggrauetur bilancia, nam hoc modo ementes non fraudantur, & thynnina pinguis separetur à macra, & à calefacta cū distinctione assisię ad arbitrium Grasseriorū.

38 Item aduertant contra Apothecarios vendentes fructus, ne ad euitādum fraudes fiat electio fructuum, cum soleant Apothecarij eligere bonos fructus, & separare à malis, & cū aliquis velit emere fructus, vendunt ementi ad assisiam fructus malos, & corruptos, & electos fructus vēdunt ementibus vltra assisiam.

39 Itē aduertāt cōtra ipsos Apothecarios, vt habeant fructus palam, & non clam, vt sit ad electionem ementium emere, & non ad electionem Apothecariorum.

40 Item ne vendant herbas Apothecarij, nisi ad duos manipulos pro vno denario, & sic minutatim.

Item aduertatur, ne Apothecarij habeāt fructus non maturos,
41 & quod vēdant in pondere, aut mensura, & non in sportulis.

42 Item aduertant Grasserij, ne Recatterij, seù Fructuaroli emāt tempore mercati fructus, aut legumina, aut alia victualia, nisi post determinatam horam.

43 Item aduertant, ne habeant Apothecarij in eodē die fructus vnius generis cum duplici assisia, nam tunc potest esse fraus, & vt apertius huiusmodi fraudes, quę in istis victualibus, & rebus quæ venduntur faciliùs appareat, debet Ciuitas statuere, vt non nisi in certa platea, vel loco deputato fiāt venditiones rerum [Luc. de Penn. in l. 1. C. ne rustici ad vllum opus lib. 11.]

44 Aduertāt Grasserij circa Buccerios, seù Macellarios, ne carnes vendant eiusdem generis cū diuersa assisia, quemadmodum diximus in fructibus, & quod nō teneatur clam, sed palā, nec debent tenere carnes bouis, & vaccæ eodem tēpore cum differentia assisiæ adhoc, ne vendant postea mixtim, & fraudent emētes, ac in memoria sit semper Grasseriorum, vt in beccaria abundet caro arietum, nā melior sanguis ad conseruationem vitæ generatur [Plat. in l. 1. C. de erogat. militar. lib. 12.]

45 Item ipsi Macellarij debent vendere oriente Sole, vsq; ad vigesimam quartam horam, & nō plus ad euitandas fraudes.

46 Item aduertant Grasserij contra uendentes ligna, qui faciunt ex vno ligno dua, scindendo per medium,

medium, vt maius appareat onus lignorum, nam fraus ista potest extra ordinem puniri.

47 Item aduertant Regimen, & Grasserij contra Pistores, qui cũ aceto solẽt lauare manus, vt panis exhaletur, & maior appareat, quemadmodum Carnifices, qui inflant arietes mortuos, vt grossiores appareant specie carnis.

48 Item aduertat Regimen contra Magazenerios, seù Rectores publicorum horreorum, qui ponunt acetum in frumento, vt augeatur frumentum in eorum vtilitatem.

49 Item aduertant Grasserij, qui nullo colore possunt concordare cum Tabernarijs, & similibus pro dãda assisia, aliàs incurrunt in pœnã carcerationis per dies quindecim, & priuationis officij, sic voluit [Rex Ferdinandus in anno 1509. fol. 88. num. 9.] & ad ipsos Grasserios spectat non solum dare assisiam, sed etiam iuxtare pondera, & mensuras Ciuitatis nostræ, & Casalium ex priuilegio [Regis Ferdinandi in anno 1480. fol. 53. num. 16.] & nullo modo possunt esse participantes in gabellis, [vt per d. cap. Regis Ferdinandi in anno 1509. fol. 87. nu. 7.] ex notatis per me in quadam allegatione, cum decisione obtenta, quam posuit [Thorus in verbo præferri col. j. f. 406. in Cõp. decis. Reg. Neap.]

50 Et nota generaliter contra fraudantes, quod potest contra eos procedi breuiter, & summatim quolibet die [l. 1. & ibi Plat. C. de Pistor. lib. 11. l. 1. §. cura carnis ff. de offic. Præfect. vrbis, l. munerum §. item Episcopi ff. de muner. & honor.] & vtens scienter, & dolosè falsis mensuris, libris, ponderibus, & stateris, bilancijs adulterinis speciebus, aut alijs mercib⁹ deprauatis, seù corruptis, & ea vsurpando, & exponendo puniri debent in duplum, & relegari, seù in exilium mitti, & non solum procedit in vtente, sed etiam in faciente scienter falsa pondera, & falsis mẽsuris, nec excusatur ex ignorantia, & contra eos potest iurari in litem supra quãtitate, & qualitate damni expensarum, & interesse etiam pro quibuscũq; vicibus, & quantitatibus [l. penul. ff. ad leg. Cor. de falsis l. annonã §. fin. ff. de var. & extraord. crimin. l. nũmis, ubi glos. in fi. ff. de in lit. iur. c. semel malus de reg. iur. in 6. & Plot. in repet. l. si quando num. 724. C. unde ui.]

Vltimo proposuimus uidere quam prudentiam debent adhibere Grasserij in dando assisiam,
51 & quam potestatem habeant, & primo aduertant quod caritas, & uilitas annonæ regulatur, pro ut crescit, & decrescit ualor, & æstimatio monetæ, ut docet [Rouit. in rubr. pragm. de annona, num. 3.] citans [Andream in c. j. in uerbo monetæ, num. 21. in fin. quæ sint regal.]

Secun-

Secundo contra Monopolium multum debent aduertere [l.un. C.de monopolijs,] nam ex monopolijs crescit annona,& prop-
52 terea est posita pœna cōtra hos patrantes monopolia; quinimò non solum in committentibus monopolia in uictualibus, sed etiā circa artificia procedit hæc nostra doctrina[Luc.de Penn.in l.fin.C.de delegat.lib.10.& cap. Neap.fol.73. a ter. ibi, *che non si possa fare congregatione*, & ob hāc causam potest iuberi, ut fiat taxa calceamentorum,& pannorum,quod erat statutum de iure cōmuni [per c.1. & ibi Doctor. de empt.& uendit. Bart. Plat. & Doctor.in l.fortissimus C.de locat.mili.ann.lib.12.]Eadem tassa potest fieri super hospitijs publicis, & quæ ibi venduntur, et ministrantur [Alberic. in l.1.§. cura carnis ff. de offic. præfect. Vrbis.]

Tertio circa imponendam assisiam Grasserij debent aduertere ad anni sterilitatem,vel fer-
53 tilitatem, et secūdum quod cōmuniter in simili anno fertili,vel sterili pretia rerum æstimata sunt per viros prudentes in foro publico,debent ipsi assisiam imponere[argum.l.pretia rerum ff.ad l.Falcid.et Bar. in l.2.C. de rescind.vendit. et Anchar.cons. 194.et Afflict. decis.316. nu.5.] Et aduertant, quod si ponant assisiam excessiuam in damnum ementium,vel vendentium, possunt ad querelam partium, vel procuratoris Ciuitatis moderari ad iustum pretiū,vt dicit[Bal. in l.si in aliquam ff.de offic.proconsul.] nam statuta,quæ dicūt, quod Grasserij taxent assisiam, intelliguntur sine præiudicio iuris ordinarij Iudicis secundum [Bald.in l.sæpè audiui ff.de offic. Præsid.] et sic potestas Grasseriorum in danda assisia, cum sit inferior,nō extinguit iurisdictionem Iudicis superioris, ut dicit [Bal.in prohem. Greg.in princ.] et hæc procedūt in fructibus ueluti in uua,fichibus,piris,et similibus,sed circa carnē debet subduci ratio animalium emptorū in foro publico, et uidere quanti debet uendi pro rotulo,deductis pelle,parte interiori,capite, et pedibus, et debet subduci ratio expensarum, pretij, macellatoris,apothecæ, & similiū, & eadem ratio debet subduci in pane habita ratione valoris frumenti empti per Vrbem,& vnum notādum,quod tempore penuriæ frumenti Regimen debet ordinare, ne vēdantur macherones,vel pastilli esculenti, & similia.

Quo ad vero potestatem quam habent Grasserij notandū, quod hæc potestas de iure com-
54 muni ad Præsidem spectabat, [vt l.1.§.cura carnis, ff. de offic. præfect.Vrbis, Anna singul.60.] & in terris Baronalibus deberet succedere Baro loco Præsidis,cū Vniuersitati prohibitum sit assisias

siãs imponere [l.fin.ff.ad l.Iul.de anno.& Decian.in tract.crimin. tom.2.lib.3.tit. de fraudantibus annonam,] sed de generali consuetudine electio Grasseriorum, seù Catapanorũ spectat ad Vniuersitatem,& in quibus non erit talis consuetudo prescripta legitima, tunc ad Barones spectaret hoc munus vti habentes de iure fundatam intentionem [Regens dignissimus Tappia de iure Regni fol.430.] allegans [Præsid.de Frãch.dec.411.] sed de cõsuetudine oẽs de Vniuersitate habẽt ius circa imponendam assisiam, vt dicit [Amendola] in eius patria ita fuisse decisum [in addit. de Frãch. decis.56.nu.9.] & Regimen nostrũ creat singulis mẽsibus duos Grasserios vnum nobilem,& alterum popularem, qui vnitim,vel disiunctim possũt
55 imponere assisiam rebus comestibilibus præter panem, vt diximus, sed cognitio ponderũ, & falsorum, cum sit mixti Imperij,vt dicit Anna sing.388. & in alleg.62. num.49. vsque ad 44.] spectat ad Barones, & eius officiales,vt refert [Amendola loco citato nu.10.] vt per priuilegiũ expeditum [à Rege Ferdinando sub die 28. Iunij 1480.num.16. fol.53.]pondera,& mensuræ Ciuitatis, eiusque Casalium adæquantur,seù adiustantur à Grasserijs nostris,seù Catapanis gratis absq; aliqua solutione, prout dixi in mea allegatione relata [per Thorum in Compẽd. decis. Neap.in verbo præferri fol.406. col.3.] non tamen cognoscunt Grasserij de falsitate.& pœna, nam hoc spectat ad Officialem habentem iurisdictionem , sed tamen ad requisitionem ipsorũ Grasseriorum Officiales Regij Iustitiam faciunt àbsoluendo,vel condẽnando imputatos de contrauentione assisiæ , ponderum, & mensurarum,& pena applicatur pro vna parte officialib⁹ Regijs, & alia pars diuiditur inter Syndicos,& Grasserios,sed boni Grasserij,& Syndici eam non accipiunt, sed conuertunt ad opus pium vna cum re, quæ incidit in commissum,ne appareant auidi pœnam accipiendi .

56 His statutis,primo quæro si in Regimine fuit tractatum de imponendo certo pretio frumenti, & vnus ex Regimine antequam hoc concluderetur totum suum frumentum vẽdidit caro pretio, quæritur quod remediũ habeat emptor contra uendentem cum tali fraude, & dicendum est posse rescindi venditionem tãquam factam in fraudem legis futuræ, [Losæus in 1.par.c.3. num.65. de iure Vniuersitatis] allegans Bar.in l.28.num.2.ff.de legib. & in l.40.ff.de actio. empt.]

Secũdo quæro,Deputatus publicè ad vendendum carnes, si mihi nolit vendere, vtrùm possit
57 compelli, & dicendum est quod sic [l. si quis Magistratus ff. de muner.

muner.& honor.]& potero agere actione iniuriarum, quia ex affectu ęstimatur iniuria, vt dicit [Afflict. de iure Protom. in rub. num. 5. & l. illud ff. de iniur.]

Tertio quæro, an animalia deputata ad molendina pro oneranda, & exoneranda farina
58 pro functionibus fiscalibus, militibus, aut officialibus possint capi, & dicendum est, quod non, nam licet talia habeant ius publicum, tamen etiam in animalibus deputatis ad molendina habet locum ius publicum, & reputatur maius vtile pro alimonia publica, & sic vidi expediri prouisiones à Regia Camera Summariæ, & quemadmodum non possunt pignorari boues aratorij deputati ad agriculturā pro functionibus fiscalibus, militibus, aut officialibus, vt habetur [in cap. Regni de bobus aratorijs non pignorandis,] ita etiā dicendum erit eadem ratione in animalibus deputatis ad molendina, & facit [Campagna in cap. 4. nu. 26. in d. tit. cap. Reg.]

Quarto quæro, an possint inculpari de negligentia Administratores Vniuersitatis qui tem-
59 pore penuriæ non præuiderunt ægestatem, & Vniuersitati non præuiderunt de frumento, & dicendum quod cum culpa sit opposita prudentiæ, & prudentia cōsistat in prouisione futurorū, si non fuit prouisum, quod euenire poterat est culpa, sed tamē æstimanda est leuis, vel leuissima ex qualitate Administratorum, si in rebus suis solebant sibi prouidere de frumento, & Ciuitati non curauerunt prouidere, nam hæc est leuis culpa, & tenebuntur, si vero non essent soliti in rebus suis talem diligentiam facere, esset leuissima culpa, & non tenerentur secundum distinctionem de culpa, quam fecimus supra [in §. 10. num. 4.] explicādo leges loquentes de culpa, & non sine causa dictum est debere Vniuersitatem sibi præuidere futuram ægestatem, nam hoc pertinet ad officium prudentiæ, vt legitur [in Genesi in cap. 14. de Io-
60 seph,] qui præuidendo futuram ægestatem, comparauit frumenta, & dicit [Frāc. Marc. decis. 40. in 2. par.] & licet postea non successerit casus ægestatis, tamen non tenebitur Regimen, quia sufficit habuisse iustam causam timendi, & sufficit negotium vtiliter cœptum fuisse, licet vtilem non sortiatur effectum [l. sed an vltro §. 1. ff. de nego. gest.] & eo casu possunt cogi Ciues, vt ipsi reemāt pretio empto, licet maiori currente æstimatione, vt dicunt [Capiblanc. in pragmat. 1. num. 201. de Baron. Montanar. in dicta pragm. 2. num. 85. Francisc. Marc. decis. 290. 2. par. & l. 1. C. vt nem. liceat ab emptio- speci. sexus lib. 10. & ibi Bar. & Ioannes de Platea.]

Quinto quæro, vtrum in supradi-

pradicto casu possit Vniuersitas facere bannum, ne exteri adducant panem, vel farinam in
61 Ciuitatem, ex quo Ciues dum emerint panem exterorum, facerent præiudicium Ciuitati, quæ non posset vendere frumentum emptum, & dicendum quod aut habet hoc Ciuitas ex priuilegio, seù præscripta consuetudine, vt possit statuere, & pœnam imponere, & tunc posset prohiberi suos Ciues, ne emerēt ab exteris, non autem exteros ne venderent [Ripa de Priuileg. contractuum num. 119. in tract. de peste,] & sic fuit decisum in Collaterali Consilio, quod Magnifici Electi Ciuitatis Neapolis posset imponere assisiam hominibus Casalis nuncupati Sancti Antami conducentibus panē ad vendendum, prout melius eis videbitur conuenire, & sic per aliam viam prohibent [Montanar. loc. citat. num. 72. vsque ad num. 89. in d. pragm. 2. & Capiblanc. in d. prag. 1. nu. 205.]

Sexto quæro, si aliquis est obligatus Vniuersitati singulis diebus vendere apud beccariam duos, vel tres vitulos, verùm possit cogi ex iusta causa ad ampliorem numerum vendendum,
62 veluti si superuenit multitudo hospitum, aut militum Vallonorum, aut ex alia iusta causa, & dicendum, quod possit cogi, faciunt [Doctores, Bart. & Plat. in l. quo ad præsens, C. de murilegulis lib. 11.] debet tamen damnum resarcire Vniuersitas si aliquod occurrerit ob dictam causam, vt dicit [Ripa in d. tract. de peste in 2. par. in versic. sed vlterius num. 177. fol. 74. Felinus in cap. nonnulli in principio versic. ad euitandos de rescript. & Alexander in l. si ex toto in principio, ff. de legat. 1.] cessante vero superueniente necessitate debet omnino contractus initus cum Vniuersitate seruari [l. 1. ff. de pactis, & l. 1. ff. de constit. pecu.] etiamsi offeratur adiectio [l. Lucius §. fin. ff. ad municipales, & l. Antiochensium ff. de priuileg. creditor.] & in seruandis contractibus, & ordinationibus Ciuitatis Iudex debet esse diligens, vt dicit [Plat. in l. 1. C. de Pistor. lib. 11.] vbi verò Ciuitas non habet publicè obligatum, qui vendat carnes militibus Principis superuenientibus, dum Rustici Ciuitatis sint tenaces in præstandis alimonijs possunt capi ipsorum victualia, sine pretio [Bart. in titul. de pace Constant. versic. nobis.]

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

§. 15.

Tractatur de officio Deputatorum pro materia frumentorum, qui debent esse nobiles.

SVMMARIVM.

Regimen Vniuersitatis duos, vel quatuor nobiles deputatos creat pro frumento comparando, nu. 1.
Deputati non possunt se excusare etiam si essent personæ priuilegiatæ, nu. eod.
Officium Deputatorum potest sciri ex ipso nomine, nu.eod.
Deputati tenentur cauere, nu.2.
Causa frumentaria est priuilegiata, nu.eod.
Pecunia destinata ad frumentum comparandum non potest in alios vsus conuerti, nu.3.
Deputati ante susceptionem officij tenentur iurare, nu.4.

1 SOlet Regimen nostrum, vt diximus supra, creare duos, aut quatuor nobiles Deputatos non populares pro frumento comparãdo, quod procedit de iure communi [Ripa in tract. de peste in vlt.par.vers.deuenio nunc num. 240. fol. 84.] quos diximus non posse se excusare etiam si essent personæ priuilegiatæ [ex Plat. in l. 1. C. vt nemini liceat in empt. specier. lib. 10.] & officium autẽ horum potest sciri ex ipso nomine argum. eius, quod dicitur in textu [in l. 1. C. de offic. Præfecti Vrbis,] ibi vt sciat ex ipso nomine quid præfecto debeatur annonæ, præterea aduertere debet circa eius officium, quod vnumquodq; suæ causæ restitui debet [ex tex. in l. 2. §. quod de frumentaria, ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertin.] & propterea cũ Deputati ad frumentum emendum 2
sint instituti ex publica vtilitate, & necessitate debent publicæ vtilitati, & necessitati cauere, & cum causa frumentaria sit admodum priuilegiata [ex tex. in d. l. 2. §. quod de frumẽtaria ff. eod.] ob hoc per vtilitatem publicam multa habent priuilegia huiusmodi causæ frumentariæ, vnde 3
pecunia destinata ad frumẽtum comparandum non potest in alios vsus conuerti [d. §. quod de frumentaria,] Item prohibita est permutatio frumenti, vt habetur

[in l.vlt. C.de canone frumentario Vrbis Romæ,] Item non potest compensari, [vt in l.2.§. at frumenti ff. de administr. rer. ad Ciuit.pertin.]& pecunia frumenti debet sine mora solui [d.l.2.§. frumentariæ,] nam in huiusmodi frumentaria pecunia commodum publicum versatur,& propterea in eo habent locum omnia priuilegia inducta fauore publico, [& facit argum. l.2.C. de canone frument. Vrbis Romæ,] & antequam suscipiant officij administrationem, tenentur iurare rectè vti officio, ac fideliter administrare, sicut diximus supra in Syndicis, & Electis,
4 quidquid aliter obseruatum sit, credo equidem iuramentum non seruari, ne in periurium incidant propter facilitatem prædandi in maximum detrimentum animæ, & iuris communis [l.per hac C.de erog.militar. & Ripa in tractat. de peste de remed. ad conseruandam vbertatem, nu.3.]

CAPVT SEPTIMVM.

§. 16.

Officium Magistri Portulani quid sit, & quare hodie dependet à Ciuitate latè explicatur.

SVMMARIVM.

Officium Magistri Portulani dependet à Ciuitate propter ius Portulaniæ solutum Regiæ Cameræ in functionibus Fiscalibus, & quid seruetur hodie in tali officio creando, habetur nu. 1.

Vnde habuit originem, & nomen tale officium, nu.2.

Loca publica in quorum potestate, & defensione sunt, nu.3.

Princeps an possit aliquid concedere de locis publicis, & cui competat concessio, quod ædificetur in vijs publicis, muris, seù fossatis Ciuitatis, nu.eod. & 4.

Officium Portulani potest assimilari officio Aedilium, horum officium circa quid versatur, num.5.vsque ad nu.9.

Quod ius habeat quis in publicis, et in dominio cuius sit, nu.10.

Attentare, aut innouare quando licitum sit in publico, nu.12.

Licĕtia immittĕdi in loca publica, aliquando conceditur, nu.13.

Licentia ponendi Pergulas in loco publico, quibus vendentes vtuntur, conceditur num. 14. & seq.

Licen-

1 Officiũ Magistri Portulani hodiè dependet à Ciuitate propter ius Portulaniæ solutum Regiæ Curiæ in functionibus Fiscalib⁹, & propterea solet nobilitas in parlamento generali kalendis Maij nominare tres, & tres alios nominat platea popularis in secundo die Maij, qui sex nominati proponuntur in Regia Camera, quæ eligit ex his duos tantũ vnum scilicet nobilem, & alterũ popularem, qui administrant iustitiam cũ voto Consultoris Ciuitatis, vt Regij Portulani, & e-
2 molumenta applicantur Ciuitati, ad sciendum autem officium hoc notãdum est, qđ Portulanus dicitur à portu, nam erant Portulani deputati in portibus, de quorum officio tractatur [in capitulis Regni,] & sunt Portulani in terra, quibus demandata est procuratio locorum publicorũ in terra, & per hoc tales non pos-
3 sunt concedere locum publicũ, nã aliud est habere procurationem locorum publicorum, aliud potestatem, vt docet [Rouit. in rub pragm. ne quid in loco publ. num. 5.] & omnia loca publica non dicuntur esse in patrimonio Principis, sed tantum in protectione, & defensione, ne ab alijs occupentur, [Andreas in rubr. quæ sint regal. propè finem versic. hoc non videtur obstare, & in cap. 1. in principio num. 1. quę sint regalia, & Rouit. in d. rubr. num. 12.] vnde Princeps non potest de locis publicis aliquid cõcedere, nisi cum cõsensu populi, qui non contradicendo per taciturnitatem censetur consentire, posset tamen Princeps facere talem concessionem, sine incõmodo vsus publici, vel cum paruo
4 incommodo, [Andreas ibidem num. 2. per totum, & in verbo flumina nauigabilia num. 67. & Rouit. in d. rubr. num. 13.] & si reperitur facta concessio eius, quod est vsui publico deputatũ

ſine cauſa non valet [Rouit.ibi. num.14.] ſubdens quod neque valebit priuilegium verum, neq; præſumptum ex diuturnitate tẽporis,niſi probetur cauſa[n.15.] cui vero cõpetit conceſſio,quod ędificetur in vijs publicis,ſeu muris,& foſſatis Ciuitatis[vide Rouit.ibi.nu.16. & Luc. de Penn.in l.pro ædibus C. de diuerſ. præd. Vrban.lib.11.]

Eſt autem aduertẽdum, quod officium Regij Portulani poteſt comparari officio Ædilium,de
5 quo habetur[in l.3.ff.de vi publ.] vbi habetur,quod Ædiles curam habeant per vrbem publicorum itinerum,Item vt ſi priuati parietes, qui in publicam viam feruntur,minam minentur ædium Domini,vt oportet demoliantur ac reparent,procurent etiam,ne quis publica itinera perfodiat, aut aggeribus congeſtis obruat, neque quid in publico itinere quis ædificet, præterea vt ante ſuas quiſque ædes publicas vias
6 reparet,repurgetq; aquagia,quę ſubdio ſunt,ſcilicet curent,ita quidem,vt ne quid impedimẽto ſit quo minus eatur,& agatur,ita etiam poteſt dici de Portulanis, Item aduertat,quod ſi quis velit ædificare iuxta publicas ædes, debet relinquere ſpatium quin-
7 decim pedum, ex regula [l.9.C. de ædific.priuat.] & ſi quis velit ædificare inter Mœniana debet relinquere ſpatium decem pedũ, [vt l.11.C.eod.] & propter proſpectum in mare debet relinqui ſpatium centum pedum, vt habetur in [Nouella,c.63.] & concordat [Nouella 165.] Item nota,quod officium Regij Portulani principaliter ſpectauit cuſtodire portas,& littora,omniaque loca maritima Regni, ne inde extrahatur, aut in illud aliquid immittatur, ipſo inſcio, vt reaſſumit [Mari. Frecc. de ſubfeud. lib.1.tit.de offi.Admirati Maris
8 num.21.cum ſeq.] & conſtat ex cap.Regni 2. quod incipit,vt illorum fraudibus, & cap. ſeq. incip.ſuper extractione,] Item ad idem officium ſpectat inquirere de demanijs, morticijs, & excadentijs ſpectantibus ad Regiam Curiam, [vt in cap.Regni incip. Item cũ inquirere 64.] Sed nunc cum in Prouincia noſtra in maritimis adſit Portulanus maris, nõ poteſt ſe intromittere de portibus,& littoribus,& alijs mari-
9 timis, niſi ipſe Portulanus maris,ſed de vijs publicis,itineribus publicis,& omnibus locis publicis,ſiuè vrbanis, ſiuè ruſticis, Itẽ fluminibus perennibus nauigabilibus,ſiuè non,arijs, inſulis,agris, & reliquis enunciatis per Iuriſconſultum [in l.2. in princ. verſ. publicè, ff. ne quid in loco publico,& in rubr.de via publ.& in rubr.ff.ne quid in loco publ.& in rubr.ff.de fluminib.& in vſib. feudorũ in c.1.quæ ſint regalia,] & de omnibus tandem, quæ veniunt appellatione publici cognoſcunt

gnoscunt Portulani, qui nominantur ab vniuersitatibus, vt diximus.

Qua quidem iurisdictione Magistrorum Portulanorum taliter in genere fundata, vt ad ma
10 gis particularem cognitionem illius deueniamus, primo dico, quod publica licet quoad proprietatem sint publica, nam nemo illorum dominium habet, nec etiam ipse Princeps, vt tradidit [Andr. in rubr. quæ sint regalia prope finem vers. hoc non videtur obstare, & in cap. 1. in princ. num. 1. & 2. eiusdem rubri.] pertinent tamen ad vsum omnium, qui est communis omnibus [l. 1. ff. de locis, & itineribus publ.]

Secundo dico, hunc vsum non competere alicui iure proprio scilicet vt quasi re propria ipse
11 vtatur [l. 2. vers. loca enim publica ff. ne quid in loco publ.] nec etiam quasi iure seruitutis iuxta [gl. ibidem in verbo cuiusq;] sed competit iure Ciuitatis, ita vt tantum iuris quis habeat ad obtinendum, quantum quilibet ad prohibendum, vt in eodem [ver. loca enim publica.]

Tertio dico, quod nemo potest attentare, aut innouare nedum in publico, sed nec etiam in
12 suo proprio, vt ex eo aliquid nocumentum viæ, aut loco publico feratur, & ideo non potest in uia publica immitti arena, nec aliquid aliud immutari, item in proprio fundo non potest quis fossam facere, vt aqua ibi collecta in viam decurrat, nec potest quis in suo ædificare, vt aqua in via collecta restagnet, nec potest quis facere scalam, aut gradum etiam in proprio pariete, quando nocet viæ publicæ, & ne dum quando actualiter nocet, sed quãdo possit nocere in futurum, vt puta quia aliquid positum cuius casus nocere possit transeuntibus, nam publicè interest sine mœtu, & periculo per itinera commeari, & non expectatur quod id quod indebitè positum est, cum effectu noceat, sed statim coercetur, siue nocuit quod positum est siue non, & hæc omnia probantur [in l. 2. ff. ne quid in loco publ. l. si verò plures §. prætor ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt.]

Est tamen aduertendum ex [Auendann. in lib. 1. cap. 19. nu. 39. vers. & istam de exequend.
13 mand.] quod occupatio vię publicæ temporalis, & non perpetuæ puta, vt dum ad construendum aliquod ædificium reponũtur in via lapides, & rudera ad tempus esset Iudici tolerandum, quod intelligitur debere dari licentiam secundum [Rouit. in pragm. 3. num. 17. ne quid in loco publ.]

Debet etiam licentiam impartiri deponendo pergulas, quibus vendentes vtuntur, vt se tueantur a vento, & pluuijs, & ita ser-

uat Magister Portulanus Neapoli, nam per suas licentias permit
14 tit, quod in foro magno Ciuitatis Neapolis omnes venditores suppellectilium, qui non possunt habere proprias apothecas, neq; conductas intus Ciuitatem, habent has pergulas amouibiles, quæ de mane eriguntur, & de vespere tolluntur, & eodẽ modo intelligendũ est id, quod disponitur [in l. 3. in fi. vers. studeant autẽ ff. de via publi.] quatenus sibi permittitur vt Fullo possit ponere vestimenta ad siccandũ ante suam officinam, nam hoc intelligitur mediante licẽtia Portulani, qui debet illam impartiri, quod
15 manifestè probatur iu ipsomet textu, nam prius Iurisconsultus ponit regulam, quod ædiles studeant, vt ante ergasteria, quæ sunt officinæ Fabrorum nihil ponatur, & ab hac regula statim excipi Fullonem, si vestimenta siccet, & Fabrũ lignariũ si exterius reponat rotas, & certè vt exceptio congruat regula, & ea adaptetur est declaranda, vt licet regulariter omnibus prohiberi debeat, is tamen debeat permittere, & sic ab eo est petenda licentia iuxta regulam de qua in [l. fi.
16 in fi. cum sua gl. ff. de cloacis.]

Est tamen aduertendũ, quod huiusmodi licentiæ taliter concedi debeant, vt quod faciendum permittitur, ita fiat, vt sine cuiusque iniuria, aut damno fiat [l. 2. §. 1. vers. merito ff. ne quid in loco publ.] & sic facto prius accessu in rem præsentẽ pro visura loci, & reperto quod id, quod fieri petitur nemini affert damnũ, vel iniuriam, nec incommodat vsũ publicum conceditur licentia petita ad suũ beneplacitũ, & adhuc in ea apponitur expressa clausu-
17 la dũmodo non officiat vicinis, sin autem cõtrariũ appareat ex visura loci omnino denegatur, & quia in tali accessu versatur labor corporalis, & nemo cogendus proprijs sumptibus laborare [l. quoniam liberi, & ibi gl. vers. sumptus C. de testib.] meritò introductũ est, vt pro huiusmodi accessu Magister Portulanus singulis vicibus exigat suas sportulas iuxta distantiã locorũ, & huiusmodi sportulæ ab eo exiguntur tanquã directus, & emolumenta ad suum officium spectantia, & pertinentia.

Quarto dico, quod si Princeps dederit licentiam, vt aliquis ædificet, vel aliquid noui faciat in
18 loco, vel itinere publico, hæc tamen licentia non potest exequutioni demandari, nisi prius præsentetur Magistro Portulano ad cuius curam spectant loca publica [l. si aliquando in fi. C. de operib. publ. l. 2. §. si quis a Principe ff. ne quid in loco publ.] quẽadmodũ quilibet Commissarius non potest suam commissionem exequi, nec illius exequutionem inchoare, nisi prius illã ostendat officiali in capite degenti in loco exe-

exequendæ commissionis [vt in §. eos autem in princ. in Auth. de Collator.] & ratio est, quia Principis rescripta semper intelliguntur, ne alteri præiudicium afferant, [vt d.§.si quis a Principe,] & ideo ad euitandũ hoc præiudicium tertij necessarius est interuẽtus Portulanij, qui in exequutione licentiæ Principis prospiciat, ne alteri damnum inferatur [Rouit.in d.rubr. ne quid in loco publ.num.2.& seq.per tex. in l.si aliquando in fi. ibi intimãdis huiusmodi rescriptis C.de oper.publ.& in d.§.si quis a Principe ibi non est concedendũ l.ea quæ C.de temp.in integr. restit. & cap.pastoralis extra de priuil.

Quinto dico, quod via publica aut alio loco publico occupato
19 competit actio cuilibet de populo, vt illud impedimentũ tollatur, & remaneat locus ad communem vsũ, & hæc actio nominabitur actio popularis, de qua mentionẽ facit [Rouit.in d.rub. num.17.ex Bertrando cons.334. vol.3.par.1.] & ipse Portulanus potest sua authoritate tollere & destruere impedimentũ, quod potest destrui sine læsione, at quãdo non potest sine læsione destrui aut amoueri, tunc non potest amouere, vel destruere in præiudicium Domini, & si facit tenetur, vt dicit [Paul.de Castro in l. lectos ff.de peri. & commod rei vend.] per illum tex.[& l.ædiles vers.curam in fin. ff.de via publ.] & hoc idem voluit [Angel.in l.2 §. si quis nemine ff.ne quid in loco publ.] vbi ait, quod habens curam locorum publicorum, si compererit ædificium factum in publico, quod obstat vsui publico, de facto illud debet deponere non autem recurrere ad alium Iudicem, & nota illud verbum de facto, nam hoc verbum repetit
20 ibi [Angelus] trib⁹ vicibus, ad significandum, quod hoc fit sine ordine Iudiciario, & ita refert [Rouit.in rubr. ne quid in loco publ.in fin.]

Sexto dico, quod iurisdictio Portulani est priuatiua ad alios officiales [Amendola ad de Frãchis decis.110.num.15.]

Septimo dico, quod per instructiones Regiæ Cameræ ædificia antiqua nunquam destruuntur [Amendola ibi num.16.]

Octauo, dico quod fauore Reipublicæ prohibetur locorum publicorum præscriptio [Reg. Valenz. cons. 20.nu.5.]

Nono dico, quod ius Portulaniæ non pertinet ad Barones, sed ad Regiam Curiam, & a Regia Curia, nouiter, vt diximus, fuit translatum ad Vniuersitates propter impositionem
21 trium carolenorum pro quolibet foculari.

Decimo dico, quod venditrices panis, herbarum, aut fructuũ prohibentur stare in medio plateæ, sed ordinatur, quod stent in lateribus ipsius plateæ, vt platea

sit ampla, & spatiosa, ita præcepit Rex Ferdinandus [in anno 1509.fol.88.a ter. nu.19]

Vndecimo dico, quod ne via publica, aut exitus Ciuitatum occupentur, potest Portulanus prohibere, ne quis proprium fundũ vallet, aut circundet, etiã si fundus esset longe a Ciuitate, si ex circundatione generaretur scandalum [Plat.in l.2.C.de fundis limitrophis,] & ita debent intelligi [gl. & tex. in l. per prouincias C. de ædific. priuat.] & vt latior sit via publica, potest fundi pars auferri ex Iudicis officio [l. si lo-
22 cus §.1.ff.quemadmodum seru. amitt.] sicut potest de facto domos parui præiudicij extruere soluto pretio Dominis, vt pulchrior Ciuitas efficiatur [l. ædificia C.de onerib. publi.Roman. in sing.710. & Hyppolit in sua Pract.§.aggredior nu. 68.]

Duodecimo dico, quod Portulanus prouidebit, ne iuxta vias publicas sint Casaleni, ex quibus putredo decurrit ad vias publicas, vel domos vicinorum, nam Iudex cogit eas derelinqui, vel reædificari, ne Ciuitas sit ruinis deformata [Bal.in l.Præses ff. de Offic.Præsid. Dec. in l. creditor ff. si certum petat, & perdoctè Ripa in tract. de Peste vers. accedo num. 64. & sequent. fol. mihi 63.]

Hinc incidenter notandum, quod habens seruitutem proijciendi, nõ poterit vrinam, stercus, & similia fetentia proijcere, ne ex fetore domus, quæ seruitutẽ
23 debet, reddatur pestilentiosa [Cæpoll.sub rub.de seruit. proijcient.in 4.quæst. quem refert, & sequitur Ripa loco citato num. 67.]

CAPVT SEPTIMVM.

§. 17.

Officium Paleæ minutæ ad Vniuersitatem spectat creare, & circa quæ versatur.

SVMMARIVM.

Officium Paleæ minutæ circa quæ versatur. num. 1.

Officium Paleæ minutæ est necessarium propter salubritatem aeris, & decorem vrbis numero eod.

Linum, vel canapum non licet ad maturandũ ponere in aquis habitati infra militare numero secundo, & sequent.

No-

Notantur etiam prouisiones factæ à Ciuitate Cosentiæ super immunditiis, & fuibus, nu. 4.
Artes fetidæ non exercentur in Vrbe, sed in remotioribus partibus nu. 5.
Res sumit conditionem à persona non autem persona ab ipsa re, num. 6.
Officia, & munera parua in Republica non sunt contemnenda, & quare, nu. 7.

Antiquitus à Regimine creabãtur duæ personæ, nobilis, & popularis super officio paleæ minu-
1 tæ, qd̃ versatur in eo, vt habeant curam detinendi expurgatam Vrbem ab immũditijs, quæ deijciuntur, & effundũtur per vicos, & plateas, vt latè docet [Ripa in tract. de peste in verbo transeo ad alia remedia num. 64. & seq. fol. 63.] quod officium etiam nunc durat in Ciuitate nostra, & est necessarium propter salubritatem aeris, & decorem Vrbis, nam aeris salubritas est adeò priuilegiata, vt ędicta Principum sæcularium tempore pestis, vel eius suspitionis de aliquo facien do, vel non faciendo, vt consulatur aeris salubritati, cõprehen-
2 dant omnes, vt dicit [Rouit. in pragm. 1. de salubritate aeris,] & pro huiusmodi aeris salubritate [per Cõstit. Regni salubritatem aeris] introductũ est in hoc Regno, vt nullo modo liceat in aquis cuiusuis loci habitati vicinis infra vnum miliare linum, vel canapum ad maturandum ponere, quam [Constit.] dicit [Rouit. loc. cit.] procedere etiam si territorium alicuius loci habitati nõ habeat tantam longitudinem, aut amplitudinem, quę attingat vnum miliare, & ita dicit fuisse iudicatum in Sacro nostro Consilio, & ratio est, quia ex his generatur prauus odor aptus ad producendum corruptionem aeris, ex qua morbi, & pestes descendunt, & propterea etiam de iure communi est introductum, quod quotiescunque ex
3 malo odore soli aliquis locus pestilentiosus fieri potest ex aliqua re immissa, vicini possunt vti interdicto ne quid in loco publico, vt est tex. ad lit. [in l. 2. §. itę labeo ff. ne quid in loco public.] & idem procedit si fieret in loco priuato [Franc. Marc. q. 23. par. 1.] & [d. Constit.] debet seruari non solum in hoc præsenti Regno, sed etiam vbique locorũ, & comprehendit etiam canapa Clericorum, vt dicit [Rouit. loco citato.]

Primo nota, quod Dux noster in [capitul. de anno 1476. fol. 44. nu. 15. & per capitul. Reg. Ferdi-
4 nandi de anno 1509. fol. 88. nu. 15.] ius seruit, quod vnusquisq; Ciuis teneat verrere facere ante eius domum, item fuit dispositum per idem [capit. Reg. Fer-

dinandi,] quod occidentes porcos, seù sues iter facientes per Vrbem lucrentur quartum, cæteræ partes diuidűtur inter Syndicos, & officiales Paleæ minutæ, & officialem iurisdictionis, & seruatur consuetudo loci.

Secundo nota, quod artes fętidæ non debent exerceri iuxta vias publicas [l. Ædiles, ff. de via publica,] & ideò prohibitum est
5 exerceri tales artes in locis propè Vrbē, in locis verò remotioribus sic, nā malus odor infectat transeuntes, vt notat [Florianus in l. æquissimum §. si tamen, ff. de vsufructu,] & contra tales exercentes tales artes fętidas, notat [Cepolla in tract. de seruit. vrban. prædior. rubr. de aere,] & contra immittentes vrinam, vel vini feces, vel aquas fętidas ex domibus in vias publicas notat [Ripa in tract. de peste in 2. par. vers. transeo num. 64.] & plura exempla notat [Plat. in l. decernimus C. de aquæductu lib. 11.]

Nota, quod hoc officium in patria mea parui æstimatur, & nescio quomodo, cum adsit aliquod lucrum, & an forsan Ciues nostri iudicent esse officium vile, & hoc non possunt dicere, suf-
6 ficiat enim eis esse officium datū à Ciuitate, nam omnia officia, ac munera, licet sint parua in Republica, nō sunt contemnenda, cum personæ nobiles nobilitent officium, ac auctoritatem det officio, non autem officium personæ, vt dixi supra [c. 1. §. j.]
7 in euidentialibus, quia res sumit conditionem à persona, non persona ab ipsa re, vt dicit [Andreas in cap. 1. num. 3. vers. pro quo est qualit. vassa. iur. deb. fidel. & l. 1. in fin. C. de impon. lucr. describt. lib. 11.]

CAPVT SEPTIMVM.

§. 18.

De officio Baiulorum quid sit, & vnde dictum.

SVMMARIVM.

Regimen creat duos Baiulos nobilē, & popularem, nu. 1.

Baiuli quam iurisdictionem habent, loci consuetudo obseruatur, num. 2. & seq.

Officium Baiuli non est contemnendum, & ibi adducitur laus Epaminundę Thebani, num. 4.

Regimen

Regimen noſtrũ duos Iudices conſtituit alterum nobilem, & alterum popularem Baiulationis Ciuitatis,quicquid dixerit [Afflict.in Conſtit.Magiſtri Camerarij nu.6.] quod offi-
1 cium dandum eſt nobilibus, & diuitibus, at verò Vrbs noſtra gubernatur ex nobilibus de Sedili, & ex platea populari, quæ repreſentant totam Ciuitatem, & quæ contineat iſta baiulatio dicit [Capibl.in prag.8.nu.172. & ſeq.de Baron.] quod reuoluit multas chartas ad ſciendum ſuã diſtinctam, & deſcretam naturã, vidit tamẽ [de Frãch.dec. 397.] aſſerentem nõ poſſe certam doctrinam tradi,ſed quod ſit attendenda loci conſuetudo,ad ſciendum quæ contineat,quæq; ſolita
2 ſint ſub baiulationis cognitione includi, cum quælibet terra diuerſimodè hoc intelligat, veratamen baiulationis iuriſdictio competit circa cognitionẽ damnorum factorum in territorio, vnde obſerues Regionis ſolitum adde [Surgẽtem de Neap. Illuſt. cap.1.num.1.]& poſt eum[Reg. de Tappia in rubr.de offic.Baiulorũ] vbi de origine,& æthimologia,ac facultate ſuæ iuriſdictionis, & perbellè [vide Napodan. ſuper Conſuet.Neap. incip. Baiulus,]vbi dicit,quod Baiulus dicitur,qui baiulat, ideſt gerit, & portat iuriſdictionem alicuius, & allegat [cap.niſi cum pridem de renunciat.] Vnde in Ciuitate noſtra à Baiulis fiunt præambula,& decreta ſuper adminiſtra-
3 tione tutorum,Item fiunt decreta ſuper damnis animalium, & ſuper cauſis ciuilibus in qualibet ſumma habẽt iuriſdictionẽ, & ita vidi ſeruari, & appellatur ab eis ad Regium Portulanum maris.

Nota,quod hoc officium multi indignantur exercere, prout in ſimili dixi in [præcedẽti titulo,]ex cauſa propter prouerbiũ vulgò dictum in verecundiam
4 alicuius prætendentis exercere officium, erit Iudex Baiulorũ, hi verò ſunt ignari exempli Epaminundæ Thebani, qui cum contẽptu quodam, ac inuidia ad officium,quod Telearchi munus appellabãt, eſſet à ſuis conciuibus electus,& in eo propriè verſabatur, vt ſordes ex angiportis eijcerentur, aquæ rectè deriuarentur, plateæ eſſent mundæ, & viæ ſternerentur,libenter illud ſuſcipit, inquiens, quod non ſolum Magiſtratus virum,ſed etiam vir Magiſtratum oſtendit[teſte Plutarc. in præceptis gerendæ Reipublicæ,& Melchior Iunius quęſtio.Politic.q.9.verſ.vnde Cato, quos refert Conſiliarius Rouit. in pragmat. 1. num.4. & ſeq. de ſalubritate aeris.]

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

§. 19.

In hoc §. agitur de officio Deputatorum super obseruantia priuilegiorum, quod noscitur ex ipso nomine.

Non indiget Summario.

INter aliquos officiales Reipublicæ Regimen nostrum creat duos, nobilem, & popularem, quorum cura est, vt procurent defendere priuilegia nostræ Ciuitatis, & eorum officium patet ex ipso nomine, quia vocantur Deputati pro obseruãtia Priuilegiorum argum. eorũ quæ scripsit [Bar. in l. 1. ff. de Iust. & Iure.]

CAPVT SEPTIMVM.

§. 20.

De Officio Consultoris, seu Aduocati Ciuitatis eius priuilegijs, ac prærogatiuis fusius explicatur.

SVMMARIVM.

Consultor, seù Aduocatus Ciuitatis, debet scire omnia statuta, priuilegia, & consuetudines Ciuitatis, & in morte Iudicis exercet officium ipsius, regit enim Iustitiam cum Assistentibus Hospitalis, & est Iudex circa grauamen officij Portulani, nu. 1.

Antiquis temporibus erat Consultor Capitanei Terræ Sciliani, quod nunc non seruatur per contrarium priuilegiũ, nu. eod.

Habentes priuilegium, quod Cosentini non possint esse officiales, nec illi possunt esse in Ciuitate Cosentiæ, & adducitur priuilegium, nu. 2.

Tractatur de iure Cõsultoris, olim, & hodie, nu. 3.

Consultor non potest esse, nisi sit Ciuis, & hac occasione tractatur, per quos actus quis efficiatur Ciuis; vbi proponuntur tres causæ, scilicet natiuitas, manumissio, & adoptio cum vtilissimis quæstionibus, nu. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

Ad tale officium eligitur V. I. D. vbi datur differentia inter Doctorem, & Iurisperitum, nam doctoratus est dignitas, & tractatur de prærogatiuis talis dignitatis, num. 11. et seq. vsque ad nu. 17.

Doctoribus, et Baronibus pulsatio Campanæ magnæ relicta eleemosyna pulsatur plurib. vicib. quã alijs tẽpore mortis, nu. 17.

Consultor est immunis gabella farinæ pro duobus modijs frumenti tantũ singulis mensib. n. 18.

Consultor in Ecclesia sedet in vltimo loco nouissimi electi nobilium, nu. eod.

Of-

OFficium Consultoris est defendere causas Vniuersitatis, & per hoc debet scire omnia statuta, priuilegia, consuetu-
1 dines, & iura [Bal. in l. 2. §. seruus autē ff. de orig. iuris] habet multa priuilegia, nam in casu absentiæ, & mortis Iudicis ipse succedit in locū Iudicis Ciuitatis nostræ, & Casalium, [vt dixi supra in §. 2. de officio Magistri Iurati,] regit iustitiā vna, & simul cū Magnificis Assistētibus Venerabilis Hospitalis Annunciatæ tēpore nundinarum, vt per decretum situm [inter priuilegia nostra fol. 143. num. 1.] est Iudex circa grauamina officij Portulani, & olim Cosentia, eiusq; Casalia habebant priuilegium conferendi officium Capitanei terræ Sciliani, quod ius fuit emptū ab ipsis pro demanio ipsius terræ, [vt per priuileg. Imperatoris Caroli V. in anno 1520. fol. 90. à ter. num. 9. & à Philippo Rege eius filio in anno 1555. fol. 108. à ter. nu. 16. & seq.] & per nonnullos annos ipsęmet Vniuersitates fuerūt in possessione, deinde amiserunt, & obtinuerunt Ciues Sciliani priuilegium, quod nullo modo Ciues nostri, & Casalium possint exercere officiū Capitanei, & eius Consultoris, quod officium Consultoris spectabat ad Consultorem Ciuita-
2 tis nostræ, neque ipsi de ipsa terra Sciliani, aut aliorum locorū habentes simile priuilegium possunt esse officiales in Ciuitate nostra, & eius Casalibus [per priuil. Regis Federici in anno 1496 fol. 64. nu. 7.] & olim Consultor noster, siuè nobilis, siuè popularis interueniebat in omni parlamento, & tractabatur, ac si fuisset Consiliarius, siuè electus, sic placuit [Duci Calabriæ, vt per capitula in anno 1472. fol. 25. à
3 ter. nu. 5. & in anno 1488. fol. 59. à terg. nu. 2.] tenebat quoq; tertiam clauem priuilegiorum originalium, scripturarum, & sigilli Ciuitatis, quam clauem postea habuit Syndicus popularis, vt apparet ex prouisionibus impressis [inter priuil. anno 1541. fol. 122. nu. 1.] & ad idem officium non potest redire Consultor, nisi transacto triennio, [vt per priuileg. concessa à Rege Alphonso in anno 1488. fol. 59. à terg. num. 3. in fin.]

Porrò aduertendum est nunc, quod non potest creari Consultor, nisi sit Ciuis noster, vt diximus
4 [in cap. 1. §. 2. nu. 89. cum plurib. sequent.] in quo declarauimus, qui sint Ciues, & quomodo differant Ciues ab incolis, & forensibus, & de effectibus ciuilitatis, & hoc est introductū de consuetudine antiqua, & habet rationem, nam qui non sunt Ciues, non sunt participes muneum Ciuitatis, & sic esse Consultorem

torem eſt quoddam munus per-
ſonale, munera vero perſonalia
indicuntur municipibus, [vt in l.
18. ff. de verb. ſignific.] vbi dici-
tur municipes dici, quod mune-
ra ciuilia capiãt, nam & propriè
municipes appellantur muneris
participes recepti in Ciuitatem,
vt munera nobiſcum faciant, ſed
nunc abuſiuè municipes dicimus
ſuos cuiuſq; Ciuitatis Ciues, vt-
potè Campanus, & Puteolanus,
ita dicitur [in l. 1. in princ. ff. ad
municipal. & in l. 228. ff. de verb.
ſignific.] habetur his verbis mu
nicipes intelligẽdi ſunt, & hi qui
in eodem municipio nati ſunt,
ex quibus iuribus habemus pro-
priè municipes, ideſt muneris
participes eſſe eos, quos nũc vo-
camus Ciues, & quamuis in ſupe
rioribus multa dixerimus in lo-
co citato de differentia inter mu
nicipem, incolam, & Aduenam,
& nota, vt diximus [in Rubrica
in 2. quæro propè finem, nu. 34.]
quod Ciues alij dicuntur origi-
narij, alij domiciliani, & propte-
rea quæritur an admittantur ad
tale officium non ſolum Ciues
originarij, ſed etiam domicilia-
ni, & dicendum, quod admitti-
tur vterq; tam domicilianus, quã
originarius [per tex. in l. quinta
C. de incolis, vbi habetur, quod
priuilegio ſpeciali Ciuitatis non
interueniẽte, tamen originis ra
tione, ac domicilij voluntate ad
munera Ciuilia quemq; vocari
certiſſimum eſt, & facit [argum.
l. ſi emãcipatus §. ſi pater ex duo-
bus, & ibi Bar. ff. de bonor. poſ-
ſeſſ. contra tabul.]

Vnde videndũ per quos actus
quis efficiatur ciuis originarius,
& per quos actus quis efficiatur
5 Ciuis domicilianus, quæ mate-
ria erat tractãda ſupra [in dicta
rubr. quæro 2. nu. 21.] & remiſi-
mus ad hunc locum, propterea
tres cauſæ proponuntur ex qui-
bus fiunt municipes [in d. l. 1. in
princ. ff. ad municip. videlicet,
natiuitas, manumiſsio, & ado-
ptio.]

Primo quæro, quomodo nati-
uitas faciat aliquem Ciuem ori-
ginarium, & dicendum eſt, quod
ibi quis dicitur eſſe Ciuis origi-
narius, vbi Pater fuit perpetuò,
& nõ ad tempus, vnde ſi quis na-
ſcitur tranſeundo in aliqua Ci-
6 uitate, non dicitur Ciuis illius
Ciuitatis, cum eius Pater non
haberet domicilium in ipſa Ci-
uitate, & licet filius ſit natus ibi,
tamen fuit natus per tranſitum,
ita dicit [Plat. in l. filios C. ad
municip.] contra Bar. ibi, & ſe-
cundum opinionem Plateæ fuiſ-
ſe deciſum in Collegio Salaman
ticẽſi Diui Iacobi teſtatur [Vaſ-
quius in tract. de ſucceſsion. pro-
greſſu lib. 1. §. 2. num. 9. per tex.
in l. 1. vbi Bar. ff. de capti. & poſt-
lim. reuerſ.] & refert [Petra] fuiſ-
ſe quoq; deciſum in Sacro Con-
ſilio [in addit. ad Gramma. deciſ.
103. num. 93. & ſeq. & deciſ. 87.
nu. 3. & ſeq.] & nouiſſimè Noua-
rius

rius in tract.de elect.& varia.fori in sect.2.q.59.n.34.] adducēs decisionem Reg. Cam. Summ. & in simili habens vxorem prægnantem, & proximam partui, & in aliquam Ciuitatem fuit ea traducta,vt ibi pareret, vt filius gauderet priuilegijs Ciuitatis, hæc quæstio fuit decisa in Regia Camera Sūmariæ, in causa Magnifici Galeatij Pinelli Baronis Iuliani, referēte Doctissimo Regente Moles, tunc Præsidente in anno 1571. vt refert [Nouarius in d.tract. de elect. & varia. fori in sect.2. in q.49. nu.27. & fuerunt allegati [glosa in l.cum scimus C.de agric. & censit. Bar.& Salyc. in l. si quis C.de natural. liber.] Infantes verò censentur Ciues illius loci,in quo expositi sunt [Anna sing.185.]& sic fuisse decisum in Regia Camera Summariæ ad relationem Pręsidentis Moles,vt per decisionem allatā à [Nouario in loc. cit. num.32. & seq.] & nota attendi domicilium patris, non autem matris [l.1.
7 §.quę ex duobus ff.ad municip.] vbi dicitur,quod qui ex duobus Campanis parentibus natus est, Campanus est, sed si ex patre Cāpano, matre Puteolana æquè municeps Campanus est,nisi fortè priuilegio aliquo materna origo censeatur, tunc enim maternæ originis erit municeps, & dicitur [in l. 3. C. de municip. & orig.] filios apud originē patris non in materna Ciuitate, & sibi nati sunt,si modo non domicilijs detineantur ad honores,seù munera posse compelli explorati iuris est,& hoc procedit in filijs legitimis,nam in vulgò conceptis attenditur origo matris,& non
8 patris[l.9.ff.ad municipales]vbi habetur eius qui iustum patrem non habet prima origo à matre, eoque die quo ex ea editus est, enumerari debet,quod si quis nō in Ciuitate, sed in villa, Castro, vel vico Ciuitati subditis natus sit, intelligitur eam patriam habere, cui vicus ille, Castrum,vel villa subdita sunt, per tex. [in l. 30.ff.ad municip.] & idem dicēdum est in Suburbijs[de Franch. decis.403.num.11.]

Secundo quæro de manumissione,& dicendū, Libertinos originem patronorum, vel domicilium sequi, item eorum liberos
9 [l.6.§.fin.ff.ad municipales, & l. 23.§.deniq; ff.eod.]quod si quis à pluribus manumissus sit omniū patronorum originem sequitur per tex. [in l.7.ff.eod.]

Tertio quæro de adoptione, & dicendum ex tex. [in l.15.§.fi. ff.ad municip.] ius originis in honoribus obeundis, ac muneribus suscipiendis adoptione non mutari,sed nouis quoque muneribus filium per adoptiuum patrem obstringi, quod si emanci-
10 petur ab adoptiuo patre non tātum filius,sed etiam Ciuis Ciuitatis cuius,per adoptionem factus fuerit esse desinit,& hæc sufficiant

ficiant pro materia Ciuium,poſſunt tamen multa alia induci ex præmiſſis, & ſimilitudine rõnis.

Debent etiam eligi ad hoc officium Conſultoris,ſeù Aduocati Ciuitatis V.I.D.nam ſi aliquis eſſet Iuriſperitus,non tamen Doctor,non poteſt eligi,& hoc procedit [ſecundũ Regias Pragmaticas in tit.de Scholarib. doctorand.] licet de iure cõmuni ſufficiat eſſe Iuriſperitũ, vt habetur [in Nouell.conſtit.82.] nã aliud eſt eſſe Doctoratum, & aliud eſt eſſe Iuriſperitum,nam doctoratus eſt dignitas,vt dicit [Pute.
11 deciſ.226.lib.1.]eſſe vero Iuriſperitum non eſt dignitas, & per hoc,ad hoc,vt quis conſequatur dignitatem ex doctoratu, oportet quod aſſumat gradum doctoratus, per quem gradum multas habet prærogatiuas, de quibus tractant [Doctor. & præcipuè Signorolus in tract. de præcedentia Doctoris,& militis in numer.64.] vbi dicit,quod eminẽtia Doctorũ iuris ciuilis eſt tan-
12 ta, quod poſſit propria auctoritate ingredi Conciſtorium Principis, & cameras quorumcumq; Officialium quantumuis maiorũ vſque ad eorum ſecreta, qui tenentur eos honorare, & inuitare ad ſedendum,aliàs puniuntur in tribus libris auri, & iure quidẽ, quia ſunt luminoſæ candelæ ardentes ſuper vniuerſum corpus orbis terrarum tenebris fugatis veluti Sydus irradiat matutinũ, & vocantur Domini, patres iuris, nobiliſſimi amici Principis, parentes, patres Principis, & non fratres,profeſſores,magiſtri,illuſtres,magnifici viri,miniſtri iuſtitiæ,& Reipublicæ,& clariſsimi [Lanfranchinus in tract.
13 vtrum præferendus ſit Doctor, vel miles per totum, Signorolus loc.cit.num.23.65.& ſeq.Tiraq. cap.29.num.19.de nobil.Caſſan. in 10.par.24.conſid.& Garſ.glo. 35.nu.18.de nobil.& in nu.23.] ſubdit quod Aduocati nequeunt exercere vile officiũ,cũ Chriſtus Redemptor noſter Aduocati cognomentum non dedignatus ſit, nec patroni officium,& Aduocati à ſe repulit,& Maria quoque Virgo in orationibus noſtris Aduocata appellatur, fuerunt quoque plures Aduocati Sancti, vt Ambroſius,Lypardus,German',
14 & Iuo,& alij,quos cumulat[Caſſan.in 7.par.conſid.29. & ſeq. in Catal.gl.mund.] & Chriſtus fuit Aduocatus Diuæ Mariæ Magdalenæ tribus vicibus, & Diſcipulorum ſuorum multoties [Matthæi 12. in princ.] ſunt enim Aduocati in Republica valdè neceſſarij, & vtiles, quia dirimunt ambigua facta cauſarum, & ſuæ defenſionis viribus ſæpè publicis rebus,ac priuatis lapſa reparant, & vocantur ob ſapientiam aurei, & ob eloquentiam argentei,multi autem Aduocati reperiuntur pleni ſcientijs, ſed non demonſtrant, & neſciunt, quod

ſcientia

ſcientia abſcondita,& theſaurus inuiſus nullam affert vtilitatem
15 [Eccleſ.cap.21.in fi. & ca. 31.] nemo enim accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt [Matthæi cap.5.] ideoq; qui in diſciplina aliqua diutius laborauerunt, adſtringuntur ex profeſſionis debito, quæ mente conceperunt inſtar ſeminis in lucem pro ferre [Bal. in prælud. feud. col. pri. & Sertorius Quattrimanus *Nelle Rime di Monſig. della Caſa a Camilla Gonzaga* incip. *poiche*, verſ. *Et piu mi fora honor volgerlo altroue fol.* 2. & ſicut triſte eſt diuiti decedere ſine filijs, ita miſerrimum eſt habenti gratiam intellectus poſteris ſuis ideſt ſtudioſis nihil ſcriptum tãquam hæreditarium relinquere
16 [Bal. in prohæm.decret. 2.col.] & ſic ſtatimatq; libri ſunt in lumen editi, ex iure Naturæ eos Author diligat, vti videmus patres naturaliter diligere filios, & Poetas ſua poemata, ita Doctores diligunt naturaliter ſuos libros tanquam proprium opus [Ariſt. Ethicor.li.9.cap.7.& Aegidius Columna in par.2. lib. 2. cap.2.de Regim. Princ.] licet filij eorum ſint fatui, & male organizati, quia propter ſtudium eorum patres habent malum ſtomachum, & ſic habent ſperna crudum, & indigeſtum, per illos generati (vt plurimum) ſunt de mentes, & malæ compleſſionis, cuius oppoſitum eſt Regibus, & filijs Principum [Bellug. ad ſpecul. Princ.rubr.11. num.11] attamen viuentes non acquirunt famam ex ſcriptis, niſi poſtquam mortui fuerint, laudes enim hominum mors inchoat, quia cum corpore moritur inuidia,viuitq; cum corpore, [& Franciſcus Petrarcha ait, in epiſt. 1.lib.epiſt.] a morte hominis viuere incipit humanus fauor,& vitæ finis principium eſt gloriæ, quæ ſi antecœperit, ſingularis quædam, & intempeſtiua res eſt, ſubdit deinde, plus dicam,dum eorum, qui tecum vixerunt, quiſquam ſuperfuerit, cumulatè quidẽ quod appetis, non habebis, cum omnes pariter vrna concluſerit, veniunt qui ſine odio, & ſine inuidia iudicent, ſicut hodie videmus, & ratio eſt, ni fallor, quod multoq; admirationi hominum familiaritas detrahit, fræquens que conuictus.

17 Habent autem Doctores in patria noſtra prærogatiuam, vt in morte ſi relinquant eleemoſinam pro pulſanda Campana magna, cum alijs perſonis debet pulſari tribus vicibus, in ipſis pulſatur nouem vicibus, quod obſeruatur etiã in morte Baronum cuiuslibet loci ſint,& Conſultor habet etiam talem prærogatiuã vti Doctor,habet tamen aliam prærogatiuam loco ſalarij, quod non habet, videlicet vt ſit immu-

T nis

18 nis a gabella farinæ tantum pro duobus modijs frumenti tantum singulis mensibus, & in ecclesia sedet vna, & insimul cum Regimine in vltimo loco Electi vltimi nobilium.

CAPVT SEPTIMVM.

§. 21.

De Officio Procuratoris Ciuitatis ad lites tractatur.

SVMMARIVM.

Procurator Ciuitatis idem est, ac cæteri Procuratores, tenetur præstare bonam fidem, & habet certum salarium num. 1. & *seq.*

Procurator constitutus ad singulas, & omnes causas, etiam ad futuras constitutus censeatur num. 4.

1 Officium Procuratoris Ciuitatis ad lites est notatum in [l. 10. in princ. ff. mand.] in his verbis nihil amplius quam bonam fidem præstare eum oportet, qui procurat, vnde debet boni viri arbitratu defendere Vniuersitatem in iudicio [l. 33. §. ait Prætor. ff. de Procur. & l. 37. cum l. sequen. ff. eo.] & ideo dicit textus ibi nō potest videri boni viri arbitratu litem defendere is, qui actorem
2 frustrando efficiat, ne ad exitum controuersiæ deducatur, & tandem id debet facere, quod Dominus in litem faceret [l. 35. §. defendere ff. eo.

3 Habet autem certum salariũ constitutum ab vniuersitate pro eius labore, & potest esse quilibet, siue Ciuis sit, siue Forensis.

Aduertendum est, quod si fuerit constitutus Procurator ab
4 Vniuersitate ad singulas, & omnes causas, etiam ad futuras constitutus censeatur [Thesaurus in decis. 59. num. 2.]

CAPVT SEPTIMVM.

§. 22.

Sequitur tractare de Officio Syndici mittendi extra Vrbem ad certas causas, pro qua causa debet mitti, circa quæ versatur, & quot creandi sunt.

SVMMARIVM.

Qui possunt creare Syndicos nu. 1.
In parlamento particulari potest concludi, quod mittitur Syndicus ex causis vrgentissimis num. 2.
Vnus ex Regimine discrepando potest petere parlamentum generale, in quo proponendũ est illud negotium, quod fuit propositum in parlamento particulari nu. eod.
Regimen in parlamento particulari non potest destinare Syndicum consanguineum vsq; ad quartum gradum nu. 3.
Legatus, seu Syndicus non potest constitui in parlamento particulari, sed generali pro negotijs tractandis coram Principe num. 4.
Regimen ad quam pœnam incidit, si mittat Syndicum nõ conuocato parlamento nu. 5.
Declarantur causæ vrgentes, & vrgentissimæ, quibus mittitur Sindicus extra Vrbem num. 7. *& seq.*
Quot Sindici mittendi sunt nu. 9.
Qui Sindici possint creari a Regimine num. 10.
Tractatur de iure Siudici, & eius salario nu. 11
Quomodo probatur, quod sit Sindicus nu. 12.
Sindicus missus extra vrbem, & captus ab inimicis & se redemit, an debeat damna resarcire per commune nu. 13.
Tractatur quæstio, si duo Sindici fuerunt missi, & vnus fuit infirmatus propter quod alius fuit necessarius procurare salutem Collegæ an debeat habere salarium nu. 14.
Offerenti, aut procuranti tale officium an debeat dari salarium nu. 15.
Sindico ipsi eiusdem Ciuitatis qui accedit Neapolim an debeat dari salarium nu. 16.

1 IN materia Sindici mittendi extra vrbem ad certas causas, est aduertendũ ad plura, & primo quomodo creatur, & ex quibus causis, & qui possint creare, &

de iure ipsius Sindici pro salario consequendo & alijs damnis sibi obuẽtis ob causas sindicatus.

Quoad primum dicimus sole re Sindicum nobilium proponere in parlamento particulari, an
2 sit mittendus Sindicus verbi gratia Neapolim [Montanar. in prag. 4.nu.13. & in pragm.6. de administr. Vniuer.] Et visa causa vrgentissima concludunt omnes de Regimine mittẽdum esse si vero vnus ex Regimine discreparet potest petere parlamentũ generale, in quo proponendus est, & tali casu non potest amplius tractari de illo negotio in parlamento particulari, & procedit quoq; de alijs negotijs, nã quilibet de Regimine potest vocare parlamentũ generale, & impedire parlamentum particulare, secus vero si omnes concludunt, est tamen aduertendum, quod etiam si duæ partes elegerint personam mittendã, & vnus discreparet, & peteret parlamẽtum generale, non habet locum, nam prius conclusum fuit per omnes mittendum esse Sindicũ, & sic id quod cõcludunt duæ partes, exequutioni demãdabitur.

3 Nota tamen, quod in parlamento particulari Regimen non potest destinare Sindicũ, qui sit filius, pater, vel consanguineus vsque ad quartum gradum vnius ex Regimine [vt per dictam pragmaticam 4.] ne eligantur sui derelictis idoneis [arg. l. falsus tutor §. Iulianus ff. quod falso tutore,] in publico vero parlamento non procedit dicta prag. [Montanar. in d. prag. num.12.]

4 Est etiam aduertendum, quod licet possit cõstitui Sindicus hoc modo prædicto, quando constituitur ad aliquam litem, aut negotium extra vrbem, tamen quãdo mittitur Legatus ad Principem, tunc requiritur parlamẽtum generale Ciuitatis [Montanar. loc.cit. num. 17.] Et requiritur etiam consensus superioris vnde nullus potest ire ad Regem nisi obtenta licentia a Prorege [Capibl. in prag.3. nu.128. de Baron. & ante eum Surgens cap. 25.nu.23. de Neap. Illustr.]

5 Est etiam aduertendum, quod si Regimen non conuocato parlamento mittit Sindicum, aut procuratorẽ, & ei taxat salariũ & soluit, punitur pœna ducatorũ mille, vt dicit [Montanar. in d. prag. 1 nu.24. de administratione Vniuersitatis.]

6 Quoad secundum dicimus nõ esse mittendum nisi ex causa vrgenti, nam cum Regimen teneatur ad instar tutoris, non debet facere ea, quæ diligens pater familias non esset facturus, & cum videamus per diligentes patres fam. non solere mitti Neapolim personas deputatas pro aliquo negotio, nisi negotium sit vrgentissimũ, idem seruandũ est a Regimine, alias teneretur in redditione rationis, quinimo per capitulum [Reg. Alfonsi in

anno

anno 1488. fol.6. n.7. in fi.] ponitur pœna contrauenientibus, negotium vero seu causa vrgentissima dicitur idem esse, quod necessarijssimum, & quod non recipit dilationem, & hoc intelligitur secundum communẽ vsum loquendi, & boni viri arbitratu, nã videmus tutè non posse aliquas causas committi procuratoribus existentibus in Ciuitate Neapolis, nam cum illi sint onerati multitudine negotiorum, nisi adsit persona, quæ ipsos instanter impellat, & vrgeat, non solent negotia grauissima bonũ exitum habere, & hoc ego iudico, quando tractatur aliqua lis cum homine potente, vel causa est maximi momenti, ac præiu-
8 dicij, in istis enim casibus solet mitti Sindicus specialis.

9 Non debent autem mitti duo Sindici, sed vnus, quia frustra fiunt per plura, quæ possunt fieri per pauciora [l.pediculis §.labeo ff. de aureo, & arg. legato,] & dicitur vulgariter segnius expediũt commissa negotia plures

Quoad tertium diximus, eos posse creari Sindicos, qui alias sunt idonei, neq; sibi obstat aliquod requisitum in Regia Prag. quæ loquitur de Sindicis, & Ele-
10 ctis eligendis, quod habet locum in Sindico constituto in parlamento vniuersali, nam ille verè potest dici habere munus publicum, secus in Sindico constituto in parlamento particulari, nam iste ęquiparatur procuratoribus vnde omnis qui potest constitui procurator, potest constitui Sindicus hoc modo, per ea quæ diximus supra.

Quoad vltimum de Iure Sindici, dicimus, quod officiales, & tribunalia, quibus Sindicus diri-
11 gitur debent secundum eorum conscientiam taxare salarium, inspecta qualitate personæ, & negotiorum, ac inspectis diligentijs, & laboribus in ipsis adhibitis, vnde aliter sunt taxanda militi, seu Doctori, qui dum Neapolim accedit, oportet equitare, & habere famulos, & ita fuit taxatum salarium ducatorum quinquaginta pro singulis mensibus, præter expensas accessus, & recessus a Regia Camera Sũmarię, referente dignissimo Præside Mormile, Mario Caputo meo genitori viro prudentissimo, vt refert [Thorus in cõpend. decis. Neap. in verbo salarium an debeatur col.1.fol.494.]

Item nota, quod ducentes literas Sindicatus non debent probare se esse illos, qui in literis no-
12 minantur [arg. eorum] quæ dicuntur de Procuratore per [Boeriũ decis. 154.] sed sufficit quod instrumentum sindicatus sit in forma authentica [Alex. cons. 78.nu.7.lib.5.] literę vero missiuæ quibus scribitur mandatum, debent scribi manu publici Cancellarij nostri firmatæ a Sindicis & Regimine vsq; ad numerũ de-

cem, & debent muniri sigillo Ciuitatis [Guid. Papa decis. 175.] & de materia sigilli vide [Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 57. & seq.]

Sed quæro primo, missus est Sindicus extra vrbem propter negotia communia, qui fuit ca-
13 ptus in itinere, & ab inimicis se redemit, an debeant damna sibi resarciri per commune, & dicendum quod aut directè mittebatur ad loca periculosa, ita quod potuit cogitari hoc de facili posse euenire, & tunc de iure debet fieri emendatio, aut non mittebatur ad loca periculosa, ita quod de hoc potuit præuideri, tunc habet locum [l. inter causas §. non omnia ff. mandati] quia imputantur hæc potius casui fortuito quam mandato, & consequenter non potest prætendere Sindicus, quod sibi reficiantur talia damna, quæ euenerunt casu fortuito, & hæc, quæ diximus procedunt etiam in infirmitate, furto, & alijs casibus fortuitis, verum durante infirmitate currit salarium [l. fi. ff. ad l. Rhodiam de Iactu] vide tamen aliam distinctionem factam per [de Frãchis decis. 146. & ibi Amendol. Petr. ad decis. Gramm. 3. num. 6. & Capibl. in pra. 1. n. 57. de Bar.

Secundo quęro, si fuerunt missi duo Sindici, & vnus ipsorum infirmatur, alter vero expecta-
14 uit infirmum, an sanus debeat habere salarium pro eodem tempore, quo fuit necessarius socio infirmo in salute, & dicendũ est, quod sic [Montanar. in d. prag. 1. num. 40. de administr. Vniuer. citat Alberic. in l. si cui §. tamdiu ff. ex quib. caus. maior.]

Tertio quæro quid si quis obtulisset, vel procurasset officium prædictum Sindicatus, vtrum de-
15 beat sibi dari salarium pro tempore infirmitatis, & dicendũ quod non debet habere, & ratio est, quia tunc eius officium dicitur voluntarium, & non necessarium, & quemadmodum Dominus non tenetur ad salarium famulo pro tempore infirmitatis, licet modicas expensas teneatur facere in infirmitate, sic dicendum est de hoc, qui est similis famulo, & procuratori, qui voluntariè mandatum suscepit, & facit doctrina [Montan. in d. prag. 1. nu. 25, cum pluribus sequent. allegat Bar. in l. si cum dotem §. sin autem ff. solu. matr. Abb. in cap. 1. de Cler. Ægrot. l. inter causas §. non omnia ff. mãdati l. & quidata ff. ex quib. caus. maior. Bar. in d. §. non omnia, l. vniuersit. C. de legat. lib. 10. Felyn. in cap. fin. nu. 3. vers. & hinc est de testibus & l. fi. ff. ad l. Rhod. de Iact.]

Quarto quæro, si Sindicus Ciuitatis accedat Neapolim, & nõ mittat alium Sindicum, vtrum
16 debeat habere salarium, & dicendum est, quod non debet habere salarium, & ratio est in

prom-

promptu, quia esse Sindicum est munus personale, & munera personalia non admittunt salarium, sed tamen licet non debeat habere salarium, debent sibi erogari expensæ pro accessu, & recessu, ac mora, & alijs necessarijs, & debet etiam habere victum necessarium pro se, & suis famulis, quemadmodũ fit in alijs, qui sub stinent munus publicum, quia nõ debent peregrinari extra patriã proprijs sumptibus, vt dicimus de tutore, & curatore, & ita debet intelligi dictum [Montanari in d. prag. 1. num. 48.] & sic seruatur in patria mea, quod assignantur sibi ducati quinquaginta pro singulis mensibus, vt supra diximus.

CAPVT SEPTIMVM.

§. 23.

De Officio Legati, seu Ambasciatoris quid sit, & vnde sit dictum, late tractatur.

SVMMARIVM.

Legati vnde dicuntur nu. 1. & 2.

Legati, *& Ambasciatores idem sũt num. 3.*

Legati non possunt mitti ad Regem sine licentia Proregis nu. eod.

Plures quam terni Legati non possunt mitti num. 4.

Qui non possunt postulare, neque possunt mitti Legati nu. 4. & 5

Legati ad quos mittendi sunt, vbi de obseruantia in Ciuitate Cosentiæ num. 6.

In materia talium Legatorum possunt tractari quæstiones tractatæ supra in materia Sindici missi extra vrbem, & ibi datur responsio num. 7.

Conductori *absenti causa Reipublicæ competit beneficium restitutionis in integrum nu. 8*

1 Legati dicti sunt a legando, quod significat propriam authoritatem alicui demãdare, vnde qui alicuius vicem gerunt idest Vicarij Legati dicuntur, quos vulgus Locumtenentes appellat, cuiusmodi erant olim apud Procõsules, apud Imperatores exercit', & similes, & hos fiduciariam operã obtinere dixit [Cæsar lib. 2. de Bello Ciuili] propterea quod præsente eo cuius est Legatus, siue Locũtenens, cedere eum oportet, & 2 quia qui ad aliquem mittuntur vel a Regibus, vel ab Vniuersitatibus, vel a quibuscumq; corporibus plena eorum auctoritate funguntur, a quibus missi sunt, vsu venit, vt Legati dicerentur

T 4 [Sur-

[Surgē. in cap. 25. nu. 1. de Neap. Illuſtr.] qui late tractat more ſuo materiam legatorū, alio nomine vocantur Ambaſciatores, & ita vocauit Regina Ioāna per [priuileg. conceſſum nobis 1381
3 fol. 2.] hi Legati, ſeu Ambaſciatores debent habere à Regimine inſtructiones, quæ omnino regiſtrari debent in libro deputato ſuper hac materia, vt in futurum habeatur exemplum, ſic fuit ordinatum [per Reg. Ferdinandū anno 1509. fol. 87. a ter. num. 4.] & vt diximus ſupra hi Legati nō poterunt mitti ad Regem, niſi cum licentia Proregis Regni, quod concordat cum iure communi, vt habetur [in l. 5. C. de legatio. & l. 6. C. eodem.]

4 Habetur autem in Iure communi [l. 4. §. fi. ff. de legatio.] ne plures quam terni Legati mittātur, & vt ordo in legationibus iniūgendis ſeruetur, & de eo qui legatione functus eſt per bienniū excuſando proponitur [in l. 8. in princ. ff. de legat. & l. 12. ff. de vacation. & excuſat. muner.] hi autem quibus non eſt ius poſtulandi legatione fungi non poſſe cōſtat vt [l. 4. de legat.]

5 Qui vero non poſſunt poſtulare, habetur in [l. 1. ff. de poſtulando, & toto eius titulo,] quod intelligitur de his, qui non poſſunt poſtulare, non ratione dignitatis, ſed ratione ætatis, infamię, vel ſexus, vnde dicitur [in d. l. 4] in arenam miſſum nō iure Legatum eſſe, nam honor conſiſtit in adeundo Principem, & alias illuſtres perſonas, & ideo non debēt ad eum mitti perſonę turpes, vel minores, vel fœminæ, vel cœci, muti, aut ſurdi, vt habetur [in d. tit. ff. de poſtulan. nam in d. l. 1. ff. de poſtulando] dicitur illum titulum propoſitum fuiſſe a Prætore habēdæ rationis cauſæ, ſuæ que dignitatis tuendæ, & decoris cauſa, ne ſine dilectu paſſim apud ſe poſtuletur, quod ſi hoc habet locum in his, qui poſtulāt coram Prætore, quanto magis debet habere locum in his, qui poſtulant coram Principe, & alijs perſonis illuſtribus, ad quas ſolent mitti Legati.

6 Solent autem mitti nō ſolum ad Principem, ſeu Regem, ſed etiam ad Cardinales, Proreges Regni, & in aduentu Archiepiſcopi, & Præſidis Prouinciæ, in quibus conſiſtit honor, vt dixit [Plat. in rub. C. de præpoſi. Sacr. Cubicul. lib. 12.] ideoq; a Regimine ſolent deſtinari duo Legati nobilis, & popularis ad recipiendum Archiepiſcopū, & Præſidem in primo eius aduentu, ſolus autem nobilis loquitur, qui ſemper præfertur [l. honor ff. de muner. & honor. Caſſa. in catal. gl. mūd. pa. 8. cōſid. 7.] ſicut Neapoli obſeruatur [Surgens in d. c. 25. n. 15.] vnde ſex Electi Neapolis ſolent obuiam ire Proregi Caietam, nos verò Paulam, vel ad Caſtrouillarū, aut ad Altiliā,

&

& comitanĕ nostri Legati Archiepiscopũ, seù Prĕsidē, vsq; ad flumē Campagnani distans duo miliaria à Ciuitate, & in quo loco reperitur Regimen nostrũ, cui cedũt Legati, & hoc munus Legatorum dicitur munus publicũ, à quo neminem excusare licet, quemadmodum in alijs muneribus publicis [glos. in l. si quis decurio C. de decurio. lib. 12.]

7 Circa istos Legatos, & Ambasciatores occurrit dubiũ, quod supra proposuimus in materia Syndicorũ missorum Neapolim ob lites v3. si ipsi Legati fuerunt capti ab hostibus, & se redimerũt pro certa sũma, vtrũ Ciuitas teneatur ei soluere dictam summam; & licet hæc quæstio fuerit, vt supra tractata, tamen est aduertendum, quod aliud dicitur de Syndicis missis Neapolim propter negotia, aliud de Legatis, nã si illi Syndici æquiparantur Procuratoribus, potest de eis habere locum [tex. in l. inter causas, §. non omnia ff. mãdati,] vt diximus supra in primo quæro, si vero loquamur de Legatis qui dicuntur habere munus publicum, & sic officium necessarium potest in eis distingui, vt si officium affectauerunt, non debent habere, quos soluerunt pro redemptione, secus si non fuit affectatio, vt dixit [de Franch. in decis. 149. n. 1. & Petra ad Grãm. decis. 3. nu. 7.] & ante eũ [Card. Paris. cons. 159. nu. 30. & seq.] & eadē ratione si infirmetur in itinere, quia debet curari expensis Reipublicæ [Paris de Puteo in tract. de Syndicatu in verbo Nũcius cap. 1. nu. 5. fol. 246.]

Sed quæro, numquid beneficiũ restitutionis in integrũ Cõductori cõpetere possit, & sic ex clausula saltim generali legitimè impedito, & dicēdũ qđ sic, puta Cõdu-

8 ctor carceratus restituitur, Item absēs Cõductor causa Reipublicæ, vel legationis restituitur, nec tenetur dimittere Procuratorē, [Caroc. in p. 3. in tit. de restit. in inte. n. j. & seq. de loca. & cõduc.]

CAPVT SEPTIMVM.

§. 24.

Officium Casce rij, seù Deputati pecuniæ Ciuitatis explicatur, et assignatur causa, quare fuit repertum hoc officium de iure communi.

SVMMARIVM.

Hoc officium fuit repertum de iure cõi ad cõmodũ debitorũ, nu. j.

Cascerius ad quæ debet aduertere, ne ipse, & alij incidant in pœnã, etiã vitæ n. 2. & seq. vbi explicatur quãdo dicitur pecunia conuersa in proprios vsus, & aliorum de Regimine.

Officium Cascerij est munus personale publicum, et non datur recusatio neq; excusatio, nu. 5.

Casserius credẽdus est plenus facultatibus, et fidelitate, ne ipsum Regimen teneatur, nu.6.
Ad tale officium admittũtur omnes absq; nulla distinctione, nu.eo.
Casserij debent habere ante oculos pragmaticã Comitis de Lemos, vbi explicatur, nu.7.
Liber Casserij quam fidem facit, & an credatur de eo non tangẽte ad officium suum, nu.8.
Casserij non possunt soluere vltra medium ducatum absq; mãdato Regiminis, & qualiter debet fieri tale mandatum, & de potestate, quæ conceditur Syndicis Ciuitatis Cosentiæ à Regimine faciendi talia mandata nõie omniũ, quãdo valeat talis potestas concedi, tractatur n.9.
Assignatur modus soluendi functiones fiscales, ante omnia, & postea de alijs creditis, & de pœna contrauenientium, & licẽtia, quæ solet obtineri, n.10.

1 IN primo parlamẽto particulari faciendo p Dños de Regimine postquã fuerunt electi, solet creari Casserius, seu Deputat' pecuniæ Ciuitatis nostræ, & fuit repertũ tale officiũ de iure cõi, vt debitores possint facilè soluere, alias possent per officiũ Iudicis cogere Vniuersitatem, vt constituat Casseriũ, cui possunt soluere [Rip.in l.1.§.si autẽ col-
2 legiũ nu.9.ff.ad Trebell] & aduertere debet Casserius, ne pęcunias publicas proprijs vsibus applicet [cap. qui manumittit 12. q.2.Capy.dec.152.n.5.]& propterea si Casserius mutuauit ad propriã vtilitatẽ Syndico, vel alicui de Regimine, punitur tã ipse, quã accipiens [l.1.C.de his, quæ ex publ.col.lib.xj.] verũ si Casserius mutuauit extraneo, tunc tãtũ punitur Casserius [Foller. in
3 prag.5.n.4.de adminis. Vniuer.] & pęna Casserij est, qñ pecuniã Vniuersitatis cõuertit ad suũ vsũ, vel ad vsũ nõ deputatũ, vt puniatẽ pœna furti, vel peculatus, vnde si Vniuersitas dedit alicui pecuniam pro emendo frumento, & ille soluit suis creditorib', dicta pœna tenetur [l.falsos §.1.ff. de furtis, & l.si is cui C.de furtis,]
4 quæ iura determinãt, quod si soluitur pecunia Procuratori, vt illam solueret creditori, si ad vsus suos cõuertit facit furtũ, per quæ iura fuit suspensus quidã Iuuenis Bononiæ, & Florianus, & Ioãnes de Imola nõ valuerunt eũ defendere, vt refert [Ias. in l.eius qui §.quas vero nu.7. ff. si cer. peta. Bellonus cons. 32.nu. 13.& 14. arg.l.tutor qui repertorium §.si quas vsuras ff. de adminis. tut. Plot.in l.si quando nu.209. vers. poterit etiã ad litẽ, & nu.533.C. vnde vi, Socc. cons.190. incipit memini col.2.vers. quarto quia vol.2. Ari. Pinel.l.2.3.par. c.1. n.29. & seq.C.de resc. vẽd.Dec. cons.373.& Caualc. in tract. de tutore, & curat. nu.116.& Paschal.in 3.p. c.9.nu.30.& 31.de

de pat.potest.] sed si ipse Cascerius est creditor Vniuersitatis debet à se ipso exigere [Bal.in l. 70.nu.2.& 3.ff.de fideiussor.]

5 Vlterius est notandū pro officio Cascerij, qđ eius officiū est munus publicū personale, vnde nō potest illud renuere, aliàs incidit in pœnā [tex. in l.si ad Magistratum,& l.ex omnib.domib. C.de decurio. lib. 10.] & ipsum nō excusat neq; ætas, neq; dignitas, neq; infamia, vt dixit [Bar.in l. 1.nu.18.C.de muner.& in quo

6 loco lib. 10.] quod intelligitur respectu excusationis, sed officiū Regiminis est creare Casceriū, qui sit diues,& fidelis, aliàs teneretur ipsum Regimē, ad hoc tamen officium non est necessariū, quod quis sit nobilis, vel popularis, vel Ciuis, nā vnusquisq; potest esse Cascerius, dumtamen eligatur persona idonea facultatibus,& bonæ famæ.

7 Insuper aduertatur [ad Pragmaticā Excellentiss. Dñi Comitis de Lemos Iunioris in tit. de Cōmissar. in prag.8.§.*& per facilitare*, vbi expresse prohibetur ne Syndici, & Electi aliquid disponant de pecunia Vniuersitatis ad alium effectum, quā pro soluendis fiscalibus,& debitis priuatis,& ideò prohibitum est sub pœnis in ea contentis Cascerio soluere alijs, verum existēte causa necessaria, scilicet pro salarijs Aduocatorum, Procuratorum, Cancellarij, Prædicatorum, Porteriorū, pro accōmodatione viarum, fontium, & horologiorum debet adire Proregē Regni, qui concedit licentiam, vt solet concedi, vt dixit [Thorus in verbo Syndici terrarum col.2.fol.512. in Compendio decis. Neap.]

8 Porrò est aduertendum, quod liber Cascerij facit plenā fidem, licet nō sit persona publica [Bar. in l.quoniā §.nummularios in fi. ff.de edendo,] quē refert [Montan.in d.prag.5.§.4.nu.4.] quod intelligitur circa ea, quæ pertinent ad officium Cascerij, nam si scriberet de mutuo, vel deposito, quia non est de officio suo, non est ei credendum argum.eorum quæ dicit [Stracchа de mercatur.in tit.quādo in causa mercatoris procedendum sit nu.4.

9 Est etiam aduertendum, quod Cascerius non potest soluere vltra medium ducatum absq; mādato Regiminis, quod debet esse in scriptis, & subscriptum [l.1. C. de canon. largit. & d.prag.5. §.3. & 4.] sed solent aliquando omnes de Regimine dare potestatem Syndicis solis, aut cum aliquibus Electis, quod faciunt mandata nomine omnium, sed talis potestas non est concedēda semper, quinimò est contra formam [capit. Ducis Calabriæ in anno 1472.num.11.& 12.fol.26 à terg.] possunt tamen Syndici medium ducatū expēdere absq; mandato totius Regiminis, [vt in d.pragmat.] sed quæritur, an in hoc mandato debeāt interuenire singuli Electi, aut sufficiat

maior pars illorum, [vide Decium conf. 297.]

10 Præterea est aduertendum, quod primo debēt solui functiones fiscales Regiæ Curiæ, aliàs incidunt in pœnam contentā [in pragmat. prædicta Comitis de Lemos,] & nisi prius sint solutæ functiones fiscales, nullo modo Regimen potest vti pecunia in alios vsus Vniuersitatis, sed solet, vt dixi, obtinere licentiam à Prorege Regni, eiusq; Collaterali Consilio, deinde soluit tertias creditoribus Vniuersitatis seruata forma [d. Prag. 5. §. 14. et per capit. Ducis Calabriæ anno 1472. n. 11. fol. 26. à ter. & 1476. nu. 5. fol. 42. à ter. & Foller. in d. prag. 5. nu. 5.]

CAPVT SEPTIMVM.

§. 25.

Sequitur narrare de officio Deputatorum pro refectione murorum Ciuitatis, & quid sit.

SVMMARIVM.

Muri Ciuitatis dicūtur esse diuini iuris, & quid inde resultet, n. 1.

Collecta imponitur pro uiribus patrimonij cuiusq; Ciuiū pro refectione murorum, & nullus potest se excusare à tali collecta, nu. 2.

In Muris Ciuitatis an possit ædificari, nu. 3.

1 MVri, & portæ Ciuitatis in iure dicūtur diuini iuris esse, & ideo in nullius bonis sūt [instit. de rer. diuis. §. Sanctæ,] vnde non debent sine permissu Principis refici, vel aliquid illis iungi, vel supponi, nisi adsit auctoritas Præsidis [l. 9. §. penul. ff. de rer. diuis.] & cum est necessarium muros extrui, vel

2 reparari debet fieri collecta pro viribus patrimonij cuiusq; Ciuiū, [vt in l. 11. C. de ope. publ.] et nemo potest prætēdere excusationem ab huiusmodi munere [d. l. 11.] quinimò [in l. 10. eod. tit.] per Principem iubetur, q̄d de redditib⁹ fundorum iuris Reipublicæ tertia pars deputetur reparationi publicorum Mœnium, et concordat [l. 3. C. de diuers. præd. Vrban.] nec debent muri

3 habitari tamquam Sancti [l. 3. ff. ne quid in loco sacro fiat,] potest tamen statuto, vel cōsuetudine permitti, quod in muris Ciuitatis, vel Castri possit ædificari, et etiam refici sine Principis, vel Præsidis auctoritate [l. sacra §. muros ff. de rer. diuis. et Bald. ibi,] et per hoc nostra Ciuitas creat Deputatos nobilem, et popularem ad refectionem murorum, et hoc solet fieri ab omnibus Ciuitatibus muratis [Montanar. in pragm. 2. nu. 95. de administr. Vniuers.]

CA-

CAPVT SEPTIMVM.

§. 26.

Explicatur officium Deputatorum in materia nobilitatis, quid sit.

SVMMARIVM.

Deputati in materia nobilitatis bene possunt dici esse procuratores nobilitatis, & ideo possunt applicari ipsis omnia iura loquentia de Procuratoribus, et Actoribus, nu. 1. et 2.

1 QVia solent multoties moueri lites de nobilitate per multos pretendentes se adscribi in libro nobilium, & perinde gaude re debere honoribus sedilis nostri, ideò nobilitas nostra solet deputare duos, aut quatuor nobiles de sedili, qui curam habeãt ipsarum litium, & tales possunt dici Procuratores, seu Actores
2 nobilitatis in causis ipsius, & possunt applicari omnia, quæ dicuntur de Procuratoribus, & Actoribus, & habent potestatem faciendi Procuratores, & Syndicos in causis tantum nobilitatis, & ita seruatur, vt diximus [supra in c. 1. §. 1. xij. quæro nu. 51. & 52. col. 2. fol. 46.]

CAPVT SEPTIMVM.

§. 27.

Latissimè tractatur de Officio Deputatorum pro imponendis talleis, collectis, gabellis, & recognoscendis grauaminibus.

SVMMARIVM.

Quid sit collecta, & de eius origine, & de iure collectarũ tractatur in num. 1.

Proponitur de iure, quod habent Reges in Regnis, quod potest cognosci ex principio acquisitionis, & quot sint talia principia, nu. 2. et seq.

Tria iura sequũtur ex supradictis; primum est ius ciuiũ Romanorum, secundum est ius Latij, et Italicum, tertium est ius municipale, nu. 5.

Declaratur Ius, quo Rex noster cõsequutus fuit Regnũ, et quod ius habeat in Regno, nu. 6. 7. 8. et 9.

Collecta est munus personale pro rebus, et ponitur ius collectarum, num. 10.

Ius

1 AD cognitionē officij Deputatorum pro imponendis collectis, quia non potest rectè imponi collecta, nisi prius sciatur quid sit collecta, & de eius origine, & iure collectarum, propterea antequam ad officium deputatorum deueniamus, oportet videre de collectis, earum origine, & Iure, ex qua cognitione omnia, quæ sequentur, dependent.

2 Et primo dicimus, quod de iure, quod habet Rex in suo Regno non potest sciri, nisi sciatur quomodo Regnum acquisiuerit, aliqui autem Reges acquirunt Regna per bellum, & tunc ex iure belli cōsequuntur, vt possint subditis omnia iura licita imponere, quę Regi placuerint, aliquando verò Rex acquirit Regnum ex electione ipsorum populorū, qui eligunt sibi Regem, vnde dicitur de Regibus Hispaniarum, quod eripuerunt Regnum è faucibus hostium, nam postquam fuit occupata tota Hispania à Mauris, multi nobiles Hispaniarum cęperunt paulatim bellum inire cum Mauris, & in multis cęperunt esse victores, auxilio
3 Beati Iacobi Apostoli, vnde post quam eripuerūt Regnum ab hostibus, elexerunt sibi Regem, & in hoc Rege non potest dici, quod potest facere omnia, quæ velit, cum non acceperit Regnū iure belli, sed per electionem, & cōsequenter habet illa iura, quæ sibi fuere constituta tempore electionis, quidam porrò Reges acquirunt Regna ex fędere, veluti cum inito bello inter aliquam prouinciam, postea tandem veniunt ad fędus, & vna prouincia vnitur alteri prouinciæ, siuè alteri Regi, vel cum libertate, &
4 tunc dicitur vniri tanquā socia, & sic inter ipsas prouincias adest ius societatis, & ita fędera societatis, prout tempore Romanorum erat societas inter Latium, & Romanos, & qui erant in Latio, dicebantur habere ius Latij, aliquando verò fiunt fędera cum aliqua subiectione, seù tributo, & tunc vna prouincia fit subdita alteri, & quando præstatur tributum, tunc arguitur subiectio [c. omnis anima de cēsibus,] & eo modo, & forma quo fœdera fuerunt inita, debēt seruari, nec possunt immutari, ex quibus habemus tria iura, ius Ciuitatis Romanæ, ius Latij, ius Italicum, & ius Prouinciale.

5 Ius Ciuitatis dicuntur habere illæ Prouinciæ, seù illa Regimina, quæ nulli subijciuntur, sed sunt libera, & omnia, quæ faciūt, ad propriam vtilitatem faciunt, ius Latij, & ius Italicum habent illæ prouinciæ, quæ vniuntur cū altera prouincia tanquam vnus socius cum altero socio, ius verò prouinciale est ius subiectionis,

6 nis, vt est ius serui cum Dño; ex quibus, vt veniamus ad nostrum propositum, est sciẽdum quo iure Rex noster Inuictissimus consequutus fuit Regnum, & dicendum illud habuisse à Romana Ecclesia in feudum, & per hoc illud ius habere in Regno, quod sibi dedit Romana Ecclesia, Romana autẽ Ecclesia habuit Regnum ex donatione Constãtini, tẽpore verò Constantini Regnũ regebatur iure Romano, & in Regno habebat locum ius Italicum, nõ autem ius Prouinciale, vt hæc omnia constare possunt ex his, quæ dicit [Carolus Sigonius in tract. de iure Ciuium Romanor. de iure Italiæ, & de iure
7 Prouinciali,] & hæc sunt fundamenta ad sciẽdum ius, quod habet Rex in Regno, nunc alio sũpto initio dicendum, quod Rex in quãtum Rex habet in Regno regalia, vnde Romana Ecclesia cum infeudauit Regem de hoc Regno, trãstulit in eum oĩa regalia, & sic solo noĩe Regis cõsequitur Rex in Regno, vt possit oĩa facere, quæ conueniunt Regi, in
8 quantũ Rex est, & Rex vti Rex repræsentat totũ corpus Reipublicæ, vnde oẽs partes Reipublicæ sunt ordinatæ ad totũ, quẽadmodũ in corpore oẽs partes sũt ad totum corpus ordinatæ, & ob hanc causam Rex potest oĩa ea facere, quæ expediunt pro cõseruatione totius Regni, & sic oẽs partes Reipublicæ ordinare ad totũ conseruandũ, & propterea cũ munus Regis præcipuũ sit defendere Rẽpublicã ab hostib', & hoc fieri nõ possit, nisi adsit pecunia ad sustinendã militiã, ob id Rex debet dictã pecuniã habere ex Regno, & quẽadmodũ cũ na-
9 uis periclitatur in mare, fuit ordinatũ per [l. Rhodiã de iactu,] qđ per omniũ cõtributionẽ fiat reparatio iacturæ, quæ fit in mare ratione leuandæ nauis, ita ut vnusquisq; cõtribuat, habita ratione ad bona, quę habet in naui, sic dicendũ est in Republica eadẽ ratione, vt vnusquisq; teneatur pro bonis, quę habet in Republica contribuere ad expensas quæ fiunt causa cõseruandi Rẽpublicã, & hoc de causa Doctores cũ volunt arguere ad materiã collectarũ, accipiunt argumentũ ex titulo [ff. ad l. Rhodiã de iactu,] vt videre poteritis apud [Andr. de Iser. & Afflict. in tit. quæ sunt regalia in verbo, & plaustrorũ.]

Ex quib' conclusiuè procedendo dicimus primo, collectã esse
10 mun' personale pro reb', ita vt nõ possit cogi ad soluendã collectã, nisi subdit' rõne tñ habita ad bona, quę hẽt in Republica, [Bar. in l. j. C. de muner. & in quo loco, Fab. de Anna cõs. 60. in 1. lib. n. j. & seq.] & collecta in Regno fuit antiquissima, & erat munus ordinariũ, vt dicit [Luc. de Pen. in l. j. n. 3. C. de indictio. lib. 10.] & fuit imposita ab Imperatore Federico, [vt per Iser. in c. 1. vers. extra-

V ordina-

1 AD cognitionẽ officij Deputatorum pro imponendis collectis, quia non potest rectè imponi collecta, nisi prius sciatur quid sit collecta, & de eius origine, & iure collectarum, propterea antequam ad officium deputatorum deueniamus, oportet, videre de collectis, earum origine, & Iure, ex qua cognitione omnia, quæ sequentur, dependent.

2 Et primo dicimus, quod de iure, quod habet Rex in suo Regno non potest sciri, nisi sciatur quomodo Regnum acquisiuerit, aliqui autem Reges acquirunt Regna per bellum, & tunc ex iure belli cõsequuntur, vt possint subditis omnia iura licita imponere, quę Regi placuerint, aliquando verò Rex acquirit Regnum ex electione ipsorum populorũ, qui eligunt sibi Regem, vnde dicitur de Regibus Hispaniarum, quod eripuerunt Regnum è faucibus hostium, nam postquam fuit occupata tota Hispania à Mauris, multi nobiles Hispaniarum cęperunt paulatim bellum inire cum Mauris, & in multis cęperunt esse victores, auxilio
3 Beati Iacobi Apostoli, vnde postquam eripuerũt Regnum ab hostibus, elexerunt sibi Regem, & in hoc Rege non potest dici, quod potest facere omnia, quæ velit, cum non acceperit Regnũ iure belli, sed per electionem, & cõsequenter habet illa iura, quæ sibi fuere constituta tempore electionis, quidam porrò Reges acquirunt Regna ex fędere, veluti cum inito bello inter aliquam prouinciam, postea tandem veniunt ad fędus, & vna prouincia vnitur alteri prouinciæ, siuè alteri Regi, vel cum libertate, &
4 tunc dicitur vniri tanquã socia, & sic inter ipsas prouincias adest ius societatis, & ita fędera societatis, prout tempore Romanorum erat societas inter Latium, & Romanos, & qui erant in Latio, dicebantur habere ius Latij, aliquando verò fiunt fędera cum aliqua subiectione, seù tributo, & tunc vna prouincia fit subdita alteri, & quando præstatur tributum, tunc arguitur subiectio [c. omnis anima de cẽsibus,] & eo modo, & forma quo fœdera fuerunt inita, debẽt seruari, nec possunt immutari, ex quibus habemus tria iura, ius Ciuitatis Romanæ, ius Latij, ius Italicum, & ius Prouinciale.

5 Ius Ciuitatis dicuntur habere illæ Prouinciæ, seù illa Regimina, quæ nulli subijciuntur, sed sunt libera, & omnia, quæ faciũt, ad propriam vtilitatem faciunt, ius Latij, & ius Italicum habent illæ prouinciæ, quæ vniuntur cũ altera prouincia tanquam vnus socius cum altero socio, ius verò prouinciale est ius subiectionis,

6 nis,vt eſt ius ſerui cum Dño; ex quibus,vt veniamus ad noſtrum propoſitum,eſt ſciẽdum quo iure Rex noſter Inuictiſſimus conſequutus fuit Regnum, & dicendum illud habuiſſe à Romana Eccleſia in feudum,& per hoc illud ius habere in Regno, quod ſibi dedit Romana Eccleſia,Romana autẽ Eccleſia habuit Regnum ex donatione Conſtãtini, tẽpore verò Conſtantini Regnũ regebatur iure Romano, & in Regno habebat locum ius Italicum, nõ autem ius Prouinciale, vt hæc omnia conſtare poſſunt ex his,quæ dicit [Carolus Sigonius in tract. de iure Ciuium Romanor. de iure Italiæ, & de iure
7 Prouinciali,] & hæc ſunt fundamenta ad ſciẽdum ius, quod habet Rex in Regno, nunc alio ſũpto initio dicendum, quod Rex in quãtum Rex habet in Regno regalia, vnde Romana Eccleſia cum infeudauit Regem de hoc Regno,trãſtulit in eum oĩa regalia,& ſic ſolo noĩe Regis cõſequitur Rex in Regno, vt poſſit oĩa facere,quæ conueniunt Regi, in
8 quantũ Rex eſt, & Rex vti Rex repræſentat totũ corpus Reipublicæ,vnde oẽs partes Reipublicæ ſunt ordinatæ ad totũ,queẽadmodũ in corpore oẽs partes sũt ad totum corpus ordinatæ,& ob hanc cauſam Rex poteſt oĩa ea facere,quæ expediunt pro cõſeruatione totius Regni, & ſic oẽs partes Reipublicæ ordinare ad totũ conſeruandũ, & propterea cũ munus Regis pręcipuũ ſit defendere Rẽpublicã ab hoſtib⁹,& hoc fieri nõ poſſit,niſi adſit pecunia ad ſubſtinendã militiã, ob id Rex debet dictã pecuniã habere ex Regno,& queãdmodũ cũ na-
9 uis periclitatur in mare, fuit ordinatũ per [l. Rhodiã de iactu,] qđ per omniũ cõtributionẽ fiat reparatio iacturæ, quæ fit in mare ratione leuandæ nauis, ita ut vnuſquiſq; cõtribuat, habita ratione ad bona,quę habet in nauiſic dicendũ eſt in Republica eadẽ ratione, vt vnuſquiſq; teneat pro bonis,quę habet in Republica contribuere ad expenſas quæ fiunt cauſa cõſeruandi Rẽpublicã, & hoc de cauſa Doctores cũ volunt arguere ad materiã collectarũ,accipiunt argumentũ ex titulo [ff. ad l. Rhodiã de iactu,] vt videre poteritis apud [Andr. de Iſer.& Afflict. in tit. quæ ſunt regalia in verbo, & plauſtrorũ.]

Ex quib⁹ concluſiuè procedendo dicimus primo, collectã eſſe
10 mun⁹ perſonale pro reb⁹, ita vt nõ poſſit cogi ad ſoluendã collectã,niſi ſubdit⁹ rõne tñ habita ad bona,quę hẽt in Republica,[Bar. in l. j. C. de muner. & in quo loco, Fab. de Anna cõſ. 60. in 1. lib. n. j. & ſeq.] & collecta in Regno fuit antiquiſſima,& erat munus ordinariũ,vt dicit [Luc. de Pen. in l. j. n. 3. C. de indictio. lib. 10.] & fuit impoſita ab Imperatore Federico,[vt per Iſer. in c. 1. verſ. extra-

ordinaria collatio in princ.n.62. quæ sint regalia,]& durauit vsq; ad tẽpus Alphõsi Primi, qui im-
11 posuit onus focularior um loco collectarũ anno 1442. vt habet [in cap.Neap.fol.4.à ter.in c.1.] in illis verbis *alla parte, ò articolo, che risguarda del prouedere alla sustẽtatione opportuna per cõseruatione, & essaltatione del Stato vostro, & bene della Republica di questo vostro Reame respondono, &c. che li pareria de fatto se con essa Maestà l'haue per accetto offerirno alla vostra predetta Maestà di dar ogn'anno dieci carlini per fuoco, cõ questo, ch'essa Maestà debbia dare ogn'anno ad ogni focolare tumolo vno di sale, &c.* & sic collectæ in Regno soluũtur pro focularibus, vnde qui nõ habet foculare in Regno, non debet soluere collectã, dicitur autẽ habe-
12 re foculare ille, q habet larẽ, vel domiciliũ, domiciliũ verò diximus acquiri solo animo, ita vt statimatq; quis habet animum stãdi in loco cum tota sua familia, dr in illo loco, in quo stat habere foculare, seu domicilium, & hæc hñt locum, secundum tenorẽ dicti Capituli, s. pro illa collecta, quę debetur Regi pcõseruatione Regni, vnde Forẽses nõ tenẽtur soluere hoc ius focularis,
13 cum soluatur rõne focularis, & cum Forẽses nõ habẽt foculare, ideò nõ debẽt soluere, Sed quæritur, an debeãt soluere ratione bonorum, quæ possidẽt in territorio, & prò quota parte soluere debent, & dicendum munera diuidi, nã alia dicuntur personalia, alia realia, seu patrimonialia, & alia mixta, vt dr [in l.1.ff.de muner.& honor.]& munera psonalia dicunt, quæ sine aliqua cõtri-
14 butione sola psona præstat ratione subiectionis, & talia munera non subditus, nec habẽs incolatum non præstat, vnde dr [in l. 17.§.sola ratio ff.ad munici.] qd sola ratio possessionis ciuilibus muneribus possessori iniungẽdis citra priuilegium speciale Ciuitati datum idonea non est; circa vero patrimonialia est aduertẽ-
15 dum, qd quædã munera possessoribus iniunguntur, quædã nõ nisi municipibus, vel incolis, in tributiones quæ ex agris fiunt, vel ædificijs possessorib⁹ indicuntur, munera verò quæ patrimoniorũ habentur nõ alijs, quã municipibus, vel incolis, hæc sũt verba expressa [in l.6.§.fi.ff.de muner.& honor. itẽ in l.18.§.patrimonio-
16 rũ, ff.eo.] dr patrimoniorũ munera duplicia esse, nã quędã ex munerib⁹ possessionibus, siuè patrimonijs indicũtur veluti ad minales equi, vel mulæ, & angariæ, atq; veredi, huiusmodi igit obsequia, & hi qui neq; municipes, neq; incolę sũt, agnoscere cogũtur, sed & eos, qui fęnus exercẽt, & si veterani sint, in tributione huiusmodi agnoscere debere sępè rescriptum est, ab huiusmodi mune-

muneribus, neq; Principi laris, 17 neq; veteranus, aut miles aliusuè qui priuilegio aliquo submissus est, nec Pontifex excusatur, præterea habent quædam Ciuitates prærogatiuam, vt hi qui in territorio earum possident certum quid frumenti pro mensura agri per singulos annos præbeãt, quod genus collationis munus possessionis est, ex quibus habemus plures cõclusiones elicere, quas determinatim proponere destinauimus.

Prima conclusio, illa munera 18 dicuntur posse indici omnibus possessoribus etiam quod non sint municipes, neq; incolæ quæ ex agris fiunt, vel ædificijs, verbi gratia si dicatur, quod pro quolibet ædificio quis soluat tot ducatos, vel ꝓ quolibet iugero terræ quis soluat tot stadios frumẽti, hoc casu etiam forensis tenetur soluere, nã munus non est in dictum forensi, sed ædificio, & agro vt dicitur [in d.l.6. §.fi.ff.de muner.& honor.] in tributiones quæ ex agris fiunt, vel ædificijs possessoribus indicuntur, munera verò quæ patrimoniorum habẽtur nõ alijs quã municipibus, vel incolis ex quibus resultat.

Secunda conclusio, quod si indicatur aliquod munus, quod nõ soluatur ex rebus, sed persona 19 soluat, etiam quod soluat habita ratione rerum, tamẽ tale munus extera persona nõ soluit per dicta [in d.§.fin.] ex quibus debemus accipere aliã cõclusionẽ.

Tertia cõclusio, quòad omnia 20 illa munera, à quibus multæ ꝑsonæ excusantur ad talia munera non debent adstringi nõ subditi, quia signũ est talia munera personis indici, & non rebus, & probatur [in d.l.18.§. patrimoniorum, ff. eod.] vbi dicitur ab huiusmodi muneribus, ad quæ tenentur hi, qui non sunt municipes, neq; incolæ neminem excusare posse nulla ratione.

21 Propterea est à nobis notandum quæ sint alia munera, à quibus nemo excusatur, & ad quæ teneantur etiam forenses, nam cum talia perceperimus statim notum fiat, ad quæ munera teneantur forenses, & ad quæ non, & quomodo in talibus muneribus indicendis non debet haberi ratio personarum, sed solum ratio patrimonij, & sic siuè quis habitet, siuè non habitet, siuè sint municipes, siuè forenses semper tenentur per textus [in l.10.in princip.ff. de vacat. muner.] vbi habetur ab his oneribꝰ, quæ possessionibus, vel patrimonijs indicuntur nulla priuilegia præstãt vacationem, & [in l.11. ff eo.] habetur, sunt munera, quæ rei propriæ cohærent de quibus neque liberi, neq; ætas, nec merita militiæ, nec vllum aliud priuilegium excusat, &c.

22 Vnde primo dicimus [ex dicto tex.] talia munera rei cohærere, & talia sunt vectigalia, [l.2.

in fin.ff.de Veteranis] vbi habetur vectigalia, & patrimoniorum onera solemnia omnes substinere oportere, & cum dixerimus collectas non imponi reb⁹, sed personis, propterea non tenentur ad collectas forenses, neque exteri, aut non subditi, vt Clerici.

23 Nunc itaq; primo videamus ad quæ teneantur Clerici, & quamuis loquamur de Clericis, id quod dicimus de eis, potest applicari ad omnes non subditos, dumtamen possint teneri non ratione personæ, sed ratione rei, deinde videbimus, ad quæ teneantur non subditi, ad quæ tamen Clerici non teneantur nō ratione personæ, sed ratione alicuius subiectionis ex eo, quod quis licet non sit subditus, tamen aliquo modo efficiatur sub ditus secundum aliquam qualitatem, quæ tamen qualitas nullo modo potest esse in Clericis, cum eorum personæ, & bona penitus sint exempta à iurisdictione sæcularium, quibus statutis tota hæc materia erit euacuata, tàm ratione rei, quàm ratione personarum.

Primo dicimus, si aliquid munus imponatur ratione belli, veluti si exercitus inimicus est in
24 assedio alicuius Ciuitatis, tunc omnes, etiam Clerici tenentur contribuere seruata forma Sacrorum Canonum, non tamen adstringuntur à Iudice sæculari, sed ab Episcopo, & tenebuntur quemadmodum si essent laici, & ratio est, quia illa expensa fit ad tuendum tàm personas Clericorum, quam ipsorum bona, & tenentur quemadmodum fit in contributione, quæ fit [secundum legem Rhodiam de Iactu, vt dicunt ibi Doctor.] sed si fit bellum à Principe sæculari contra aliam nationem, ad nihilum tenentur Clerici, neque eorum bona, quia tunc subditi tantum Regi tenentur contribuere, & alij exteri, neq; etiam tenentur, etiam quod habeāt bona in territorio, & ratio est clara, quia illa munera non sunt munera rerum, sed personarum, quia personæ sunt subditæ Regi, & tenentur propter iuramentum fidelitatis adiuuare Regem in bello, vt habetur [in capitulis feudorum de noua forma fidelitatis,] & notandum vnum, quod bona Nouitiorum durante Nouitiatu nō possunt collectari [Festas. in tract. de extim. & collect. par. 4. cap. 1. nu. 8.]

Secundo dicimus, omnes teneri ad instructiones, reparationesque itinerum, pontiumque per tex. [in l. 3. C. de collat. fund.
25 fiscal.] ibi igitur ad instructiones, reparationesque itinerum nullum genus hominum, & concordat cum [l. 1. C. de collat. fund. patrimonial.] vbi dicitur nulla ratione debere seiungi ab eo, qđ in cōi oīb⁹ profuturum est.

Tertio

26 Tertio num possint Clerici cogi tempore sterilitatis ad dādum frumenta, vt diximus supra,[vide tex.in l. vn.C.vt nemini liceat in empt. speciei & habetur l. 3. C.de Sacrosanctis Eccl.]

Quarto nūm possint excusari
27 a constructione murorum, qui fiunt ad defensionem Ciuitatis [vide d.l.3.] & ita potest dici de similibus, quæ afferunt vtilitatē ipsis Clericis, & hoc est ex ratione adducta, quia ipsis affertur vtilitas. Nota ad hæc & similia teneri Clericos non ex vi legis editæ à Principe Laico; sed ex vi legis naturalis, vel diuinę, vel Ecclesiasticæ [Vict. relect. 1. de pot. Eccl.q.vlt. Bellarmin.2.to. de Cler.lib.1.c. 28.dis. 2. & cōmuniter Theol. & Canonistæ.]

His constitutis videndum est de collectis cuiusmodi munera sint, nam si munera sunt patrimo
28 nialia, quæ etiam exteris imponuntur, tenentur ad hæc forenses, secus si sint munera quæ sūptibus patrimonij tantum, & dānis administrantium expediuntur, vt in [d. §. patrimoniorum, & DD.] vt diximus, hæc munera vocauere munera mixta secūdum [Bar.in l.1. C.de muner. & in quo loco] quia pro rebus obligatur persona & [Bar.dicit in l. rescripto §. sciendum num. 4.ff. de muner. & honor.] non posse imponi forensibus, & ratio est in promptu, quia istud munus imponitur personæ subiectæ pro rebus, & quia forenses non sūt subiecti ideo non debent contribuere, & videmus quod omnes Iurisconsulti, qui loquuntur de mu-
29 neribus subeūdis semper loquūtur, & accipiunt rationem subeūdi muneris, ex forma indictionis, vnde vocant munera patrimonialia, quæ possessoribus iniūguntur in tributiones, quæ ex agris fiunt, vel ędificijs, & ita notat [Bar. in d.§. sciendū] vbi dicit talia munera esse indicta rebus, & sic ex forma indictionis colligit qualitatem munerum, & quomodo debent exigi, sed videmus nos collectas secundum formam indictionis esse munus personale non autē reale, licet personæ teneātur, & obligentur habita ratione rerum, non autem soluunt ex ipsis rebus, sed soluūt de proprio patrimonio, & consequenter talia dicuntur munera patrimoniorum, quæ sumptibus patrimonij, & damnis administrantis expediuntur, vt [in d.§. patrimoniorum,] sequitur pro-
30 inde de iure non teneri forenses eodem modo potest dici de iure foculariorū, quod cū sit indictū facis, ex forma indictionis nō potest exigi, nisi ab his qui habent foculare in Regno, seu in Ciuitate, vbi exigitur collecta; Cœterū de consuetudine videmus per totum orbem terrarū collectas imponi etiam forēsibus pro bonis,
31 quæ tenent in territorio, in quo imponitur collecta, [ex decis. de

Franchis 22. [& ita quoq; refert Thesaurus in dec.pedemōt.149. nu.2.Crauetta de antiquit. temporis in 4.par.in verbo materia ista nu.31.& Losæus in 3.par.ca. 9.nu. 28. de Iure Vniuersitatis] & propterea cum soluit in loco, in quo bona sunt sita nō tenetur soluere in propria patria de bonis,de quib' soluit in alieno loco nam in vno loco,& non in diuersis quis tenetur soluere,seu contribuere, ne vna res duplici grauetur onere[l.Titia §.qui in vita cum concordantijs ff.de leg.2.& de Franchis in d. dec.22.] & hāc
32 consuetudinē ego affirmo procedere etiā de iure,nā istæ collectæ imponuntur ex diuersis causis,& quam ob rē ad sciendū vtrū istæ collectę sint munera patrimonialia,idest quę patrimonijs,seu possessionibus sunt indicta, vel personis tantū,est attendenda causa condictionis, nā si causa afferat vtilitatē rebus,dicendum est esse munus patrimoniale,sic etiam si causa concernat res,& sit ex causa rerū, secus si concernat personas,& sit ex causa personarū,vnde aliquādo collecta erit munus patrimoniale patrimonio indictū,& rebus in territorio existentibus, aliquando verò personis,
33 & ob hanc causā semper est recurrendū ad causā, ex qua imponitur collecta, cū Rex non possit imponere collectā nisi ex causa, & causa sit illa, quæ limitat,& distinguit munera, & dat eis esse specificū, videndæ propterea sūt omnes causæ ex quibus collectæ imponuntur, & quando causa concernat res, & quando personas, & hoc modo erit euacuata tota difficultas.

34 Primo; itaquè viarum munitiones dicuntur munera non personæ sed locorū [l.14.§ viarū ff. de muner.& honor.] nā si viæ nō erunt munitæ,nō est dubiū,quod transeuntes iter facient per possessiones vicinas, & cōsequenter damnū eueniet in possessionibus vicinis,& nō solū viarū munitiones, sed omnia ea munera, quæ in tributiones vocātur, dicuntur munera patrimonialia, ita vt possessores bonorū teneantur per [d.l.rescripto §.quę munera,] nā ex ipso nomine tributionis co-
35 gnoscimus esse tales præstationes faciendas ex proportione secundū [legē Rhodiā de Iactu,] & quemadmodum [in l.Rhodia de iactu] vnusquisq; qui habet bona in naui, & persona cōtribuit, ita dicendū in omnibus talibus præstationib', quæ fiunt in vtilitatē totius Reipublicæ,in quib' dicimus omnia bona sita in Republica & eius territorio teneri,& propterea cum dicatur in Capitulo
36 super impositione focularioru, quod tale onus imponitur foculari-bus pro vtilitate toti' Regni, dicendū est ad tale onus teneri nō solū eos,qui habent foculare,sed eos etiā qui non habent foculare cū ipsos causa impositionis cōcernat ratione bonorū,quæ habent

bent in territorio,& hæc est ipsa veritas potius deducta ex causa
37 impositionis, quæ dat esse rei q̃ ex formula verborũ,ex quib' deducim' multas conclusiones , ꝙ si sit imposita collecta pro soluẽdo aliquã pœnã incursã ab Vniuersitate , non tenentur ad talẽ collectã soluendã bona, & ꝑsonę infantes,furiosi, seu alias quę nõ possunt delinquere, cũ causa talis ipsos nõ concernat prout etiã dicimus de viduis, absentibus,& contradicentib', quod nõ teneã-
38 tur ad solutionẽ talis collectæ, vt dicit [Rouit.in prag.de appretio in rub.nu. 17.]& ita in similibus dici potest,vnde si Vniuersitas velit facere collectã pro facienda donatione Regi, nõ tenẽtur ciues non consentientes [Rouit.in prag. de appretio n. 9] nã Vniuersitas non potest obligare absentes, vel dictõsentientes ad collectas,quæ pro causis non necessarijs imponũtur, vel pro his quæ fiũt ad põpã,vel ornatũ,etiã si impensa esset vtilis , non tamẽ necessaria [Natta cons. 555.nu. 5.& seq. Ripa in respõs. 186.nu. 9. Boer. decis. 60.] si vero ciues
39 consentiant adinuicẽ simul cõgregati cũ authoritate superioris,propter talẽ cõsensũ emanat ꝗdã pactũ, seu cõtractus,sicut si ex quolibet alio contractu seu pacto multi se obligarent,& hoc modo propriè non dicitur collecta, quæ procedit tantũ ex vi, & virtute iurisdictionis, quæ in inuitũ exercetur, ad hoc vt homines possint cõpelli propter necessitatẽ cõmunitatis, obtẽta tamẽ
40 potestate a Principe , quæ potestas dicitur regi' assensus,& hęc propriè vocatur collecta,seu tallea , & talis regius assensus non conceditur nisi a Prorege Regni & eius Collater.Cons. non autẽ ab alijs inferioribus [Cassan. in consuet. Burg. tit.Des Forest.in tex. ibi de pete rub. 13.§. 7. num.8 . & sequen.

41 Sequitur nunc videre quomodo debet imponi collecta, ne sequatur grauamen,& habemus in iure duos terminos inuentos ad iustè imponendas collectas videlicet, capitationem, & iugationem, capitatio est, cũ appretiatur aliquod caput , veluti sũc ea quæ numero constat,& discretè numerantur, vt tot capita vitiũ,vel arborũ,vel animalium ac huiusmodi , iugatio vero habet locum in territorijs, vt tot iugera terræ,& hoc modo fit æstimũ sine grauamine, nam si quis habeat plura prædia, primo numerabũtur arbores,seu vites in prędijs, item animalia veluti tot Boues,tot Equi,tot Asini,et tot Muli,deinde fiat iugatio,dicendo,ꝙ vltra hæc habet dicta possessio territoriũ iugerum decẽ , & hoc modo nemo grauabitur, q̃a hęc taxabũtur secundũ cõsuetudinẽ solitã,& consuetã [l.4. in princ. ff. de censib.] vbi dicitur forma censuali caueri, vt agri,sic in cen

sũ referãtur, nomẽ fundi cuiusq; & in qua Ciuitate, & in quo pago sit, & quod duos vicinos proximos habeat &c. quot iugerũ esse videatur, vinea quot vites habeat, oliuetum quot iugerum, & quot arbores habeat, pratum quot iugerum, pascua quot iugerum, item Siluæ Ceduæ &c. sed si vites mortuæ sint, vel arbores aruerint, iniquum fuerit eũ inferi numerũ censui, quod si excicerit arbores, vel vites nihilomin' eũ numerũ ꝓfiteri iubet̃, q fuit cẽs' tẽpore, nisi causã excidẽdi ꝓbauerit cẽsitori hæc [in d. l.]

43 Ad sciendũ verò bona cuiusq; præsẽtatur cedula a quolibet, cõtinente mobilia, stabilia, & valorẽ ipsorũ, & etiã pecunia, quæ exercet̃ in mercimonijs, & mercãtijs, itẽ ponitur in dicta cedula vera ætas, & ministeriũ siue ars offerẽtis cũ numero filiorũ, & filiarum cum distinctione ætatũ ipsorum, & ipsarum, & cum numero familiæ necessariæ sibi, & si cedulam præstare non potest, dicat verbo, omnia sua bona ipsis Appretiatoribus scribenda, & notanda per Cancellarium scribentem appretium in quinternis ipsius appretij [Petrus Piccol. in prag. 1. de appretio nu. 1. & 2.] & æstimatur appretiũ seu

44 cedula secundum consuetudinẽ loci, ex quo nulla regula certa potest assignari, & potius forent confusiones quam lucidationes, homines verò præsentantes cedulam, vel oretenus dicentes nõ tenentur iurare, ne via periurijs aperiatur, quod omnino euitari debet [l. ne in arbitris ff de recept. arbi.] & ideo debet fieri inquisitio, vt periuria committi non possint, nec Vniuersitas damnificetur de absconditis [Petr. Piccol. num. 70. loc. cit.] & sunt imponenda in appretio tam bona franca, quam censualia, siue habeant ab ecclesia, siue a Sæcularibus, quia talia veniunt in appretiũ facta deductione oneris cẽsus, quẽ soluũt, qa bona dicũt deducto ęre alieno [Card. Paris. noster in d. pra. de appretio n. 9]

45 Ciuitas verò nostra obseruat cedulã non autẽ appretiũ vigore [priuilegij concessi anno 1453. a Rege Alfonso f. 19. a ter. nu. 6. & anno 1547. f. 115. nu. 1. & a Duce Calabriæ anno 1476. f. 43. n. 7.] quæ cedulę debent fieri secundũ vsũ, & consuetũ hẽ antiquã nostrę Ciuitatis, & ideo reluctante quadã parte Ciuiũ Ciuitatis Cosentię, q nõ erãt de numero nec nobiliũ, nec plateæ popularis, & prętendebãt imponere appretiũ non autẽ collectas per cedulam,

46 fuerũt obtẽtæ geminatę ꝓuisiones Proregis, & ei' Collat. Cons. an. 1616. & an. 1620. sub die 10. Feb. ꝙ obseruentur priuilegia, & solitum sub sindicatu Marcelli de Filijs Rhaonis siue Ferrai, q magna prudentia, & aptitudine semel atq; iterum fuit electus Sindicus, ac missus Neapolim pro negotijs gerendis nostrę Ciuit.

Cum

Cum vero imponatur collecta, citandi sunt omnes de Vniuersitate de quorum præiudicio & interesse tractatur, & consen-
47 su omnium imponi, & fieri, nec sufficeret consensus duarum partium secundum nostrum statutũ alibi vero maioris partis, quando non imponeretur collecta ex causa necessaria, secus vero si ex causa necessaria cum assensu regio, vt supra diximus, & debent citari, & vocari domini possessionum, seu possessores ipsarum proprietatum etiam si forent ex empti [Losæus in 3. par. cap. 9. num. 11. de iure Vniuersitatis] & facta impositione collectæ, debet ipsa impositio notificari populis, & omnibus possessoribus, vt præparent se ad soluendum, ne ex abrupto,& improuiso grauentur sumptibus exequutionũ [l.vlt. C. de indictionib.lib.10.]
48 & ne incerta, & inopinata turbent populos, & actus impediãt [l.4.§. antequam in fin.ff. de offic.proconsul. & Losæus loc. cit. num.13.]

Liber vero ipsarum collectarum debet cuilibet petenti edi, & ostendi, vt possit cognosci, an vnus sit magis grauatus, quam alter [Bal.in l.5. num.13. C. qui bonis cede.poss.]

Idcirco in Patria mea pro quolibet quarterio eligũtur duo Ciues nobilis, & popularis, qui
49 scribunt, & notant personas, & focos vniuscuiusque quarterij, & postea dant listam Sindicis, & Regimini, deinde Regimẽ creat quatuor deputatos duos nobiles & duos populares, qui insimul cum Regimine taxant, ac talleãt bona, tertio fiunt Deputati pro grauaminibus, & quia lex omnibus prouidit, hac de causa ijdem Deputati, & Regimẽ non debẽt se ipsos, & eorum bona taxare, ac imponere, sed imposita collecta, statim Regimen debet eligere alios Deputatos ad eosdẽ Deputatos taxãdos, antequam collecta exigatur, ne affectio ipsos subtraheret a vero, & vt affectuosus corruptus iudicaretur [l. nemo C. de assessor. & Petrus Piccol. loc.cit. nu. 37.& seq.]

Post annum vero elapsum a tempore collectæ impositæ, qui dicit se grauatum, non auditur,
50 infra annum vero etiam post quinque dies datos ad appellandum bene auditur [Bar. in l. forma §.fin.ff.de censib.] annus autem currit a die publicationis matriculæ repartitionis [Alber. in rubr.col.fin.ff.de muner.& honor. & l. sextumdecimum §. fin. ff. de vacat. & excusat. muner, & Petrus Piccol. in loc.cit.num. 83.] de consuetudiue autem nostræ Ciuitatis fiunt banna, vt quilibet senticus se grauatum, compareat infra tot dies, alias præcludetur via.

51 Videamus nunc per quæstiones quæ personæ collectentur, & pro quibus bonis, & pro quibus

causis

causis imponantur collectæ, & primo quæro ex qua causa Princeps potest collectare Regno, & dicendum quod potest collectare pro redimenda ipsius persona, pro defensione Regni, pro militia filij, & fratris, & pro maritanda filia, vel sorore [Capic. in inuestitura in verbo collectæ secus in alijs casibus [Iser. in cap. quæ sint regal. vers. extraordinaria collatio.]

Secundo quæro, vtrum Princeps possit præstare immunitatem a collectis, & dicendũ quod
52 non, nisi in præiudicium sui, nõ autem vbi tertio præiudicatur videlicet pro gabellis impositis propter debita contracta pro necessitatibus Vniuersalibus, vel pro his pro quibus ipsi participant vti de commoditatibus pascuorum, Medicorum, viarum, Concionatorum, & similium, & super his non potest extendi tã immunitas Principis, quam iuris [Surgens in addit. ad fratrem fol. 385. de Neapol. Illustr.] & si Princeps concederet immunitatem in præiudicium aliorum, reficere debet de suo [l. vacantis C. de decurio. li. 10.]

Tertio quæro, quomodo procedat immunitas concessa patribus habentibus duodecim filios
53 & dicendum quod per [tex. in l. si quis decurio 24. C. de decurio lib. 10.] excusetur quis a muneribus, qui textus generaliter loquens procedit etiam in muneribus patrimonialibus, nam in personalibus sufficiunt quinque [vt l. fin. C. de his qui numero liber. se excusant. lib. 10] & supra diximus, & cum loquatur de liberis, procedit etiam in monialibus, siue in bello amissis, & in acie vulneratis, ac captis ab hostibus, nam hi viuunt, & præsumuntur viuere, licet non sint capaces [Angel. Aret. in §. 1. nu. x. Inst. de excusat. tutor.] & procedit etiam in legitimatis, & religionem ingressis, licet religionem ingressi per Principem nõ fuerint legitimati, quia per ingressum religionis fiunt legitimati ad similitudinem eorum, qui sunt oblati Curiæ, qui per Curiæ oblationem efficiebantur legitimi, & quia curia non est magis priuilegiata, qnam Monasterium, ideo idem dicendum de Monasterio, [gl. in ca. primo de electione in sexto] Spuri⁹ ve-
54 ro non legitimatus non prodest nec in numero liberorum computatur, quia non est connumerandus filius, legitimatus verò prodest [Pascal. in 4. par. cap. 4. num. 11. de patr. potest.] quę immunitas durat etiam post mortem patris, donec ipsi liberi superstites in communione viuant [Ripa in l. ex facto nu. 19. & seq. ff. de vulgar. & pupil.] intelligũtur autem viuere in communione etiam hi, qui ingrediuntur religionem, vel nubunt carnaliter vel spiritualiter ne retrahantur a reli-

55 religione, vel matrimonio, vt dicit [Ripa ibi] & hoc priuilegium cum sit clausum in corpore iuris, non censetur ademptũ per generalem constitutionem Principis omnibus priuilegijs derogantis, quia nunquam intelligitur derogare priuilegijs clausis in corpore iuris [l.hæres absens & ibi gl. in princ. ff. de Iudic.] amplia procedere etiam si postea aliqui liberi mortui sũt nam sufficit semel patrem duo-
56 decim liberos habuisse [Pascal. loc.cit. num.18.] amplia etiam si vltimus ipsorum natus sit in octauo mense, & paucis horis superuiuat [Pascal. num. 19] nã sufficit natum esse, etiam quod non possit viuere [Borrell. in cons. 28.] ratio est, quia est materia fauorabilis, & sic amplianda [c. odia de reg. Iuris in 6.] & notandum super hac quæst. vt
57 procedat in Nepotibus, ex filio præmortuo, qui computantur in numero duodecim liberorum vti subrogati in locum defuncti patris pro vnica tantum persona [de Franchis decis.259. num. 14.& seq.& Petra ad dec.Gram. 1. nu. 6.] amplia procedere etiã in matre,& ita fuisse decisũ in S. R.C.refert[Thor' in cõpend.decis. Neapoli in verbo immunitas col.1. fol.262.]

Quarto quæro de immunitate sexagenariorum, infirmorum ac pauperum, & primo de sexagenario dico, quod non tenea-
58 tur contribuere collectis impositis pro eius persona [Borgn. decis.6. siue 68.num. 12.] & ratio est, quia est exemptus a muneribus personalibus [vt l.3. C. qui ætate lib.x.] & sic in facti cõtingentia obtinui prouisionem a circumspecto Regente Valenz. sub die 3. Septembris 1619. pœnes Vitalianum a mandatis scribam pro parte Dorastantis de Sanctis petentis non molestari ob senectutem, & paupertatem, nam vt diximus, sexagenarij sunt immunes a solutione Capitis per decretum generale Regiæ Cammeræ Summariæ sub die 10. Martij 1571. cuius tenor talis est. Facta relatione per tunc Præsidem Regiæ Cam-
59 meræ Summariæ Franciscum Riberam in eadem Regia Camera decisum fuit,quod sexagenarij prædicti sint, & esse debent immunes a prædicta solutione capitis, non obstante quod faciunt artem,vel industriam, verum si solutio in dicta terra exigitur nedum solutio capitis sed etiam industriæ, tunc soluent pro industria,non obstante quod sint sexagenarij, quia eorum immunitas est pro capite tantum, sed si solutio capitis,& industriæ confusè imponitur, & exigitur, debeat dicta exactio minui a sexagenarijs prædicto habito respectu, quod si diuisim est facta impositio, seruentur immunes a prædicta solutione capitis hoc

suum

suum &c. Franciscus Aluarez de Ribera. Ioannes Baptista Crispus, quæ immunitas intelligi-
60 tur per catastrum, nō autem per gabellas, & ita obseruatur in Regia Camera, quod decretum æquiparatur decreto generali personarum inhabilium, licet nō sint sexagenarij, sed sint inhabiles tantum, vt per decretum generale in fauorem inhabilium, & pauperum editum per Regiam ipsam Cameram, cuius tenor talis est.
61 *Item si eccettuano dalla tassa, & contributione dell'industria le persone miserabili, che viuono dietim delle fatighe loro personali, senza fare mercantie, ne possedono cosa alcuna, & non fanno, ne sono atti a fare guadagno ne arte alcuna a sostentarsi la vita, Item quanto alle persone miserabili, lequali per altro decreto generale fu prouisto, che non paghino industria, s'intende a quelli, che per estrema pouertà, o inualidita di loro persone non guadagnano tanto, che le basta a campare*, [Consensu NardusAntonius pro notatore] quod decretum concordat cum [l. sextum decimum §. corporis debilitas ff. de vacat. muner.] pauper vero dicitur, qui viuit ob laborem eius bracchiorum, tenetur contribuere ad rationem carolenorum decem ad plus, vt per decretum generale Regiæ Cameræ Summariæ sub die 26. Iunij 1545. quod decretum vulgò vocatur *prouisioni bracchiali* cuius tenor talis est.
62 *Item nel decreto generale v'è vn'altro capitulo del tenor sequente videlicet. Item dalla tassa che fanno l'Vniuersità alli particulari di detta industria si debbia dedurre quello, che per necessità del vitto del magniare, & vestire per essi, e loro famiglia hanno di bisogno, e del resto dedutte dette spese si debbia tassare, & exigere per lo detto pagamento, per loquale preinserto capitulo s'è fatto dubbio di quelli bracciali, seu fatigatori, che viuono alla giornata, & nō hāno altro, eccetto quello, che guadagnano con loro fatighe alla giornata con lequali si sustentano, si deuono contribuire o nò, & per detta Regia Camera si declara per lo qui preinserto capitulo, che l'intentione sua è stata, & è conforme la Regia Pragmatica, & alla forma dell'apprezzo del quondam Pietro Piccolo, ilquale, vole che si cōsiderano le spese secōdo la qualità delle persone, & perche in ogni terra si costuma apprezzare le fatiche personali, seu corporali delli bracciali quali viuono alla giornata; per tanto detta Regia Cammera non hà inteso, ne intende derogare alle tasse, & apprezzi, ma solum prouedere che li poueri non siano oppressati dalli ricchi, & che nella tassa dell'industria il detti*

detti bracciali s'habbia consideratione di quello, che bisogna per loro vitto, & vestito, ita che allo detto apprezzo non si possa eccedere più di diece carlini l'anno di contributione alli detti bracciali per loro industria, & l'Vniuersità li debbiano dare il sale, che giustamente li compete, & se viste le tasse antiche, che tengono le terre, li toccasse di contribuire meno di detti carlini diece l'anno, si debbia stare alle dette tasse antiche, lequali essa Regia Camera non intende mutare, essendo da diece carlini a basso l'anno. Consensu Nardus Antonius pronotator

63 Vnde si quis reperiatur, qui sit sexagenarius, aut inualidus ex persona tantum est immunis, qui verò est pauper est immunis a patrimonialibus, & qui vtroq; defectu, scilicet ætatis, infirmitatis, aut paupertatis laborat, ab omnibus muneribus personalibus, & patrimonialibus excusatur, & hoc est priuilegium impotentium deductum ex natura, nam nihil potest deduci in actū sine potentia, & ad impossibile nulla est obligatio, solet tamen poni clausula in prouisionibus expeditis pro pauperibus, quod non molestentur a solutione collectarum, vsq; adeo peruenerint ad meliorem fortunam, & hoc est de iure, dixerūt [Iason. in l. sciēdum §. si fundum num. 6. & seq. ff. qui satis da. cogan. & Viuius in cōm. opin. opin. 150. in ātiqs] Et multa scripsi de sexagenarijs, & pauperibus in nonnullis allegationibus meis cum decisionibus, quas inserit [Thorus in d. compendio in verbo senex sexagenarius col. 1. fol. 496. & iterum in verbo senex septuagenarius col. 1. fol. 497.]

64 Quinto quæro, dum aliquæ Ciuitates habeāt ex priuilegio immunitatē ab hospitijs, vtrum censeantur habere immunitatē a contributione, & dicendum quod nō, cum sint materiæ odiosæ [Rouit. in prag. 3. nu. 14. de militibus] & talis immunitas a cōtributione debet esse in specie vt est in Ciuitate Neapolis, [ex capitul. 31. Magni Capitanei,] & mea patria habet immunitatē hospitiorum, lectuum, & aliorū [ex priuilegijs antiquorū Regū confirmatis ab Inuictissimo Carolo V. Magno Imperatore, & Philippo II. eius genito æternæ memoriæ,] exceptis tamen personis Regis, & eius filiorum, cum autem anno 1618. existeret copiosa multitudo militum Italorum, Hyspanorum, & Vallonensium in Regno, Ciuitas nostra obtinuit sub defensione Mutij Cauæ pleni scientia, & moribus ac nostri patritij ab excellentissimo Duce Ossunæ declarationē vt etiam a contributionibus sit immunis, & sic fuit rescriptum Scribæ portionis, de qua meminit quoq; [Thorus in d. cōpend. in

in verbo immunitas hospitandi col.1.fol.263.]

Sexto quæro, concessa alicui immunitate ab oneribus, de qui bus intelligatur, & dicendum
65 debere intelligi de extraordina rijs, non autem ordinarijs, nisi sit expressum [l.hi qui muneris, & l. in honoribus §. qui muneris ff. de vacat. & excusat. muner.] & sic à pari facta cōcessione munerum non compræhendūtur onera, neq; honores [l. cui muneris ff. de muner. & honor.] & ideò sit cautus is, qui prætendit obtinere priuilegia, & immunitates, vt fiat mentio expresse de omnibus [Bar. in l.2.ff. de iure immunitat.] & satis expressa mentio potest dici facta, siue sit facta per verba generalia, siue per verba specialia, siue per verba singularia [Alexander conf. 30. nu. 14. vol.5. & Losæus in 3.par.cap.10. num. 26. de iure Vniuersitatis]
66 & ad hoc, vt immunitas dicatur amplissimè concessa, debet his verbis concipi, ab oneribus personalibus, realibus, mixtis, angarijs, perangarijs, solitis, & insolitis, & ab omnibus quibuscumq; alijs oneribus, quæ imponi cōtinget quocumq; modo, quomodocumq; & qualitercūq; quauis causa, & occasione, quæ dici, vel cogitari possit, quo casu cum verba sint multa prægnātia, & vniuersalia sub huiusmodi immunitate, & priuilegio veniant onera bellica, & militaria [Rolan. a Valle conf.5.] & idem procedit si in priuilegio concesso immunitatis mentio expressa
67 specialiter facta fuisset de oneribus militaribus, aut si mentio expressa de his facta non fuerit, aliqua tamen coniectura præuideri possit cogitatum saltim fuisse de bello in genere, si immunitas concessa fuit tempore belli, vel concessa sit, vt fuit nobis concessa immunitas non contribuendi, vt diximus supra in 5. quæst. vel immunitas sit concessa ex cōtractu, vel ex causa onerosa, nam his casibus compræ-
68 henduntur onera militaria [Losæus in loc. cit. num. 31.] alias concessa alicui immunitate ab oneribus, collectis ordinarijs, & extraordinarijs, non extendetur ad onera, quæ imponuntur ratione belli diuini, puta pestis, vel belli humani, nisi in specie dicatur, quod immunitas extendatur ad onera etiam ratione pestis vel belli imponenda [DD. in l. si ex toto ff. de leg. Plot. in repetit. l. si quando num. 17. & 18. C. vnde vi, Caualc. in tract. de vsufructu num. 105. & Ozas. decis. 95. per totum.]

Septimo quæro, an priuilegiū immunitatis concessum Ciuitati, & eius territorio, ac iurisdictioni competat vicis, qui sunt in Ciuitate subiecti, & dicendū
69 quod sic, cū vici sint membra Ciuitatis, nam omnino debent participare priuilegio capitis, & toto

toto corpori concesso [Valenz. conf.79. num. 76.] & tunc cum priuilegium concedatur loco, in-
70 telligitur concessum personis [Gratian. decis. 233.num.13. & seq.] hinc priuilegium concessū Patriæ intelligitur concessum cuilibet de patria [l. si non speciali C. de testi.] & priuilegium concessum Ciuitati intelligitur concessum Ciuibus, & tunc Ciues alibi degentes non tenentur ad contributionem collectarum pro censibus, quos alibi tenent, secus pro immobilibus, & ita
71 seruatur in Neapolitanis [Rouit.in prag. 2. num. 2. de immunitat. Neap.] & Magistratus tam quam membra Ciuitatis, cum dicantur Ciues in eo loco, quo administrant iustitiā, propterea omnibus Ciuiū priuilegijs, immunitatibus, & prærogatiuis potiuntur. Quemadmodum etiam milites, qui militant in aliqua Ciuitate [gl in l.Ciues C. de incolis lib. 11. & Surgens in cap.27.nu.15. de Neap. Illustr.]

Octauo quæro, an immunitas & exemptio a Collectis possit præscribi, & dicendum quod cōcurrente titulo, & bona fide cum spatio 40. annorum præscribi-
72 tur immunitas, & exemptio, vnde si ciues omnes soluant gabellam, seu vectigal impositum, excepto vno, qui non soluit per quatraginta annos, erit in hoc casu præscripta immunitas non soluendi [Gramm. decis. 100. nu. 25. Bartolus, Angelus, Paulus de Castro, & DD. in l. licitatio §.eorum ff.de publican. Bellon. conf. 10. in causa Castri nu. 25. vers. & talis immunitas præsumitur, Bald.conf.125. quæstio vertens vol. 1. Alexander conf. 30. ponderatis col. 4. vol. 5. & conf.126.in causa col.pen.vol. 2 Corneus conf.44.in hac consultatione col. pen. vol.2. Balbus in tract.de præscriptionibus nu. 19 & sequent. fol.53. latissimè Bertachi. in tract. de Gabellis in quæst.9. par. 1. & Marcell. Calà in gl.vn. §.2.num.844. de modo art. & proban.] consuetudo ve-
73 ro collectandi exteros potest præscribi spatio decem annorū, nam tale ius collectandi non est de seruatis Principi, cum Inferior possit statuere, quod Forensis teneatur ad collectas [Alex. in conf.68.col.3. in fin.vers.nec obstat, quod videatur necessariū lib. 2. Felin. in c. cum nobis col. 3. vers.demū nota de præscript. & Iasin l.de quibus col.12.vers. & per prædicta redditur valde ff.de legibus, Crauett.de antiqu. temporis in 4.par. in verbo materia ista num.31.] & si quis stetit diu, quod non soluit collectas & super hoc inquietetur, potest petere a Iudice ne aliquid cōtra eum innouetur [Castan. in consuet. Burgund. des enfans in tex. entre gens nobles num. 15. rub. 16. §.4. & vide Fab.de Anna cōs. 59. qui concordat prædictis, &

Petra

[Petra ad Gramm. d. decis. num. 16. Capibl. in prag. 1. num 88. de Baron.] qui affert decisionem S.R. Consilij, & vniuersitas non potest petere bonatenentia vltra
74 decem annos, & ita adest decretum generale in Regia Camera, & expediuntur prouisiones.

Nono quæro, an exemptus a gabellis qui scit se poni in libro debentium se soluere gabellas, si non appellat infra decem dies sibi præiudicet, & perdat priui-
75 legium exemptionis [Caualcanus in tract. de tuto. & Cura. num. 198.] dixit affirmatiuè, ratio est, quia debet appellari, & non appellando decretum facit veritatem, sicut etiam perdit priuilegium, qui eo abutitur, vt qui facit exemptum eum, qui nõ est exemptus [arg. l. qui sub prętextu C. de SacroSan. Eccl. & Antonius Corsetus in singul. ver. gabella fol. 159.] & omnes ha-
76 bentes immunitatem a gabellis & datijs non debent propterea alios excusare [arg. l. illud C. de anno. & trib. lib. 10.] nam si fraus detegatur, bona illa publicantur [Bar. in l. 1. C. de nauib. non excusan. lib. 11.] & ex hoc textu est casus expressus contra Comitatenses, qui faciunt aliquem Ciuem emere res pro eis, vt sub hoc titulo Ciuium non subsint oneribus eis impositis, & dicit [Vrsill. ad Afflict. decis. 72. num. 13.] quod exemptus asserit rem non exempti esse suam ad fraudandum gabellam, priuatur illa re, & si quis non soluit collectas, vel non assignat in æstimo res, ipso facto deueniant ad commune, & commune vsque ad quinquennium potest agere, & non vltra [Bar. in l. commissa ff. de publican.]

Decimo quæro, ad quem spectat ponere rem in æstimo, & dicendum, quod spectat ad posses-
77 sorem [l. creditor §. sunt ff. qui satisda. coga.] vnde qui non possidet, non ponit rem in æstimo, & propterea fuit dubitatum an vsufructuarius, vel an proprietarius teneatur, & sic de similibus, & quia vsufructuarius possidet naturaliter, & fructus habet ipse tenetur ad collectam [l. quæro ff. de vsufructu,] nisi tãta esset solutio collectarũ, quod æquiualeret perceptioni fructuũ tũc enim tenetur proprietarius [gl. in l. concubinã §. qui ortos ff. de leg. 3. allegat l. si res obligata de leg. 1. Dynus, & Bar. in l. his verbis §. idem testator de leg. 3. Roman. conf. 230. præsupponitur primo nu. 2. vers. 1. quia, & in l. si res obligata nu. 9. Roman. singul. 156. & Marcell. Calà loc. cit. num. 958.] & collecta debetur de bonis decimalibus, ex quibus soluitur decima Baroni, vel Ecclesię, quia hoc ipso, quod possideatur per sæcularem, & burgensem censentur allodialia [Afflict. decis. 129. nu. 1. & 4. & decis. 277.] & consequen.

quēter omnes possidentes tenentur soluere, ita dicimus in bānitis, quod soluant collectas de bonis,quæ possident, sicut & alij [Bar.in l.damni la vlt.ff.de damno infecto, & Bald. in l.fin. C. si propter publ.pensit.]quod procedit etiamsi sit conductor ad longum tempus,quod interpretatū est ad decem annos [Tiraq. in 1. tract. 5.1. glos.7. num.7. & Ioan.Andr.de Georg.in cap.54. num.7.& 8.in repetit. feudal.]

Vndecimo quæro, an collectas teneatur soluere possessor rei, super qua est facta venditio annuorum introituum, vel ipso-
78 rum emptor, & præmittendum est, quod secundum Bullam Papæ Nicolai est statutum, prout nunc obseruatur,quod cēsus nullo modo, ne declaretur contractus vsurarius, possit excedere decem pro quolibet centenario, dicit [Bar.in l. falcidia la prima ff. ad l. Falcid. & alij quos sequitur, & refert Reg. de Curte in tract.diuers.iuris feud. in verbo redeundo igitur num.6. fol.24.] hoc præmisso nunc distinguo, aut redditus est annuorum ducatorum decem pro centenario, & licet adsit pactum,quod onus collectarum,& aliorum onerum spectaret ad venditorem non autem ad emptorem, cum enim istud onus de iure sequi debeat possessorem,& sic emptorem, & dicendum quod hic cōtractus non est validus, imò vsurarius cōtra formam ipsius Bullæ, nam emptor consequitur maiorem quantitatem, quam decem pro centenario, & sic fuisse iudicatū non subsistere,refert[idem Reg. de Curte loco citato nu.7.] aut verò redditus nō est annuorum ducatorum decem, & insimul cū collecta non excedit summam ducatorum similiter decem annuorum, & dicendum valere cōtractum tamquam initum secundum formam eiusdem Bullæ, & sic valere pactū,& ratio est,quia censetur factus redditus ad rationem ducatorum decem, prout ordinat ipsa Bulla,& hoc procedit in locis, in quib' forsan nō habeat rationem de oneribus,in Ciuitate nostra imponitur collecta deductis oneribus,& sic cessat eademmet decisio.

Duodecimo,ex hac quęstione oritur alia quæstio, an redditus redimibiles connumerentur inter immobilia, fuit hæc quæstio
79 valdè examinata per diuersos [Doctor.] diuersa tenentes, sed pro veritate more meo distinguendum est,aut adest pactum reemendi infra tempus limitatum minus decem annis, & tunc hic redditus connumeratur inter mobilia, & procedit doctrina[Cifuētes in l.70.Taur.q.25.] aut non est pactum reemēdi nullo tempore assignato, sed incerto,& sic in dubio perpetuus cēsus est iudicandus, & sic connumeratur inter immobilia,aut est

X assigna-

tum tempus infra decem annos etiam connumeratur inter immobilia, ſi ipſe redditus ſit conſtitutus ſuper corpore ſtabili

80 latè [per Reg. de Curte loc. cit. num. 9. & ſeq. & integerrimus Reg. Conſ. Io. And. de Georg. in c. 42. nu. 10. in repet. feudal.]

CAPVT SEPTIMVM.

§. 28.

Explicatur officium Exactoris, quid ſit, & circa quæ verſetur.

SVMMARIVM.

Exactores debent eſſe moderati, benigni, ac humani, nu. 1.
Exactores ad quid teneantur, ſi non exegerint debitores Vniuerſitatis, & adducitur exemplũ Tutorum, & Curatorum, num. 2.
Compenſatio non datur per collectam, nu. eod.
Impotentes, & pauperes ſunt exēpti à muneribus, nu. 3.
Verbum reſidui explicatur, nu. 4.
An confeſſio Exactorum præiudicet Vniuerſitati circa ſolutionem munerum, nu. 5.

1 Officium Exactoris eſt poſt proclama factum, vt infra tot dies vnuſquiſq; vadat ad ſoluendum taxam, ſeù collectam, elapſo termino non debet eſſe acerbus, nec contumelioſus, ſed moderatus, & cum efficacia benignus, & cum inſtantia humanus, nam inter inſolētiam curioſam, & diligentiam non ambitioſam multum intereſt, poteſt tamen vendere bona ceſſantium in ſolutione, & poteſt agere executiuè contra renitentes non ſeruato iuris ordine, captis tamen pignoribus præcedente prius citatione debitoris ad reluendum bona ad haſtam vendit plus offerenti, vt dicit [Montanar in pragm. 5. §. 10. num. 3. & ſeq. de adminiſtr. Vniuerſ. allegat Bald. Caſtrēſ. & alios in l. 2. C. ſi propter publ. penſ. & Bald. in l. fin. in fin. C. ſi aduerſ. fiſc.]

2 Sed quæro primo, ad quod teneantur Exactores, ſi non exegerint debitores Vniuerſitatis, & dicendum teneri ad ſimilitudinem tutorum, & curatorum, cũ ſubſtineant ſollicitudinem muneris perſonalis, vt tutores, & curato-

ratores,vt habetur [in l. 18.ff.de muner.& honor.] debent tamen certiorare Vniuersitatem, seù illos de Regimine de personis impotentibus qui si cōcluserint debitorem impotentem non esse molestandum, non debent molestare, & hoc debet facere Vniuersitas,nam pauperes nihil habentes, nihil soluere tenentur, [l.cum facultates, C. de his qui nume. liber. vel pauper. lib.10. Paris de Puteo in vers. Paupertas cap.1.fol.256.à ter. in tract. de Syndicatu,]& diximus supra, & si aliquis ex alia causa esset debitor,quam ex collectis,& esset pauper,quod debitum soluere non possit, debet ei debitum
3 prædictum remitti ab Vniuersitate, nam tempore necessitatis tales pauperes sunt alendi [Luc. de Penna in l.fin.C. eod. & Zappull.in pragm.5.§.9.num. 12.& per capitul.Ducis Calabriæ anno 1472. fol.42.à ter.num.6. in fin.]est statutum teneri de proprio Deputatos pro imponēdis collectis, qui taxant pauperes, & propterea debent habere stateram ne de proprio teneantur, notent insuper Exactores, quod quando faciunt apochas de re-
4 cepto, & scribunt verbum residui, tunc denotatur nihil aliud deberi,vt dicunt [Afflict. & Vrsill.ibi decis.285.] secus si dicatur ex computatione rationum & calculi, quia tunc de errore calculi potest doceri [Petra ad Gramm.decis.68. num.2.] vnde subdit num.3.] quod si creditor petat cum hac dictione ex residuo,vel aliqua alia taxatiua sibi præiudicat, cum censeatur nihil aliud deberi, secus est in debitore licet creditor tacens recipiat, nam creditor potest reliquum petere,nec sibi infert præiudicium,vt dicit [Salyc. in l. si quidem, C.de transact.]

Secundo quæro, si Exactores confiteantur esse solutum Vniuersitati, vtrum talis confessio
5 præiudicet Vniuersitati veluti si ipsi Exactores dicant sibi solutū vti Exactores,& dicendum quod sic propter munus publicum, argum. eius quod dicit [Losæus in prima parte,cap.3.num.116. de iure Vniuersitatis.]

CAPVT SEPTIMVM.

§. 29.

Tractatur de officio Deputatorum ad faciendas vias.

SVMMARIVM.

Deputati ad faciendas vias dicuntur habere munus publicum, num.1.

Deputati tenentur ad similitudinem tutorum, & Curatorum, num.2.

1 DEputati ad facien das vias solent etiam eligi, de quibus habetur in iure communi [l.18.§.1.ff.de muner. & honor.] vbi habetur, quod qui ad faciendas vias eligi solent, cum nihil proprio patrimonio in hoc munus conferant, personali muneri aggregari, &
2 sic tenentur ad instar eorum, qui habent munus personale, & sic ad similitudinem tutorum, & Curatorum, & similium, cum nihil in eis sit speciale, & hæc accomodatio viarum est valde necessaria in ornatu Ciuitatis, licet sæpè sæpè sit refugium prædę.

CAPVT SEPTIMVM.

§. 30.

In hoc §. tractatur de officio cuiuslibet de Regimine, quibus virtutibus sit dirigendus, & sic de virtutibus directiuis officij cuiuslibet de Regimine, & agitur de pietate, ac obedientia, & quod valet argumentum de patre ad Patriam.

SVMMARIVM.

Patriæ omnes tenentur obedire, num.1.

Patri, an Patriæ est magis obediendum, nu.2.

Officium ciuium erga Patriam, & Patriæ erga Ciues fusè Auctor declarauit, quod officium assimiletur officio Patris erga liberos, & liberorum erga Patres, & differunt sicut particulare, & vniuersale, num.3. & seq.

Ciues ciuibus inuidere naturale est auctoritate Senecæ, nu.4.

Diffinitur ingratitudo quæ sit, num.5.

Auctor prebet diffinitionem nomini Vniuersitatis, num.6.

Vniuersitas an possit conseruari in vnico indiuiduo, cui competerent omnia priuilegia Vniuersitatis, nu.7.

Qualibet Vniuersitas debet habere suos introitus ad soluendos exitus, nu.8.

Quæ bona præsumuntur Vniuersitatis, & quæ Baronum, aut iurisdictionem habentium in Vniuersitate, nu.9. vbi dicitur quæ sunt vendibilia, & quæ non sunt vendibilia.

Qualibet Vniuersitas debet habere bursam communem ad conseruandos introitus, nu.10.

Vni-

Vniuersitatibus multum fauendū est sicut iuri publico, nu.11.

Vniuersitates habent multa priuilegia sicut Ecclesia, & Fiscus nu.12. & ibi assignatur ratio nu.13.

Creditores licet plures non possint mittere plures Commissarios, *sed vnum contra Vniuersitatem, & si discrepauerint, tunc præfertur maior pars, nu.13. & 14.*

Commissarius contra Vniuersitatem pro singulis diebus habebit carolenos duodecim, & ibi fit mentio de Pragmatica, nu.13.et 14.

Focus soluitur vbi habitatur, et sic inoleuit Praxis destinandi Commissarios *contra focos absentes, nu.15.*

Commissarius pro imponenda noua collecta, non destinatur nisi à Collat. Consil. *nu.16.*

1 His statutis, est statuendū per quam virtutē singuli prædicti officiales dirigantur in eorum officio generaliter, & dicendū, quod omnes ciues de iure naturali tenentur patriæ ex debito virtutis, pietatis, & obedientiæ, vt habetur per tex. [in l.2. cum legibus sequentibus ff. de Iust.& Iure] vbi habetur de iure gentium omnes teneri obedire parentibus,& patriæ, & in illo textu notandum est æquiparari parentes, & patriam, dicitur enim veluti erga Deum religio, & vt parentibus, & patriæ pareamus, ex quo textu possumus arguere, quod ciues de iure diuino tenentur obedire patriæ, quemadmodum filij parentibus, per illud præceptum [Decalogi] honora parentes.

Sed quæritur, cui magis debemus obedire patrię, vel patri, & dicendum, quod obedientia de-
2 pendet ex ratione superioritatis vnde ex ratione superioritatis deducimus rationē obedientiæ, & sic in militaribus milites obediunt Duci militiæ, in ciuilibus obediūt Magistratibus, in spiritualibus obediunt Potestati spirituali, eodem modo possumus dicere de patria ad patrē, quod in domesticis negotijs debemus obedire magis patri, quam patriæ, sed in negotijs politicis, & publicis magis patriæ quam patri, & ratio est, quia pater pręest filijs in domo, patria verò præest ciuibus in Ciuitate,& sic ea, quę concernunt vtilitatem Ciuitatis debent adimpleri per ciuē
3 obediendo Ciuitati, sed ea quę concernunt vtilitatem domus, debent adimpleri per filium obedientem patri, & eodem modo proportionaliter arguere debemus, vnde sicut pater imperat filio, & dat filio officium in administratione domus, sic patria imperat Ciui,& dat illi officium

in administratione Reipublicæ, & quemadmodum pater debet etiam obedire patriæ, sic etiam non debet aliquid iubere filio, quod sit contra patriã, & sic patria in consequentiam prefertur patri [l.honor §.1. ff. de muner. & honor.] imo licitum est occidere patrem propter patriam [Alberi.in l. postliminium §. filius ff.de capti.& postli. reuers.] & cuiuslibet officium est, defendere patriam tanquam se ipsum, nam defensio patriæ est cuilibet permissa tanquã ad se pertinens [Bar.in l.1. ff.de Iust.& Iure,] & homines non solum patribus,
4 sed etiam patriæ nascuntur [ait Cicero de offic.] vnicuiq; nostrũ sunt parentes, cari liberi, & familiares, sed omnium hominum charitates vna patria complexa est, et nulla maior pietas quam defendere patriam [c.fortitudo dist.23.] et naturale est, vt vnusquisque natale diligat solum, [Afflict. in decis. prima,] & nihil dulcius habeat patria [Hieronym. in Hyer.cap. 7.] licet plerumq; Ciues ipsi soleaut esse ingrati, naturale enim est Ciues Ciuibus inuidere, [ait Seneca] sed ingratitudo est ventus vrens, exiccans fontem misericordiæ, rorem pietatis, & fructum gra-
5 tiæ, vt inquit [Diuus Bernardus] quem refert [Panorm. in ca.fin. extra de donat. & Sertori° Quattrimanns Patritius noster *nelle Rime di Monsig. della Casa* incipit *Fallace mõdo fol.* 160. tenuit mundum esse fallacem, ac cœcum] & hoc est officium Ciuiũ erga patriam, patriæ vero officium erga Ciues est simile patriæ erga filios, quemadmodum enim patres tenentur alere, & educare liberos [l.4.C.de alend. liber.] sic patria tenetur prouidere Ciuibus, sed differenter, nam patria tenetur prouidere vniuersaliter, non autem specialiter, vnde tenetur omnes Ciues in vniuersali conseruare, differt enim vniuersale a particulari, quemadmodum pater a patria,
6 nam nomen Vniuersitatis dicit plura in vnum vnita, est enim nomen collectiuum, quod recipit augmentum, & diminutionem, ita ut potest ex post facto deuenire in vnicum indiuiduum tantũ, & illud indiuiduum habet nomẽ Vniuersitatis [l. sicut §. 1. ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine, & ibi glos. in verbo nomine Vniuersitatis] quæ asserit, quod Vniuersitas potest conseruari in vni-
7 co indiuiduo, dato quod omnia perirent, cui indiuiduo competerent omnia priuilegia Vniuersitatis [Petra ad Gramm. decis. 47.num.4. Montanar. in prag. 2. num.288. de administr. vniuer.] & tunc illud solum indiuiduum posset Sindicum, & Procuratorem creare, quia in ipso solo cõsistit memoria Vniuersitatis, si verò essent plures Ciues, vnus, vel duo possunt incipere collegium

gium, & parlamentum, & quem
admodum quilibet pater fami-
lias habet proprium in particu-
lare, sic quælibet Respublica de-
bet habere proprium in commu
8 ni [l. Ciuitatibus ff. de leg. 1. &
l. omnibus ff. ad Trebell.] & si-
ne proprio non potest substineri
& proinde omnis Vniuersitas ha
bet suos introitus, gabellas, da-
tia, & alia onera, quæ imponun-
tur Ciuibus, ex quibus pecuniā
exquirit pro soluendis iuribus fi-
scalibus, salarijs Medicorum, &
alijs artibus liberalibus, pro re-
fectione viarum, pontium, & alia
rum necessitatum ordinariarū,
& extraordinariarum [DD. in l.
ambitiosa ff. de decretis ab or-
din. facien.] & debet Vniuersi-
tas administrare bona commu-
nia, quemadmodum quilibet pa-
ter familias administrat bona
filiorum.

Sed quæro, quæ bona præsu-
muntur esse Vniuersitatis quæ
vero Baronum, seu Iurisdictio-
nem habentium, & dicendum,
9 quod quædam sunt ad honorem,
& pulchritudinem Ciuitatis pa-
rata, vt Theatra, Platea, Via, &
similia [l. in tantum §. vniuersi-
tatis ff. de rer. diuis.] & hæc pos-
sunt dici quodammodo publica,
alia vero dicuntur bona Vniuer
sitatis quę afferunt commodum,
& hæc possunt dici bona priuata
& differunt inter se multum, nā
prima non sunt vendibilia, vt
Theatra, Platea, & Via, alia ve-
ro sunt vendibilia, & possunt
vsucapi [Luc. de Penn. in l. nulli
C. de fundis patrimonior.] & ista
bona priuata sunt ex quibus per
cipiuntur redditus, et introitus
pro oneribus ferendis erogatio-
num pertinentium ad ipsas Vni-
10 uersitates, qui introitus applicā-
tur bursæ Vniuersitatis, et hanc
bursam communem habent om-
nes Ciuitates, et vici de Iure [l.
omnibus ff. ad Trebell. Cassan.
in consuet. Burg. tit. Des Forest.
rub. 13. §. 6. in tex. de Poete nu.
2.] non præsumuntur autē Vni-
uersitatis fossa, fortalitia, neque
castra, nam talia sine Principis
assensu construere Vniuersitates
non possunt, quia armorum vsus
est de regalibus, sed Baronibus
iurisdictionem habentibus in
Vniuersitate licet magna forta-
litia construere in suis terris [Af-
flict. in Constitutione Regni in
loco demanij Capibl. in prag. 8.
num. 196. de Baron.] sed muri,
et fossata præsumuntur esse Vni-
uersitatis vt dicit [Luc. de Pen.
in l. fi. C. ex quib. causis lib. 11.]
11 Nota autem, multum fauen-
dum esse Vniuersitatibus, quem
admodum fauemus iuri publico
sicut diximus in superioribus,
nam in quolibet Regno Vniuer-
sitates conuenit conseruare in
eorum statu publico, alias Re-
gnum destrueretur destructo
statu publico Vniuersitatum,
nam Regnum non constat,
nisi ex multis Vniuersitati-

bus, vti diximus in Rubrica, et propterea tam in iure communi quam in iure Regni multa fuerunt statuta in beneficium Vniuersitatum, in tantum vt Vniuersitates gaudeant iure minorum, item Iure Ecclesiæ, & multoties
12 iure fisci, nam videmus habere restitutionem in integrum, quæ competit minoribus, & habere tacitam hypotecham, quæ competit fisco, prout hæc omnia diximus supra, & multa sunt concessa Vniuersitatibus ad exemplum Ecclesiæ, de quibus recensere longum est, sed omnia prædicta fundantur in illa prima iuris diuisione, quæ facit duas dispositiones iuris, videlicet in publicum, & priuatum [l. 1. §. ius publicum ff. de Iust. & Iure,] & ob id cum ius Vniuersitatis dicatur ius publicum habet omnes
13 prærogatiuas iuris publici, de quibus habetur [per DD. in l. 1. ff. solut. matr.] vbi dicitur publicam vtilitatem priuatæ vtilitati præferendam esse, & hac de causa posse imminui ius priuatum propter vtilitatem publicam, & propter hanc rationem non debent plures creditores assignatarij mittere plures Commissarios contra Vniuersitatem aliquam debitricem, sed debent conuenire inter se pro destinando vnum Commissarium, & si qui discrepauerint, tunc præfer-
14 tur maior pars creditorum habita ratione maioris crediti nō autem numeri creditorum, & talis Commissarius habebit carolenos duodecim pro singulis diebus, & sic pro accessu, & recessu, vt per [prag. Comitis de Lemos Iunioris sub die 27. Februarij 1612.] quæ pragmatica deinde fuit extensa ad omnes cre-
15 ditores Vniuersitatum, [vt per pragmaticam eiusdem Comitis sub die 26. Maij 1613.] & olim destinabantur Commissarij pro Vniuersitate contra focos absentes, sed quia redundabat in damnum Vniuersitatum, fuit ordinatum amplius non destinari, sed quilibet focus soluit, vbi habitat, [vt per pragmaticam eiusdem Comitis sub dicto die 26. Maij 1613.]

Et nota quod si aliquis creditor intendat destinare Commis-
16 sarium pro imponenda collecta ad finem satisfaciendi ipsi creditori, hoc non potest expediri, nisi per Collaterale Consilium, non autē per alia Tribunatia etiam maiora, vt per [prædictam Prag.]

CA-

CAPVT OCTAVVM.

Item che morendo il Mastro giurato, Sindico, & Eletto in quell'anno il Regimento ordinario, quando saranno tutti d'accordo il possano creare, e quando non s'accordassero, si debbia fare nel modo detto di sopra in parlamento generale.

In hoc capite prouidetur in casu mortis alicuius ex Regimine, & extenditur ad casus similes.

SVMMARIVM.

Regimen particulare quomodo possit creare alium loco mortui, & ibi dicitur, an possit extendi ad casus similes, nu.1.

Officia Regiminis quomodo finiantur, nu.2.& 3.

Syndicus an possit constitui sub conditione, vel ad tempus nu.4.& 5.

1 HOc Capitulum prouidet in casu mortis Magistri Iurati, Sindici,&Electi eius anni, quod Regimen particulare possit creare alium loco mortui, quando omnes cõsentiunt, in casu dissensus etiam vnius, tunc debeat creari in parlamento generali, & potest extendi hæc dispositio ad omnes casus similes ex idẽtitate rationis, casus verò similes sunt omnes, in quibus finitur officium Magistri Iurati, Syndici, vel Electi, nam hæc dispositio concordat cum iure communi secundum [Martinum Laudensem in quæst.107.de official.] & propterea debet extendi ex identitate rationis [l.non possunt ff. de legib.& Bar. & omnes Doctor. in l.si constante in 9.quæst. ff.solut.matrim.] vnde videndum est
2 in quibus casibus finiatur officium prædictorum de Regimine,& dicendum, quod cum officium ipsorum sit munus publicum,& non possit competere, nisi ciuibus, siuè municipibus, & incolis,& sit munus ciuile secundum ea, quæ diximus supra, per hoc ad similitudinem tutorum, & curatorum, qui substinent munus ciuile, finitur officium prædictorum de Regimine, videlicet in casibus in quibus potest applicari eadem ratio, prima causa applicabilis est per capitis diminutionem, per quam li-
3 bertas, vel ciuilitas amittitur, vt habetur [in Instit.quib.mod.tutela fini. §. simili] & ratio est, quia nõ potest esse officialis Regimi-

giminis, qui non est liber, neque Ciuis Ciuitatis, vnde omnes illæ causæ, quæ faciunt inhabilem in principio, si postea superueniãt, faciunt finire officium, & ob id in hac materia est recurrendum ad materiã, de qua tractauimus [in cap. 3. nu. 37.] & seq. supra de inhabilibus ad exercendum officium, nam principium, medium, & finis sunt correlatiua eiusdem rationis, quamobrẽ inhabilitas succedens in vno ex dictis temporibus obstat eidem officio.

4 Sed quæro, vtrum possit constitui Syndicus sub conditione, vel ad tempus, veluti quis fuit effectus inhabilis, quæ tamen inhabilitas potest esse ad tempus, vt si Syndicus, & cæteri officiales de Regimine fuit effectus furiosus, vtrum possit subrogari alius Syndicus durante furore, vel alio modo fuit quis effectus bannitus, & videtur dicendum quod possit dari, nam limitata causa limitatum producit effectum, quia cum desinat esse Syndicus propter furorẽ, & sit spes de sanitate recuperãda, videtur quod possit subrogari alius, & ratio est ex ratione subrogationis, nam cum permittatur [in c. 11. infra,] subrogatio, & subrogatio in sua ratione dicat locum substitutum in persona de-

5 ficientis, consequenter superueniente persona prima desinit esse subrogatus, nec potest opponi de Tutore, & Curatore, qui nõ potest ex tempore constitui per [tex. in l. 77. de regul. iuris, & l. 6. §. sub conditione ff. de tutelis,] nam illud procedit ex speciali ratione, quia actus legitimi non respiciunt diem, neque cõditionem [l. actus legitimi, ff. de reg. iuris,] nam licet actus legitimi non recipiant diem, & cõditionem expressam, possunt tamen recipere diem, vel conditionem tacitam, [vt in d. l. 77. §. nonnunquam,] & sic admittitur conditio, & dies tacita, ex natura, seù ratione subrogationis.

CAPVT NONVM.

Item che non si possa far parlamento, nè decreto che vaglia, doue non siano le due parti almeno dell'elettione ordinaria, e fandosi il decreto sia nullo, & il Cancelliero sia in pena di priuatione scriuendolo.

Latè declaratur non posse parlamentum particulare conuocari sine duabus partibus præsentibus.

SVMMARIVM.

Parlamentum particulare quomodo differat à parlamento generali, nu. 1. 2. et 3.

In

In parlamento particulari debent interuenire duæ partes ex tribus,sicut in parlamento generali, nu.4.

Cartella debet continere negotia proponenda parlamento, & intimari omnibus de Regimine, nu.5.

Negotium non contentum in cartella, & licet fuerit propositum à Syndico, dicitur nullum, nu.eod.

Cartella non intimata vni de Regimine, potest agi de contemptu, & an parlamentum valeat, nu. eod.

Citatio ad particulare parlamentum debet proportionari citationi ad Iudicium, nu.eod. & 6.

In parlamento generali loco Cartellæ Campana magna pulsatur, in parlamento vero particulari vltra cartellam pulsatur Campana, nu.7.

Vsus Cartellæ est conformis vsui Nobilium Sedilium Capuani, et Nidi, nu.8.

Cancellarius, seù Secretarius ad quam pœnã incurrit, si scripserit taliter in cartella, et aliter in parlamento, nu.9.

Parlamentum an valeat absq; intimatione Cartellæ, nu.10.

Cancellarius, siuè Secretarius debet interuenire in omnibus decretis gerendis per Vniuersitatem, et debet esse salariatus, vel immunis, nu.11.

Cancellarius ne incidat in pœnam debet dicere in instrumentis decretorum, quod interfuerunt in parlamento duæ partes, vel alibi maior pars, nu.eod.

A parlamento non potest exire quando negotium votatur, nu.12.

Cancellarij, Actuarij, et Notarij debent esse boni scriptores, et ibi notatur pœna, nu.13.

Ciuitas Cosentiæ quomodo obseruat in subscribẽdo literas ad Regẽ, Proregem, et alias personas, nu.14. et seq.

Pœna falsi incidunt persona scribentes literas alicui, nomine Ciuitatis sine eius voluntate, num.15.

1 DE modo, & forma conuocandi parlamentum generale multa diximus supra [in cap.5.] nunc dicendum aliquid restat de forma, & modo conuocandi parlamentum particulare, & quemadmodum differt parlamentum generale à particulari, quod nõ differt, nisi in generalitate, & particularitate, & in alijs conueniunt, ita dicendum est, quod omnia quæ diximus in parlamẽto generali possunt applicari in parlamento particulari, nisi adsit particularis ratio, vnde vidẽdum est, in quibus differant ex particulari ratione parlamentũ generale, & parlamentum particulare,

culare,& dicẽdum est, quod dif-
2 ferunt, quemadmodum differũt verum,& representatum,nam parlamentum generale facit veram Vniuersitatem,& sic omnia quę fiunt in parlamento generali dicuntur facta ab ipsa Vniuersitate,sed quæ fiunt à parlamento particulari dicuntur facta à persona representante Vniuersitatem, et propterea multa ardua non possunt fieri,nisi ab ipso parlamento generali, et non à particulari, et si fiant à parlamento particulari non valebũt, et præcipuè habemus in capitulis nostris, quod cum sit dissensus circa aliquod graue in parla-
3 mento particulari, et vnus petit parlamentũ generale debet fieri parlamentum generale, vt diximus [in cap. 1. et c. 7. §. 22. nu. 2.] et propterea stãte statuto quod faciat mentionem de facto ab Vniuersitate, nõ comprehendet factum à parlamento particulari,et ratio est,quia statuta debẽt intelligi in casu vero,et non in casu ficto, vt diximus supra [in dicto capit. 1. §. 2. num. 81. et seq.]

Actus autem vocandi ad par-
4 lamentum est primus, et initiũ omnium actuum,qui fiũt in parlamẽto,& quia vt diximus supra in parlamẽto generali,& in parlamento particulari debent interuenire duæ partes [Losæus in prima parte cap. 3. nu. 56. & seq. de iure Vniuersitatis] ideò omnes vocandi sunt,idest hi,qui sũt de Regimine, sufficit tamen interuenire duas partes, & quemadmodum in citatione, quæ fit ad iudicium citando,debet intimari actus qui fieri debet, sic in parlamẽto particulari datur cartella cum negotio proponendo
5 vni ex duobus Porterijs nostris firmata à Syndicis, & Cancellario, seù Secretario cum assignatione diei,horæ, & negotiorum proponendorum,& Syndicus nõ potest proponere negotium nõ contentum in cartella,& si proponeret parlamentum super illo negotio non contento super ipsa cartella est nullum, & inualidum,vnde si vni ex Regimine non fuerit notificata cartella, ille potest agere de contemptu, & parlamentum inualidabitur [argum. l. nominationem C. de decurio. lib. 10. & ibi glo.] secus si non agit de contemptu, tunc
6 valebit parlamentum,& electio [Ripa in suis responsis cap. 21. de rescriptis,] & potest argui in hac materia ex iuribus, quæ loquuntur in citatione, vnde quẽadmodum quis citari debet ad iudicium in loco solitæ habitationis, quando non potest reperire de persona, ita debet seruari in parlamento,& quemadmodum in contumacia citati, & nõ comparentis actus fit, ita debet fieri actus in contumaciam non venientium, dummamen adsint duæ partes, & in casu necessariæ absen-

tiæ, vel infirmitatis fiat subrogatio, [vt in cap.11.dicemus] fauente Deo.

7 In parlamento verò generali cessat cartella, sed Campana magna pulsatur, vulgò dicit *à bando*, in parlamento particulari vltra cartellam pulsatur Campana magna, vt vulgò dicitur *à botta*, & in hoc cognoscitur, quando parlamentum est generale, vel particulare.

Qui vsus cartellæ etiam est conformis cum vsu nobilium Sedilium Capuani, & Nidi, & cõ-
8 cordat, vt diximus, cum iure cõmuni, & in talibus debet obseruari cõsuetudo, & solitum, aliàs actus foret nullus [pragm.2. de administr. Vniuers. & ibi Montanar.num.221.]

Nota, Cãcellarium, seù Secretarium incurrere in pœnam falsi, qui scribit aliter in cartella, &
9 aliter in parlamento, cũ debeat, vt diximus, proponi, & decretari in decreto parlamenti id, quod fuit intimatum in cartella [DD. in l.qui velut C. de falsis.]

Sed quæro, quid si omnes de Regimine reperiuntur congregati in Sedili, seù loco solito si-
10 ne solita cartella, aut solita citatione, & fit parlamentum ab eis, vtrum valeat, stante quod nõ fuit intimata cartella, & dicendum est argumento eorum, quæ dicuntur in citatione, quod præsentes non sunt citandi [Bar. in l.2.C.de decurio.lib.10.] quem sequitur [Dec. consf.199.vol.1.] & per hoc omissio citationis, seù cartellæ non vitiat, & vti diximus de propositione negotij in cartella, ita dicendum de tempore, vnde si fuit appositum in cartella vnum tempus, & fuit res decretata in alio tẽpore, decretum est nullum, quemadmodũ quando quis citatur in vno tempore, & fit actus in alio tempore [Bart. in l.aut qui aliter §.fin.ff. quod vi aut clam, & argum.l. si eo tempore, C.de remiss. pign.]

11 Sciendum autem est, quod quemadmodum in actis iudicialibus, quia non creditur Iudici, debet propterea interuenire aliquis Actuarius, sic in decretis faciendis per Vniuersitatem debet interuenire Cancellarius, siuè Secretarius, cui datur salariũ ab Vniuersitate, vel datur ei immunitas à collectis, & eius officium est scribere propositiones, responsiones, & conclusiones duarum partium congregatarũ, sic voluit Dux Calabriæ [in capitulis nostris anno 1472.f.25. a ter.nu.7.] & in nigro, qui Cancellarius ne incidat in pœnam, debet dicere in instrumentis cõclusionum, & decretorum, quod fuerunt duæ partes in concludendo, & interuenierunt in parlamento duæ partes, in alijs verò locis sufficit, quod concludat maior pars [Montanar. in dicta pragm.2.nu 292.]

12 Sed quid si multi venerunt ad parla-

parlamentum,& dum votaretur negotium,volunt exire à parlamento, & dicendum,quod non possunt,ex quo coguntur votare, quemadmodum in iudicio,videmus quod causa cœpta votari, votatur, & sic officialis iurisdictionis, qui interuenit in parlamento nõ debet permittere, qđ exeant, & si fuerint renitentes, potest ipsos punire,& carcerare arbitrio suo[Mõtan.in d.prag.2. nu.298.allegat cap.1.de his quę fiunt à maiori parte, & Abbatē in c.cum nobis nu. 10. de elect.]

13 Nota, quod Cancellarius nostræ Ciuitatis,Actuarij,& Notarij debent esse boni scriptores [prag. 1. de Magistris Actor. & Subactuar.M.C.V.& Afflict.in Constit. in locis demanij in 10. notab.] imò Prothonotarius, & eius Locumtenens debent diligenter inquirere,si petens creari Notarius sciat bene scribere, & amplius dicit, quod Notarij qui nesciunt bene scribere, quorum literæ cum magna difficultate leguntur,debent per Iudices suspendi ab officio, quia non fuerunt bene examinati.

Item nota,quod solet Ciuitas nostra,quando scribit literas ad
14 Regem, Proregem, vel aliam personam maximæ dignitatis, subscribere omnes Administratores vsq; ad numerum decem, [vt per pragm. Comitis Oliuares incip. *la malitia* sub die 22. Iulij 1585.] literæ vero scriptæ alijs personis non subscribũtur, sed tantum sigillãtur, & ex solo sigillo cognoscitur esse litteras nostrę Ciuitatis [Paul.de Castro in l.admonendi nu.42.vers.circa tertium ff.de iure iurand.& Mascard. in tract.de probat. in verbo de sigillo in lib.2.cõcl.1308.] quam obseruantiam nõ subscribendi non laudo, cum multi teneant sigilla,idest magnũ,& paruum,& scribũt bono charactere
15 cuilibet nomine Ciuitatis ad eorum votu sine volũtate ipsius Ciuitatis in damnum, & perniciem Vniuersitatis, hi vero possunt castigari pœna falsi [Doct. in alleg. l. qui velut C.de falsis.]

CAPVT DECIMVM.

Item che quelli, che gouerneranno non possono essere Assistenti, nè Sindicatori, nè hauer altro officio nella Città più di quello, che hà, & in quello attendere, ma si debbiano creare estra il Regimento.

Vna persona de Regimine non potest habere plura officia.

SVMMARIVM.

Vna persona plura officia non potest habere in Regimine, nu.1.

Ratio adducitur talis nostri statuti, nu. 2.

Ecclesia, Respublica, & corpus hominis æquiparantur, nu.3.

Hoc

HOC statutum nostrum concordat cum iure communi in [l. vlt. §. fin. ff. de vacat. muner] in illis verbis eodem tempore idem duas causas operis non administrabit, concordat cum [Ecclesf. cap. 3.] in illis verbis cor ingrediens duas vias non habebit successum, & [in cap. 2.] filij ne in multis sint tibi actus, & [cap. 29] qui conatur multa agere, incidit in iudicium, nec etiam licet habere duas militias [l. is quidem §. in postremo C. qui milita. non poss. lib. 12. & dicit Luc. de Pen. in l. 1. C. de Primicerio lib. 12.] quod vnum solum officium vix digne quis potest implere [cap. 1. de consuet. lib. 6. & ibi Archidiac.] neque etiam quis potest habere plura beneficia [c. de multa de Præben.] & hæc habent rationẽ procedentem ex iustitia distri-
2 butiua, quia honores impartiẽdi sunt alijs benemeritis, onera verò æqua lance distribuenda, ne quis plus iusto grauetur [Surgens in cap. 17. num. 14. de Neapoli Illustr. Castaldus de Imperat. quæst. 80. per totam] assignando causas, & rationes, quæ etiam procedunt in officialibus Reipublicæ, & quemadmodum officia Ecclesiæ singula singulis personis sunt distribuenda [cap. 1. 89. dist. & c. cum ex iniuncto & c. sicut de hæreticis] ita debet obseruari in Republica, nam Ecclesia, & Respublica
3 æquiparantur, cum sint quædam Vniuersitates, in quibus omnia benè gubernantur cum recto ordine, vt diximus in principio operis, vnde quemadmodum nõ est secundum rectum ordinem in Ecclesia vni plura officia concedere, eodem modo dicendum est in Vniuersitate, & Ciuitate, quæ vult rectè gubernari, & sicut in vno corpore sunt singula membra, quæ faciunt propria officia, sic debent esse in Republica & hoc nostrum statutum concordat [cum Priuilegio Regi Ferdinandi anno 1464. fol. 39 num. 39.]

CA-

CAPVT VNDECIMVM.

Item, che la subrogatione si debbia fare per la maggior parte del Gouerno nel modo secreto detto di sopra, doue concorreranno le due parti delle ballotte, ò almeno due palle di più, et essendo pari, se debbiano inbussolare, et vscire a sorte, et nel resto si debbiano osseruare tutti li Capitoli della Città sopra tal negotio del Gouerno.

Materia subrogationis latè tractatur cum aliquibus quæstionibus tangentibus ad Nobilitatem.

SVMMARIVM.

Subrogatio quid sit num. 1.
Valet argumentum de sponso, qui misit sponsæ alienum anulũ, & post nuptias contractas loco eius alium dedit, & *quod valet donatio nu.* 2.
Subrogatus loco primi Electi non est præferendus vt primus num. 3.
Subrogatus non nobilis in locum electi nobilis, non efficitur nobilis, neq; habet quasi possessionem nu. 4. 5. & 6.
Subrogationi quando est locus, & adducitur ratio quare fuit inducta nu. 7.
Pater an possit subrogare filium ad exercendum officium eius in materia Regiminis nu. 8.

1 IN hoc capitulo fit mētio de subrogatione, vnde videndum est de natura subrogationis, de quā tamen multa dixit in locis legalibus [Euerardus in loco a vi, & natura subrogationis,] & breuiter dicendum est, quod subrogatio nihil aliud est, nisi positio alicuius in locum alterius, & propterea subrogatus non dicitur esse idem cum altero, in cuius locum subrogatur, sed tātum tenere eius locum [l. 1. §. hæc actio ff. si quis test. liber esse iuss. fuer.] vnde si sponsus misit
2 alienum auulum suæ sponsæ, & post nuptias contractas loco eius alium dedit, valet donatio quamuis sit facta constante matrimonio, quia secundus est in locum primi, cuius valuit donatio vt pote facta ante nuptias [Tiraquell. de iure primogenit. quæst. 40. nu. 43.] & ex hoc possunt multæ quæstiones oriri, &
3 prima, si quis est subrogatus in locum alicuius Electi primi, siue Magistri iurati, vtrum præferendus sit alijs Electis, licet minoribus ætate, & dicendum est,

quod

quod cũ naturale præualeat accidentali, cõsequenter subrogatus tanquam veniens per accidens, non debet præferri habenti officium per se, vt sunt alij Electi, & sic debet esse vltimus, [l. qui habet §. 1. & ibi DD. ff. de tutelis, & facit dictum Ioan. de Platea in l. comperimus C. de proximis sacro. scrini. lib. 12.]

Secunda quæstio, quid si quis fuerit subrogatus, & non sit nobilis, vtrum propterea ex tali
4 subrogatione efficiatur nobilis, & dicendum est, quod non, nam cum Regimen particulare non possit facere aliquem nobilem expresse, neq; etiam poterit facere per subrogationem, quod argumentum procedit a natura, & potentia causæ efficientis, sed quæro licet non efficiatur nobilis, an per hoc acquirat quasi possessionem, seu statum propter quam quasi possessionem, seu statum possit obtinere in iudicio
5 possessorio, & hanc quæstionem tractauit [Bern. Bombin. Doctor egregius in cons. 71. num. 2. & seq. quem sequitur Pascalis in par. 4. cap. 2. num. 71. de patr. potest. quos citat Thorus in cõpend. decis. Neapol. in verbo subrogatus col. 1. fol. 527.] nam hic non potest dici subrogatus,
6 sed intrusus, quia defecit potestas, vnde gesta per intrusum non valẽt, nec in eo habet locũ tolerantia, cum non habeat ingressum ab habente potestatem [c. qualiter, & quando el 2. de accusat. & tradit Abb. in c. cum venissent de restitut. in integrũ in 3. notab. num. 4.]

7 Vlterius nota in materia subrogationis, quod subrogatio habet locum in his, qui habent iustum impedimentum non veniendi, vt est impedimentum infirmitatis, vel necessariæ absentiæ, vel simile, & fuit inducta hęc subrogatio ad complendum iustum numerum Regiminis quindecim personarum, nam antiquitus habebamus quinquaginta Consiliarios, [vt per capitul. Ducis Calabriæ anno 1472. fol. 25. a ter. num. 7. & Regis Ferdinandi anno 1478. fol. 48. a ter. num. 1.] & hæc subrogatio potest peti, quando sunt in parlamento decem personæ a qualibet persona parlamenti, secus vero si essent minores numero, nam tunc non potest fieri parlamentum, vt diximus supra.

Sed quęro, an filius possit exercere officium Patris, videlicet Pater eum substitueret ex regula, quod filius censetur eadem persona cum Patre, & vox Patris vox filij dicitur, [vt per Soccin. cons. 30. incip. prosequendo ordinem vers. circa tertiam
8 quæstionem prope med. cum vers. seq. vol. 1.] & dicendũ quod non, quia fuit electa industria personæ, non est extensio facienda ad aliam, quæ in rei veritate non est, sed fingitur, statutum

verò nostrum loquitur de veritate, non autem de fictione §l. nullus C. de decurio. & supra diximus in cap. 1. §. 2. num. 80. & sequent.

CAP. DVODECIMVM.

Item, che non possano essere eletti dui d'vna famiglia, & che non possa essere admesso in quell'offitio, che haue essercitato se non saranno passati trè anni.

Plures personæ eiusdem familiæ in materia Gubernij non possunt eligi, & non datur continuatio.

SVMMARIVM.

Statutum, quod duæ personæ eiusdem familiæ non possunt eligi, quomodo intelligatur nu. 1

Fratres vterini simul non possunt esse officiales de Regimine de iure Regni, de statuto verò nostro an admittantur num. eodem.

Frater dicitur ferè alter, & ideo fratres excluduntur nu. 2.

Duo eiusdem familiæ quando possunt esse Electi nu. 3. & 4.

Continuatio officij prohibetur & concordat cum iure communi & ibi ponũtur ampliationes, & limitationes multis modis & *tractatur de confirmatione nu. 5. & sequent.*

Adducitur ratio quare continuatio fuit prohibita, ne cadat præsumptio prædæ contra volentem redire ad officiũ nu. 6.

Vacatio officij iurisdictionis quanto tempore durat nu. 7.

Officiales Vniuersitatis quanto tempore debent vacare nu. 8.

Officialis constitutus à Ciuitate potest constitui officialis Ciuitatis à Barone nu. 9.

Continuatio admittitur tempore necessitatis nu. eod.

Princeps motu proprio potest confirmare quem in eodem officio vel diuerso, & *adducitur obseruantia* Ciuitatis Neapolis *nu.* 10.

Confirmatio eiusdem officij datur nemine de vniuersitate reluctante, & ibi ponuntur ampliationes, et limitationes n. 11. 12. 13. 14. & 15.

Continuatio officiorum extra Regimen datur nu. 16. & 24.

Annus ad recipiendum officium, à quo die computatur nu. 17.

Ciuitas libera potest constituere Sindicum perpetuum, Ciuitas subiecta non potest nisi ejus

con-

consensu Principis nu.18.

Officiales intelliguntur perpetui quando conceditur officium sine tēporis præfinitione n.19

Declaratur regula, quæ officia debent esse perpetua, & quæ annalia, & ibi ponitur regula nu.eod.20.21.&22.

Omnis politica iurisditio, & officiū originē habuerunt à pop.n.23

Potestas creandi officialem originaliter residet in populo, & populi appellatione veniunt plebs, & nobiles nu.23.

Deficientibus nobilibus potestas creandi officiales nobiles accresceret populo, & è contra num.23.

In officio an quis possit confirmari ex eo quod negotium quod incæpit, non dum est perfectum nu.25.

Onera publica debent diuidi inter ciues pro rata, seu pro familia nu.26.

Pauperes sunt exempti à collectis, & quæ bona ponuntur in æstimo nu.27.

1 NON possunt eligi duo de eadem familia, & hæc dispositio concordat cum iure communi [in l. 3. ibi cum ex eadem familia C. de filijs familiar. lib. 11.] in quo tamen textu dicit hoc non posse fieri ratione grauaminis, & consequenter si spontè vellent officium, deberent admitti, & sic de iure communi pater, & filius, & plures fratres possunt esse simul in Regimine, quando volunt, & alter alteri potest dare vocem suam, & suffragium [l.5.& l.6.ff. quod cuiusq; Vniuersitatis nomine,& Marcus decis. 629. vol.1. num. 2.] sed de Iure Regni nostri [per prag. 5.§. 15. de administr. Vniuer.] vbi statuitur ne vno, eodemq; tempore possint eligi ad Regimen Vniuersitatis pater, & filius, vel fratres germani, & cum hoc nostrum statutum debeat strictè intelligi per tex. [in l.quicquid adstringendæ ff. de verb. obligat. & Isern. in Const. Regni prosequentes vers. sed sapientes] non includuntur fratres vterini tantum, cum sint diuersæ familiæ, & ita fuit practicatum per textū nostrum in nostra Ciuitate, licet in terminis Pragmaticæ possit substineri contrarium, cum loquatur generaliter de fratribus carnalibus, cum vterini dican-
2 tur etiam fratres carnales, & facit ratio, quā adducit [Zappull. in d.§.15.num.4.& seq.] quia frater dicitur ferè alter, & semper fratres reperiuntur ferè in eodem voto concordes, quia amor, & odium peruertunt rationis iudicium, & licet [Tiraquell. in causa 22.nu.3.in tract. de pœnis legum] dicat rem dignam miraculo, quod fratres in uicem se amant, tamen in rebus

periculosis, dicit fratrem vix vnquã solere deesse fratri, & vxor Darij fertur fratrem prætulisse viro, & filijs hinc carmina [sub num. 7. & seq.] recitat

Marito mortuo alius esse.
Et alius natus, si hunc amicleent E.
Sed Matre, & Patre sepultis.
Non potest iterum nasci frater.

Et hæc concordant cum priuilegijs nostris [Regis Alfonsi de anno 1489. fol. 62. num. 18. & Regis Ferdinandi anno 1509. fol. 88. num. 10] & cum dixerimus ta-
3 le statutum esse stricti iuris, & propterea strictè interpretandũ debet intelligi in casu suo, & non extendi, nam licet videatur habere aliquam rationem, non tamen illa ratio inhæret dispositioni, sed est ratio generalis, & propterea non potest extendi statutum, etiam si non posset assignari, nisi vnica ratio, quæ illa ratio est generalis ex dictis per [DD. in l. si cõstante in 9. quæst. Bar. ff. solu. matr. & per gl. in Clemen. auditur in Romana Curia de rescriptis,] vnde non procedet dispositio textus nostri in alijs Administratorib⁹ factis ab ipso Regimine, nam potest esse
4 Cõsultor, Assistens, aut Sindicator eiusdem familiæ, in qua est Sindicus, & cœteri de Regimine vt ferè solent esse, nam propter parentelam semper consanguinei eorum de Regimine solent præferri alijs idoneoribus, eadem ratione non extenditur statutum nostrum ad casum, quando quis fuit Electus Grasserius, seu Iudex Baiulorum, licet sit de eadem familia cum illis de Regimine, & sic dicendum de alijs officijs extra Regimen.
5 Nota ibi *che non possa essere admesso &c.* vbi prohibetur continuatio officiorum, & concordat cum Iure communi [in l. penul. C. quemadmodum Ciuit. muner. lib. 10. & l. 1. & 2. C. de mune. & honor. nõ continuãd.] & hæc dispositio ampliatur procedere etiam si voluntariè vellent admitti, nam nullo modo possunt admitti, neque voluntariè, neque coactè, nisi transacto triennio [vt ex ordinationib⁹ concessis a Duce Calabriæ anno 1472. fol. 25. a ter. num. 6. & iterum anno 1476. fol. 42. num. 1. in fin. & num. 3. & narrat Liuius lib. 10.] Fabium maximum noluisse acceptare Cõsulatum sibi a Senatu, & Populo Romano repetitum, dum lex erat, quòd nisi intermisso quinquennio idem officium gerere non licebat, & ratio prædictæ dispositionis est, ne ex continuatione honoris grauis subditis efficiatur [§. penul.
6 in auth. de defensor. Ciuit.] & est præsumptio prædç contra illum, qui vult redire ad officium, quod semel administrauit [Plat. in l. 3. C. de diuers. offic. lib. 12, de Franchis decis. 264. alia ratio allegatur a Surgente in cap. 17. num. 10. de Neap. Illustr.]

ne

ne iure quodadmodo successionis, ac hæreditario illis potiri
7 contingat, & hæc dispositio textus nostri procedit in officialibus Vniuersitatis, in officialib' verò iurisdictionis statuitur diuersum, quia post vnum annum tantum debent vacare, si horum officium fuit annale, alias debet vacare tanto tempore, quanto exercuerunt [prag.6. tit. de offic. Iudicum, sed per priuilegia nostra concessa a sapientissimo Philippo II. in anno 1555. fol. 106. num.6.] non potest officialis Iustitiæ redire ad idem officium, nisi transacto triennio, licet fuerit prius decennium ex voluntate [Regis Ferdinandi anno 1486. fol. 56. num.2.] sed de iure communi officiales Vniuersitatis ab eodem officio debent vacare per quinquennium a di-
8 uerso per triennium [l. 1. C. de muner. non continuand. lib. 10. & de Franchis decis. 264.] sed per statuta nostra tempus est vniforme siue officium sit idem, siue diuersum propter generalitatē textus nostri, & consuetudinem, hæc tamen continuatio debet intelligi, vt non fiat ad officia eiusdem generis, secus ad officiū diuersi generis, quod procedit a diuersis personis, vnde qui fuit Sindicus Ciuitatis potest sequenti anno constitui officialis Ciuitatis a Barone, nem-
9 pè potest esse Ærarius, & similis [Montanar. in prag. 5. §.16.nu. 10. & Capibl. in d. prag.5.num. 72. de Baron. & in prag. 10. nu. 76. de Baron.] & hæc continuatio cum sit prohibita de Iure Ciuili, potest tamen admitti in casu necessitatis, nam necessitas non subest legi, vnde in casu quo alij idonei non reperirentur, posset quis continuare, vt occurrit in paruis Vniuersitatibus, in quibus non solent adesse personæ idoneæ, nisi admodum paucæ & facit tex. [in l. penul. & l. vt gradatim §. quoties, & l. honor in fin. ff. de muner. & honor. & de Franchis decis. 210. num. 3. & Pascal. in 4.par.cap 10. num. 11. de patr. potest.]

Eadem ratione cum Princeps non subest legi Ciuili, potest motu proprio quem confirmare in eodem officio, vel diuerso, &
10 ita obseruatur in Ciuitate Neapolis, cuius officia fiunt per semestre tantum, & solent confirmari officiales, quando bene se gerunt [Montanar. in d. §.16 num.9. de administratione Vniuersitatum.]

Eadem ratione nemine de Vniuersitate reluctante potest quis in eodem officio confirma-
11 ri, & procedit tam in Officialibus Iustitiæ, quam administrationis [Anna in allegat. 15. per totam, Viuius decis. 129. Rom. sing. 96. & 669. Boer. dec. 149. Amendola ad de Franchis decis. 2. n.35.& Rouit. in Prag.5.n. 2. & 9. de Baron.] vno tamen con-

tradi. ĕte confirmatio non vale-
12 ret, quod intelligitur, quando contradixit a principio, secus ex post facto & hoc intelligitur, quando confirmatio fuerit facta a tota Vniuersitate per generale parlamentum, secus si sit per Regimen solum [de Franchis decis. 609. & Anna sing. 679.] & nota quod licet nemo ex Vniuersitate contradicat, potest tamen contradici per Dominum, seu Baronem Vniuersitatis, cum dicatur primus Ciuis, [Thorus in compend. decis. Neap. in verbo Sindicus Ciuitatis an possit col. 1. fol. 513. Boer. decis. 149. nu. 4. Anna in d. allegat. 15. & Petra ad decis. Capic. 4. in lit. A.]

Hæc tamen confirmatio permittitur per alium tantum an-
13 num, quo finito alia confirmatio fieri non potest [Auend. in prima par. cap. 19. num. 21. vers. & quod de exequend. mād. Rouit. in prag. 5. num. 11. de Offic. Iudic. & Capibl. in prag. 5. num. 69. de Baronibus] & sic obseruatum fuit Cosentiæ, in personā V. I. D. Marci de Amico, qui propter absentiam Mutij Serisalis mei compatris fuit Syndicus nobilium creatus, in anno 1597. deinde in anno 1598 fuit confirmatus.

Non potest etiam confirmari a Ciuitate nemine reluctante, qui fecit se suspectum pro-
14 pter non confectionem inuentarij, etiam quod dicat esse coeptum, nam inuentarium debet esse completum, & per alias similes causas suspitionis, quia si debet remoueri tanquam suspectus, tanto magis non debet confirmari [Corneus cons. 238. in lit. Q. vol. 4. Curt. Senior cons. 67. col. 8. & 16.]

Sic etiam non potest quis cōfirmari, nisi primi officij rationes reddiderit [Corset. de Po-
15 test. Regia in prima parte num. 9. & 10.]

16 Quæ diximus de continuatione, non habent locum in officijs extra Regimen, vnde si quis fuerit Grasserius vno anno, aut Iudex baiulorum, poterit sequenti anno fieri Sindicus, vel de Regimine Officialis, dum tamen nihil aliud obstet, vnde si Assistentes Reuerendi Hospitalis, & Deputati pro publica annona si non reddant rationem administrationis, non possunt esse de Regimine [Corsetus loc. cit. nu. 9. & seq. de Potestate Regia.]

Anni autem debent computari vsque ad diem, quo recipi-
17 tur officium, non quo eligitur, vnde cum in Ciuitate nostra eligatur Magister Iuratus in Kalendis Maij, & deinde incipiat officium in tertio die Septembris, quo tempore sit transactū triennium a fine alterius officij, non prohibetur esse in officio Magistri Iurati, cum habilitas attendatur tempore exercitij [Deci. in l. fœminæ §. item impuberes

num.

nu. 3. de reg. Iuris. & Aret. in §. furiosus nu. 3. Inst. qui test. face. possunt,] & faciunt verba textus nostri, vbi dicitur, quod non possit admitti, nisi transactis tribus annis, nõ autem dicit, quod non possit eligi.

Quod autem officialis non sit continuus, non venit ex natura officij, sed tantum ex quodam
18 principio extrinsico, vnde posset Ciuitas post aliquem eligere Sindicum in perpetuum, quemadmodum potest eligi in perpetuum procurator [l. in perpetuũ ff. de procurat.] & Veneti perpetuum Ducem sibi creant, & reperi officia perpetua, & sic quælibet Ciuitas libera potest sibi constituere Sindicum perpetuum, idem etiam dicendum de Ciuitate non libera, dummodo interueniat consensus eius, cui subest, [Corsetus de Potest. Reg. in prima par. nu. 10.] & officiales ex concessione Principis sunt
19 perpetui, & in dubio intelliguntur perpetui, quando simpliciter conceditur officium sine temporis præfinitione, vt sunt Regentes Regiam Cancellariam, Consiliarij Sãctæ Claræ, Præsidentes Regiæ Cameræ Summariæ, & Aduocati Fiscales, eorumq; Procuratores [Corsetus loc. cit.] vnde dubium est, quæ officia debent esse perpetua, & quæ debẽt esse annalia, & dicendum quod regula debet sumi a Regimine rerum naturalium, nam videm' in rebus naturalibus quædã Regimina esse perpetua, & quædã temporalia, & sic Regimen patris in filium, quia pater non est temporalis, sed perpetuus, sic
20 etiam Regimen viri in vxorem ex eadem ratione talia Regimina sunt perpetua, & sic in omnibus officijs, in quibus quis fit quasi sponsus Reipublicæ, vel pater subditorum talia officia sunt perpetua, & sic videmus Põtificem, & Episcopos esse perpetuos, quia dicuntur Sponsi Ecclesiæ, & patres subditorum, sed illi qui non sunt Episcopi, sed sunt tanquã procuratores cuiusdam patrisfamilias dicuntur officiales tẽporales, & ꝓpterea primi officiales in capite sẽper sũt perpetui, sed qui non sunt officiales in capite omnes sunt temporales, & ratio est, quia quem-
21 admodum non potest esse, nisi vnus vir vnius vxoris, & vnius domus vnus pater, sic officiales perpetui non debent esse nisi hi, qui tenent locum capitis in Republica, & sic videmus Regentes Regiam Cancellariam, quia sunt tanquam membra Proregis, qui est alter Rex in Regno esse perpetuos, & sic Regios Cõsiliarios qui sunt tamquam membra Regis in Sacro Consilio videmus etiam esse perpetuos, & sic officiales Regiæ Cameræ Sũmariæ, & sic de singulis, alij verò qui dependent à prædictis, vt sunt
22 Regens, Iudices Magnæ Curiæ

Vicariæ, Auditores,& similes,nō
sunt perpetui, vnde videmus sæ-
pius in Canonibus Ecclesias vo-
cari viduatas,quasi vxores,qui-
bus sit mortuus vir,& sic Præla-
ti perpetui dicuntur. mariti, seù
viri Ecclesiarum,& quemadmo-
dum vxor eligit sibi virum, sic
Respublica potest sibi eligere
officialē perpetuum, vt diximus
supra, dumtamen non sit subdi-
ta, nam statim ac subdita est,nō
potest transire ad alienam pote-
statem, quemadmodum vxor nō
potest alij nubere,dum viuit vir,
& videmus omnem Iurisdictio-
nem,& officium originē habuis-
se à Populo,Populus enim Prin-
cipi,& contra ipsum populum
23 omnem potestatē contulit [l.1.
de constit.Princip.§. quod Prin-
cipi Instit. de iure nat. gent. &
Ciui.]& sic potestas creandi of-
ficialem originaliter residet in
populo,idest,tàm in plebe,quàm
in nobilibus, nam Populus con-
stat ex plebe, & nobilibus, quæ
sunt duæ partes populi, & prop-
terea si occurreret,quod omnes
populares deficerent,vel è cō tra
omnes nobiles deficerent, tunc
potestas creādi accresceret par-
ti existenti,& sic si deficerēt no
biles,ordo Ciuium honoratorū,
qui prius erat distinctus à nobi-
libus crearet officiales,qui prius
creabantur a nobilibus, & sic in
casu contrario,& ratio est, quia
omnia redeunt ad sua initia,
& sua principia, & facit dictum
[Garsiæ in glos. 35.num.69. de
nobil.]

24 Porrò nota,quod omnia, quæ
diximus de continuatione offi-
ciorum, non habent locum in
Ministris officialium, [Bald.in
l.vnic. C.si Rector Prouinc.]

Sed quæro,an possit quis cōfir-
mari in officio ex eo,quod nego-
tium, quod incępit nondum est
25 perfectum,& dicendum est, qd
ex ratione onerum personalium
non debet cogi,& ratio est,quia
natura onerum personalium est,
vt qui semel laborauit seruien-
do Reipublicæ cū personali la-
bore non debeat semper in tali
labore durare, sed diuidatur la-
bor ponendo alios in eodem of-
ficio [Plat.in l.placuit C. de Pa-
lat.sacra.largit.lib.12. per text.
in l.æstimationem §.fin.ff.de mu
ner.& honor.& l.legato ff.de va-
cat.muner.& Plat. in l.ab hono-
ribus C. de muner.& honor. in-
ter patrem, & filium non conti-
nuand.lib.10. & Auendan.in 2.
par.cap.14.nu.11. de exequend.
mandat.]

26 Vltimo notandum pro com-
plemento,quod onera publica
debent diuidi inter Ciues pro
rata, seù portione, & ideo aut
munus est personale, idest cum
personæ officio exhibendum, &
intelligitur in capite,idest in fa-
milia,nam in eadem domo plura
onera esse non possunt simul,&
ideo si Ciues debent ire ad exer
citum, debet intelligi vnus pro
quali-

qualibet domo, si vero qualitas muneris respicit res, sicut collecta, quæ respicit bona quo ad mo 'crandam præstationem, & personas quantum ad suscipiendum inditionem, quætamen a sua realitate potest denominari magis munus reale, quam personale [l. rescripto §. fin. ff. de muner.& honor.] tunc intelligi-
27 tur pro rata, idest iuxtà mensuram bonorum estimando mobilia, quæ vsu facilè consumuntur, & immobilia [l. per victimam, C.de immunitate nemini concedenda lib. x.] ad quam præstandam nõ tenentur pauperes, quorum opera vix sufficit pro alimentis, & si tales sunt descripti in æstimo debent cancellari de ipso per habentes officium ad hoc, supplicatione eis porrecta [l.inditiones C.de ann.& tribu. lib. 10. Bald.in auth.defuncto C. ad Tertull. iuxta fin.] & supra diximus.

CAP. DECIMVMTERTIVM.

Item che le collette, & impositioni si debbiano riscotere per li Sindici,& Eletti per cedula, con pena di pagare de loro, se non liquidano quelle partite, che sono liquidabili, & questo senza premio,& salario alcuno.

De hoc Capite bene scripsi supra in capite septimo §.vigesimoseptimo ibi me remitto, ne repetam illud idem.

CAP. DECIMVMQVARTVM.

Item che lo Mastro giurato, Sindico, & Eletti finito l'anno debbiano stare à Sindicato de tutti decreti conteneno pagamento, à talche le robbe della Città siano bene administrate, e trouandosi mal speso debbiano pagare de loro, à qual Sindicato, oltre li Sindicatori creati dal Regimento n'habbia d'interuenire il Magnifico Aduocato Fiscale della Prouincia di Calabria, ouero altro Officiale Regio.

Quoniam istud Caput ad litteram continet idem, quod latè dixi supra in cap. septimo, §.decimo, de quo mentionem feci, meritò ad ibi dicta me remitto.

CAP.

CAP. DECIMVMQVINTVM.

Finalmente il Regimento habbia da liquidare tutto il tempo, ch'amministrerà circa il debito della Regia Corte, e non lasciar in pedenti à quelli, che vengono appresso, e non possano vendere Gabelle per l'anno da venire, ma solamente le Gabelle dell'annate loro, & occorrendo necessità, si debbiano vendere per Parlamento Generale.

De hoc Capite, eiusque materia multa à me fuerunt notata supra in Capite septimo §.4.24. & 28. cum quibus perbellè expediui istud Caput, vt ibi videre poteritis.

CON-

CONCLVSIO.

ET visto per noi il tenor delli presenti Capitoli, vna con la lettera, che n'hauete scritta, parendoci, che detti Capitoli sono tutti necessarij, & concernenti il futuro buon Gouerno di questa Città di COSENZA, ci è parso per le cause predette confirmate, sin come per tenore della presente confirmamo tutti detti Capitoli, reseruato però il primo Capitolo, il quale lo rimettemo à questa Regia Audientia, & vi dicemo, che debbiate quanto in esso si espone prouedere, come meglio vi parerà conueniente di giustitia, dando ordine in nome nostro, che nel restante Capitolo si essequa quanto in esso si contiene, & da quì innanzi si faccia l'elettione delli Officiali per il Gouerno, & Regimento della Città predetta nel modo, & forma, che per esso stà dechiarato, & ordinato, e così lo farete essequire inuiolabilmente, che tale è nostra volontà, fando consignare copia autentica della presente nostra Prouisione all'Officiali del Gouerno presente, con ordine, che si conserui con l'altre Ordinationi della Città, à talche se n'habbia sempre notitia, e si possa osseruar quanto in essa si cōtiene.

Datum Neapoli die 19. Septembris 1565.

Don Perafan

Vidit Villanus Regens
Vidit Patignus Regens
Vidit Reuerterius Regens

Lobera proSecretarius

In partium 56. fol. 182.

Decretum

Decretum Regię Audientię super aggregatione Nobilium primi Capitis.

FVit prouisum in Consilio visis ordinationibus Suæ Excellentię,& Regij Collateralis Consilij sub datum Neapoli die 19. mensis Septembris 1565. Viso primo Capitulo quod remittitur prouidendum Regię Audientię Calabrię, ac habita super hoc matura deliberatione,stante quod totum supplicatū tēdit ad beneficium NOBILITATIS dictę Ciuitatis COSENTIAE, fuit decretum per Regiam Audientiam,quod dictum primum Capitulum contentū in dictis ordinationibus, videlicet quod deinceps aliquis non possit aggregari Nobilitati,nec adscribi in libro familiarum Nobilium, nisi cum consensu duarum partiū dictarum familiarum Nobilium in dicto libro adscriptarum, ita quod si vnus maior tertię partis Nobilium discrepauerit,vel dissenserit,nullus admittatur,nec adscribatur in dicto libro(etiam si fuisset dictę Ciuitatis Cosentiæ)iuxta formam dicti primi Capituli remissi Regiæ Audientię per suam Excellentiam,& Collaterale Consilium, quod capitulum obseruetur iuxta eius seriem, tenorem, & continentiam,prout petitur. Datum Cosentiæ in Regio Palatio die 20.Decembris 1567.

Il Conde de Sarno

Marinus Russus, Consaluus Lelma
Verricanus,

Antonius Passalacqua pro Secretarius.

In

In hac Conclusione dicitur, quod Vniuersitas subdita non potest facere statuta, nisi confirmentur à Superiore in his, quæ dependent à iurisdictione, in alijs secus.

SVMMARIVM.

Vniuersitates subditæ, an possint facere statuta sine confirmatione Superiorum, cum statuta condere sit iurisdictionis, nu.1. & seq.

Nostra statuta sunt perpetua, quia sunt confirmata, nu.4.

Interpretatio statutorum pertinet ad Proregem, neq; possunt reuocari, nisi cum cōsensu Proregis, nu.5.

Per generalem Pragmaticam non censentur reuocata nostra statuta, nu.6.

Ad derogationem nostrorum statutorum necesse est derogatio specialis, quæ dependet à Prorege, nu.7.

Maior pars statutorum nostrorū sunt excepta ex capitulis, ordinationibus, & gratijs concessis per retro Reges, num.8.

Statuta continentia iura communia non possunt tolli à Prorege, sed potest addere certam aliam formam, & adducuntur exempla, nu.9.

Leges Regni, Ciuiles, & iuris gentium ordine successiuo sunt subditæ inter se, & leges naturales sunt subditæ legi Diuinæ à qua omnia dependent, nu.10.

Respublica largo modo accipitur pro omni Vniuersitate, nu.11.

Respublica, et omnes Societates possunt comparari, et similitudinem accipere ab vno corpore viuo, nu.12.

Confirmatio facta à Rege quando valet, nu.13.

Diffinitur confirmatio quæ sit, nu.14.

Author ponit finem Operi, nu.15.

1 DIximus in Rubrica, quod Vniuersitates subditæ non possunt facere statuta, nisi cōfirmentur per Superiores, & ratio est, quia statuta condere est iurisdictionis [gl. & Doctor. in l.1. ff. de iurisdict. omn.Iudic.] & sic in his quæ dependent à iurisdictione, non possunt Ciuitates statuta condere, dum non habēt iurisdictionem, sed in his quæ non dependent à Iurisdictione, sed cōcernunt administrationem rerum Vniuersitatis, & priuata negotia ipsius Vniuersitatis possunt statuta, & decreta condere, latè [Soccin. in l.1.nu.22.& seq.ff.quod quisque iuris] propterea Ciuitas nostra
2 ab Excellentia, siuè Prorege Regni, & eius Collaterali Consilio confirmationem obtinuit, nam Prorex Regni repræsentat in Regno

Regno

Regno Regem, & potest propter absentiam Regis nostri a Regno facere omnia ea, quæ pertinēt ad administrationem Regni etiam ardua, cum non teneantur subditi quærere Regem extra Regnum, dicit [Andr. in cap. Imperialem de prohibit. feud. alienat. per Federicum,] & sic
3 potestas confirmandi statuta pertinet ad Proregem [de Franchis decis. 165. nu. 2. & Amendola in addit. ad decis. 2. eiusdem num. 52. & latè Losæus in 3. par. cap. 15. num. 29. de Iure Vniuersitatis] & in hoc dicit [Losæus] obseruari opiniōnē [Bar.] de consuetudine, quod statuta condita ab Vniuersitate subiecta confirmantur a Principe, vel alio superiori, & ita dicit [Marcus decis. 802. num. 3. & 5. vol. 1.] & cum ipsa statuta Vniuersitatis subditæ ex se non habeant potestatem obligandi, nisi adsit authoritas superioris, propterea non possunt dici statuta Vniuersitatis, sed statuta Proregis, & sic obligabunt, quemadmodum
4 statuta Proregis, & sic erunt perpetua, & nō temporalia, & actio ex istis statutis procedens erit ciuilis, & perpetua ex dictis [per Ias. in l. 5. ff. de verb. obligat.] cum Prorex huius Regni faciat statuta tanquam Rex, vt diximꝰ hinc etiam succedit alia conclusio, quod interpretatio nostrorū
5 statutorum pertinet ad ipsum Proregem, non ad Vniuersitatē [arg. l. ex facto ff. de vulgar. & pupill. & l. fin. C. de legibus vbi Bal.] hinc etiam resultat, quod Vniuersitas nostra nō potest etiā reuocare ipsamet statuta, nisi reuocatio approbetur a Prorege [l. si vt proponis C. de Nupti. & Bal. in l. omnium C. de testam.] neque censentur reuocata ista statuta nostra per Proregem fa-
6 cientem generalem Pragmaticam in Regno, & ratio est, quia debet proportionari constitutio & dissolutio, nam dicitur in regula de regulis Iuris in decretalibꝰ, quod omnis res per quascumq; causas nascitur, per easdem in cōtrarium dissoluitur, & per hoc cum nostra statuta fuerint inducta ab bonum nostræ Ciuitatis, & sint specialia, non debent per
7 generalem legem derogari, sed per specialem derogationē, dum tamen in his statutis, quæ depēdent a Rege, fiat derogatio ab ipso Rege, in his vero quæ depēdent a Prorege, fiat derogatio ab ipsomet Prorege, & talis distinctio cum causa adhibetur, nam multa nostra statuta fuerunt ex-
8 cepta ex capitulis, ordinationibus, & gratijs concessis per retro Reges, de quibus fecimus mētionem in transcursu operis, aliqua vero fundantur in iure communi, & Regni, & cum Prorex Regni non possit statuere contra ius commune, non poterit consequenter talia statuta tollere, sed certam aliam formam adde-

re

9 re tantum, quemadmodum dicitur de Præfecto Prætorio, qui non deſtruit iura communia, ſed poſſit tantum nouã formam addere vltra ius commune, vt habetur [in l. certa forma C. de offic. Præfect. Prætor. & dicit Carauit. in prag. per excellentẽ ad SenatusConſ. Macedo.] vbi dicit potuiſſe Proregem Regni ſtatuere, quod filius familias non obligaretur ſine certa forma, & ſic formam certam addere, non autem in totum prohibere quod filius familias nõ poſſit obligari, quia eſſet contra ius commune, & hęc fundantur ex naturali ratione, quæ dictat obedientiam eſſe pręſtandam ſuperioribus, & omnẽ perſonam debere ſubijci ſuo ſuperiori, vt habetur [in c. omnis anima de cenſib.] omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit, & ſic Prorex Regni, & eorum leges debent eſſe ſubditę
10 legibus iuris Ciuilis communibus, & leges Ciuiles debent eſſe ſubditæ legibus iuris gentium, & leges iuris gentium legibus naturalibus, & leges naturales legi diuinæ, a qua omnia dependent, & ad quam omnia terminantur & ſic cum laude Dei, & ad ipſum terminetur noſter Tractatus, qui licet ſit directus ad interpretationem ſtatutorum noſtræ Ciuitatis, tamen poteſt applicari ad omnes Vniuerſitates, & propter hanc rationem applicationis ad omnes Vniuerſitates vſi fuimus

11 potius vocabulo Reipublicæ, quam Ciuitatis, nam Reſpublica eſt nomen ſignificatiuum gubernationis, [vt in tit. C. de iure Reip. lib. 11.] & ſic omnis recta gubernatio etiam in Vniuerſitatibus ſubditis poteſt dici Reſpublica largo modo, & omnes Ciuitates ſortiantur nomen Reipublicæ, ex eo, quod in earum gubernatione eſt quædam forma Reipublicæ vt quemadmodum in Republica adeſt diſtinctio Magiſtratuum, & officiorum, & alij imperant, & alij obediunt, ſic in recta Vniuerſitate, quæ rectè gubernatur, adeſt quædam forma Reipublicæ, ita vt ſit in ea diſtinctio variorum officiorũ, & variorum munerum, ſicut eſt in Republica, & quemadmodũ Reſpublica gubernatur ad inſtar vnius corporis, vt diximus ſupra [in cap. 7.] ita quælibet
12 Vniuerſitas, Ciuitas, ſeu Municipium, Curia, & Societas, ita dixit [tex. expreſſus omnino videndus in l. mortuo 22. in fi. ff. de fideiuſſor.] ibi hæreditas perſonæ vice fungitur ſicut municipium, Curia, & Societas, & per illum textum [Bar. Bal. & Paul. de Caſtro in d. l. mortuo] dixerunt omnes Reſpublicas, & Societates poſſe comparari, & ſimilitudinem accipere ab vno corpore viuo, & ita etiam dicit [Bar. in tract. de Regim. Vniuerſitatũ] concordans cum dicto noſtro.
13 Sed quæro, an valeat confirmatio

matio alicuius rei facta a Rege, & dicendum, quod confirmatio nihil iuris tribuit, nisi tenor confirmati sit insertus, vel quando impetratur ad defectum potestatis supplendum, vel quando ex certa sciētia [Io.And.de Georg. in cap.16. num.31. & seq. in repetit. feudal.] licet enim confirmatio sit iuris prius habiti roboratio [c. inter dilectos de fid.
15 instrum. Et sic sit laus Omnipotenti Deo, Beatæ Mariæ Virgini, Beatis Ioseph, Augustino, Thomæ Aquinati, Francisco de Paula, & Francisco Xauerio protectoribus meis, quos humiliter rogo, vt defendant nostrum hunc tractatum à linguis obtrectantium, qui tractatus (fauente Deo) habebit suos germanos, qui ipsum tuebuntur; Finis. Datum Neapoli hodie 14. Octobris 1620. Ego Augustinus Caputus I. C. Consentinus.

FINIS.

ARGVMENTA
QVÆ IN HOC OPERE
DE REGIMINE
REIPVBLICÆ, &c.
continentur.

PRÆFATIO AD MATERIAM.

SVMMARIVM Prohœmij, in quo probatur Vniuersitatem quamlibet sine recto ordine constare non posse, & propterea fuerunt ordinata quædam Capitula in fidelissima Ciuitate Consentiæ, quibus Capitulis ordinantur officia ipsius Ciuitatis, vt tollantur confusiones, quæ priscis temporibus erant, quæ Capitula Author exponere intendit, vt afferat vtilitatem suæ Patriæ, & licèt descripserit Regimen Consentinum, Regimen cuiuslibet Vniuersitatis descripsisse apparet num.1. col.1 pag.1.

RVBRICA.

MVlta fuerunt determinata pro generali cognitione statutorum, nominum Vniuersitatum, & personarum administrantium bona Vniuersitatum, ac iura eorum, & dicuntur capita, & possunt vocari illis nominibus, quibus antiquitus capita vocabantur, unde fuerunt sortiti officiales Reipublicæ diuersa nomina secundum diuersos Status Reipublicæ Romanæ, & quanto tempore durauerunt, sequuntur deinde quæstiones, & notabilia, num.1. col. 1. pag.6.

CAPVT PRIMVM.

§. 1.

DE nomine, origine, initijs, diffinitione, diuisione, probatione, signis, & effectibus nobilitatis longo ordine tractatur, ac perbellè proponuntur multæ quæstiones, num.1. col.1. pag.28.

§. 2.

SEquitur materia Nobilitatis, & cui competit nobilitare, & an statutum requirens duas partes ex tribus præsentibus in aggregando, & reintegrando possit dici, quod valeat, & ibi tractatur de nobilitate probanda tàm de Sedili, quàm extra Sedile, ac de vi consuetudinis immemorialis cum pluribus quæstionibus ad Ciues spectantibus, & demum materia Ciuilitatis plenissimè demonstratur, num. 1. colum. 1. pag. 55.

Z CA-

CAPVT SECVNDVM.

DE ætate probanda, ac de modo eligendi vnum de familia pro interuentu parlamenti generalis latè tractatur per sequentes quæstiones, num. 1. col. 1 pag. 89.

CAPVT TERTIVM.

MOdus nominandi personas in materia Gubernij demonstratur, & ibi explicantur verba textus, & quid sit parlamentum, Concilium, & Consilium, & quæ debeant interuenire in conuocatione parlamenti cum multis quæstionibus, atque notabilibus pertinentibus ad prælationem, excusationem, & exclusionem nu. 1. col. 2. pag. 99.

CAPVT QVARTVM.

DE materia Electionis, & quæ sunt consideranda circa validitatem ipsius, ne fiat nulla tractatur, & ibi proponuntur multæ quæstiones, ac notabilia circa appellationem, Iudicium Sortis, ac exclusionem Officiorum Gubernij, num. 1. col. 2. pagin. 133.

CAPVT QVINTVM.

DE dandis suffragijs liberè, & excludendo à suffragij datione personas illegitimas, seù natas ex illegitimo matrimonio euidenter tractatur, & propterea dicitur confirmari nostrum statutum cum iure communi, num. 1. col. 2. pag. 150.

CAPVT SEXTVM.

DE his, quæ sunt necessaria completa electione, vt initium administrationis hilariter sumant explicatur, & demùm narrantur iura, priuilegia, & pœna, quas habent Administratores Gubernij, & quomodo Syndici, & Electi hodierno die differant à Decurionibus, num. 1. col. 2. pag. 156.

CAPVT SEPTIMVM.

DE Officijs, quæ prouidentur à Regimine particulari, quod solet eligere multos Administratores necessaries in Republica, seruando illud idem, quod seruatur in parlamento Vniuersali, & Syndici quibus æquiparantur, & ponitur differentia inter Administratores Regiminis & Administratores electos ex ipso Regimine num. 1. col. 1. pag. 170.

§. 1.

DE Officio Syndicorum, Magistri Iurati, & Electorum, quatenus faciunt vnum corpus, & sunt tanquam caput, & membra, & ibi de ordine circa votandum, & de prærogatiuis ipsorum, ac quis eorum possit discedere ab Vrbe, clarè patet, num. 1. col. 2. pag. 133.

§. 2.

DE Officio Magistri Iurati fusè tractatur, & dicitur quibus nominibus fuerit appellatus, & quibus æquiparatus, inde peruenitur ad ea, quæ ipsi incumbunt specialiter, & dicitur successisse in locum Curiosorum,

De

§. 25.

DE *Officio Deputatorum pro refectione murorum Ciuitatis, & quid sit*, *num.* 1. *col.* 1. *pag.* 300.

§. 26.

DE *Officio Deputatorum in materia nobilitatis, & quid sit, nu.* 1. *col.* 1. *pag.* 301.

§. 27.

DE *Officio Deputatorum pro imponendis talleis, gabellis, & recognoscendis grauaminibus, num.* 1. *col.* 1. *pag.* 304.

§. 28.

OFficium *Exactoris quid sit; & circa quæ versetur, num.* 1. *col.* 1. *pag.* 322.

§. 29.

DE *Officio Deputatorum ad faciendas vias, num.* 1. *col.* 1. *pagina* 324.

§. 30.

FInitur *cum officio cuiuslibet de Regimine, quibus virtutibus sit dirigendus, & sic de virtutibus directiuis officij cuiuslibet de Regimine, & agitur de pietate, ac obedientia, & quod valet argumentum de patre ad Patriam, nu.* 1. *col.* 1. *pag.* 325.

CAPVT OCTAVVM.

IN *hoc capite prouidetur in casu mortis alicuius ex Regimine, & extenditur ad casus similes, num.* 1. *col.* 1. *pag.* 329.

CAPVT NONVM.

LAtè *declaratur non posse parlamentum particulare conuocari sine duabus partibus præsentibus, nu.* 1. *col.* 2. *pag.* 331.

CAPVT DECIMVM.

VNa *eadem persona de Regimine non potest habere plura officia, nu.* 1. *col.* 1. *pag.* 335.

CAPVT VNDECIMVM.

MAteria *subrogationis latè tractatur cum aliquibus quæstionibus tangentibus ad nobilitatem, num.* 1. *col.* 1. *pag* 336.

CAPVT DVODECIMVM.

PLures *personæ eiusdem Familiæ in materia Gubernij non possunt eligi, & non datur continuatio, nu.* 1. *col.* 1. *pag.* 339.

CAP. XIII. XIV. XV. remissiuè.

CONCLVSIO.

IN *hac Conclusione dicitur, quod Vniuersitas subdita non potest facere statuta, nisi confirmentur à superiore in his, quæ dependent à iurisdictione, in alijs secus, num.* 1. *col.* 2. *pag.* 349.

INDEX LOCVPLETISSIMVS
Rerum, & verborum omnium Tractatus
DE REGIMINE
REIPVBLICÆ, &c.

I N D E X.

Z 4 Cyri

bonos

INDEX.

Assisten-

CEDV-

INDEX.

Colle-

 præsten-

D

nis

 poni

FI-

Fraus

G

pro-

K

L

Ponen-

uersis

M

MVTVS,

tem-

Repu-

non

Pauper-

Dispo-

Post

 tent,

lis

lis, ibidem num.7. In dubio quomodo est intelligendum, ibid. nu.7. Non potest esse contra ius naturale, ibid. num.8. In eo imitari debet naturam, quæ de possibilibus facit quod melius est ibid. Factum à Regimine, quod deferentes comestibilia sint immunes a Gabellis ob publicam vtilitatem va lei, cap.7.§. 14. num. 25. vers. sexto col.2. pag. 263. Factum a Ciuitate Neapolis, quod deferentes comestibilia eidem Ciuitati, & habentes literas ab Electis ipsius sint immunes, a quibus Gabellis valet, ibidem num. 25. vers. sexto col.1. pag. 264. Faciens mentionem de agnatis non intelligitur de filia Sororis, nec de Nepote concepto post emācipationem patris sui, cap.1.§.2.num.80.col.2. pag.75. In casu vero non habet locum in casu ficto, ibid. & cap. 5. num. 5.col.1. pag. 152. Dicens quod Consiliarij habeantur pro Neapolitanis, quando verbum habere significet fictionem vel veritatem, ibid.num.82.col.1.pag. 76. Dictās, quod forensis nullo modo possit acquirere, non comprahendit vxorem, neque sponsam per verba de presenti fœcus per verba de futuro ibid. num. 117. vers. vt pote statuto cauetur, col. 1. pag. 86. Consentinum fuit constitutum ordine Ducis Calabriæ, & deinde confirmatum a Prorege Regni, & eius Collaterali Consilio ad instantiā totius Ciuitatis, nu. 63.col.2.pag.70. Consentinum requirens duas partes ex tribus in materia nobilitatis est secūdum ius, vel saltim præter ius. ibid. num. 67. col.2. pag. 71. Requirens duas partes ex tribus in materia nobilitatis ideo desideratur, ne nobilitas efficiatur contemptibilis, aspernabilis, & vilis, nam rara nobilitas plus appetitur, ibid. nu. 68. Valet, quod quotiescumque agitur de aggregatione, seu reintegratione ad sedile, debet prius ille aggregandus seu reintegrandus proponi in parlamento particulari antequam proponatur, & terminetur in parlamento generali, procedit in omnibus rebus agēdis per Vniuersitatem, ibid. num. 71. col. 2. pag.72. Requirens duas partes ex tribus non procedit in actibus pijs, ibid. num.72. Et consuetudines consistunt in facto Rubr.num.19.39.& 42. pag. 18. Ciuitatis debet sciri a Ciuibus, licet possint se excusare iusta ignorantia, num.39.ibid. Loci contractus, & vbi res gesta est seruandum est ibidem num.41. Conditur ab habentibus iurisdictionem super rebus subditis, ibi. num.8.& 15.col.2.pag.7.& 9. Administratorum Ciuitatis valet super materia taxæ, victualium, vel super conseruatione rerum Ciuitatis, & valet absque confirmatione Regia, ibidem num. 15. & 16. Condi non potest absque voluntate, & confirmatione Domini alias puniuntur tamquam occupantes eius iurisdictionem, ibid.num. 16. Non extenditur vbi nō adest iurisdictio, ibid. num. 17. Potest condere quodlibet sedile circa ea quæ incumbunt ipsi sedili, & quæ pertinent ad administrationem rerum suarum, ibi. Condere an spectet ad Vniuersitatem subditam Conclus. num.1.& seq. col. 1. pag. 349. Nostrum an possit dici perpetuū, ibid. n.4. Eius interpretatio, & reuocatio ad Proregem spectat ibid.num.5. Nostrum an possit reuocari per generalem pragmaticam, ibid. num. 6. & seq. Nostrum dependet à Priuilegijs, ordinationibus, & gratijs concessis a retroRegibus, ibid.num.8. Continens iura communia non potest tolli à Prorege, sed potest addere certam aliam formam, & adducuntur exempla, ibid.num.9. Est Ius propriū cuiusque Ciuitatis in scriptis redactū Rub.num.1.col. 1. pag.6. Differt a cōsuetudine, ibid. Vnde dicitur secundum Doctores, secundum opinionē Authoris dicitur quasi testamentum Reipublicæ, ibid. Eius principium

T

V

VSVRA

F I N I S.

Pag.	Col.	Verſ.	Errata:	Corrigito.
Pag. 2.	col. 2.	verſ. 21.	Intelligitur	prorex
pag. 2.	col. 2.	verſ. 35.	poſſunt	poſſint
pag. 2.	col. 2.	verſ. 37.	& benignitate	ex benignitate
pag. 2.	col. 1.	verſ. 5.	deſcribendo	deſcripſit
pag. 8.	col. 1.	verſ. 4. & 25.	melius	mœlius
pag. 9.	col. 1.	verſ. 21.	in ribus	iuribus
pag. 10.	col. 2.	verſ. 8.	ſicuti in breuiatura	ſicut breuiatura
pag. 10.	col. 2.	verſ. 37.	quorum	quarum
pag. 12.	col. 1.	verſ. 23.	metropoli	Metropolis
pag. 13.	col. 2.	verſ. 20.	ad Archipiſcopis	ad Archiepiſcopos
pag. 17.	col. 2.	verſ. 9.	veteri	vetere
pag. 24.		verſ. 1.	quæ ei	quæ rei
pag. 29.	col. 1.	verſ. 1.	vide meus	videmus
pag. 39.		verſ. 17.	non non	non
pag. 46.	col. 1.	verſ. 7.	poſſit	poſſint
pag. 47.	col. 1.	verſ. 10.	mobilitetur	nobilitetur
pag. 51.	col. 2.	verſ. 7.	poſſe	poſſunt
pag. 77.	col. 1.	verſ. 18.	ignobilis	nobilis
pag. 99.	col. 2.	verſ. 39.	nutriatur	nutriantur
pag. 110.	col. 1.	verſ. 22.	quiibet	quilibet
pag. 133.	col. 2.	verſ. 26.	qui	quæ
pag. 139.	col. 2.	verſ. 27.	conſuetudine	conſuetudini
pag. 148.	col. 1.	verſ. 28.	in adminiſtranda	in adminiſtrando
pag. 148.	col. 2.	verſ. 28.	ſeptimo	decimoſeptimo
pag. 172.	§. 1.	in argumento	verſ. 3. abſq. dictione	vſui
pag. 180.	col. 1.	verſ. finali		adde num. 12.
pag. 182.	col. 1.	verſ. 23.	ac me	ac mei
pag. 185.	col. 2.	verſ. 33.	ſedore	ſedere
pag. 187.	col. 2.	verſ. 9.	diuinum	diuitum
pag. 192.	col. 1.	verſ. 20.	reperirentur	reperiretur
pag. 194.	col. 1.	verſ. vlt.	ſuperuacaream	ſuperuacaneam
pag. 219.	col. 1.	verſ. 20.	breuiare	abbreuiare
pag. 219.	col. 1.	verſ. 24.	breuiatio	abbreuiatio
pag. 219.	col. 2.	verſ. 5.	quot	quod
pag. 219.	col. 2.	verſ. 33.	baptaria	barattaria
pag. 233.	col. 2.	verſ. 7.	imperitam	imperitiam
pag. 242.	col. 1.	verſ. 5.	ex eo	ex ea
pag. 254.	col. 2.	verſ. 6.	ſic	ſi
pag. 257.	col. 1.	verſ. 27.	ſi	bi
pag. 265.	col. 2.	verſ. 19.	ſier	ſieri
pag. 291.	col. 2.	verſ. 10.	debeat reſarcire	debeat reſarciri
pag. 294.	col. 1.	verſ. 39.	infimum	infirmum
pag. 305.	col. 2.	verſ. 20.	& hoc de cauſa	& hac de cauſa
pag. 309.	col. 2.	verſ. 32.	facis	focis
pag. 312.	col. 1.	verſ. 18.	continente	continens
pag. 312.	col. 1.	verſ. 20.	pecunia	pecuniam
pag. 322.	col. 1.	verſ. 14.	prr	per
pag. 331.	col. 1.	verſ. 31.	taliter taliter	alter aliter
pag. 331.	col. 2.	verſ. 1.	in inſtrumentis	inſtrumentis
pag. 342.	col. 1.	verſ. 2.	contradiente	contradicente